convallo, -ātum, -āre [*a* con *et* vallus *vel* vallare. *Th.*]. GLOSS. *περιχαρακῶ.* **1** *proprie i. q. vallo cingere, circumdare*: GELL. 12,13,20 undarum *oceani* ambitu terris omnibus -atis. IVL. VAL. 1,34 undique fluminibus -antibus (*sc. muros?*). **2** *in imagine*: CARM. de resurr. 142 innumeri concurrunt ire ministri -antque deum cum maiestate caelesti. AMM. 30,4,20 cum commissarum orbi causarum infirmitatem rationibus validis -are (*Gruter*, convalere *V*, convelare *G*) non possunt. *Gudeman.*

convario, -āre *a* con *et* variare. *i. q. varium reddere*: APVL. apol. 50 *tabes* pectoris primorem cutim vitiligine insignit et omnimodis maculationibus -at. CAEL. AVR. chron. 1,1,7 similiter etiam sicut dimissiones atque delenimenta -ant (*videtur intrans.*).

convāso, -āvī, -ātum, -āre [*a* con *et* vas *ductum esse videtur. Th.*]. EVTYCH. gramm. V 482,23 -o, -as. NON. p. 87 -are dicitur furto omnia colligere. GLOSS. deripere, colligere. TER. Phorm. 190 aliquid -assem atque hinc me conicerem protinam in pedes (GLOSS. furassem. SCHOL. p. 129 rapuissem, furatus essem). HIER. vita Hilar. 34 -atis quae a fratribus ei missa detulerat. SIDON. epist. 1,9,8 undique omnium laudum -atis acclamationibus (*in imag.*). 7,2,8 diligenter, quae ad socerum pertinuerunt, rimatis -atisque. ACT. Archel. 63 omnibus quaecunque fuerant, -atis.

cōnūbiālis, -e *a* conubium. *quod ad matrimonium pertinet*: *per synizesin*: OV. epist. 6,41 ubi pacta fides? ubi -ia iura? STAT. Theb. 5,112 cui *mulieri* -ia vincla aut thalami secretus honos? Ach 1,101 -ia pandunt antra sinus *Thetidi*. *correpta* u *littera*: CLAVD. carm. min. 31,18 nulla avium pecudumque fuit quae ferre negaret vectigal meritae -e lyrae. *cf.* carm. 8,651 carmen | -e. MART. CAP. 1,3 cum inter deos fierent sacra coniugia...praesertimque potissimos -is bearet adiectio idque deditum mundo. SALV. gub. 7,15 meretrices foedus -e non norunt. *adi.* **cōnūbialiter:** MART. CAP. 6,576 cum... procum affatum -r allegaret.

ˣ**cōnūbium,** -(i)ī *n.* [*cf. c.* com, con *et c.* nubere. *Th.*]. MARTYR. gramm. VII 184,2 -um vel ex nubtiis vel ex nubo verbo compositum esse quis abneget? SERV. Aen. 1,73 *v. infra l. 66. de* i *correpta* CASSIOD. gramm. VII 183,8. connubium *in codd. dett.* (NOT. Tir. 80,62 conubium) *et in titulo serioris aetatis* CORP. VI 12405 vixit connubio . . . caste. conubi *genet. in titulis passim*, conubii: CONST. veteran. 95 p. 2004 (*a. 254*). *dub. plur.* conubiae: FVLG. myth. 3,6 p. 67,1 duabus *filiis* -ae venere (-a evenere *Helm*). *de prosodia*: *praeter formae* conubia *plerosque locos* (*reliquos v. l. 57*) -u- *semper in thesi ponitur.* conubi(i)s: CALV. carm. frg. 7 VERG. Aen. 3,136. 4,168 (conubii *P²RV*). 7,96. 333. 12,821 CVLEX 299 STAT. Theb. 2,109. 340 *al.* conubi(i): (VERG. Aen. 4,168? *v. l. 51*) LVCAN. 2,330. 343. STAT. silv. 1,2,195 Theb. 7,300 CARM. epigr. 1311,1 PRVD. c. Symm. 2,617 CLAVD. 21,3. *per synizesin legitur trisyllabum* conubio: VERG. Aen. 1,73. 4,126. 7,253 OV. met. 6,428 STAT. silv. 3,3,121 CARM. epigr. Corp. XIII 5954 CYPR. GALL. iud. 573 DRAC. Rom. 8,524 VEN. FORT. carm. 4,12,11. conubia ad *sim.*: LVCR. 3,776 MANIL. 2,925 (coniugia *al.*). STAT. silv. 2,3,19. 3,3,110. 5,3,241 Theb. 1,245. 3,579. 8,235. 11,216 NEMES. cyn. 27. *cf.* SEN. Oed. 800 Phaedr. 232 (*sed v.* Tro. 901). conubii et: STAT. Theb. 10,62. conubium maturo *sim.*: CATVLL. 62,57 STAT. Theb. 1,69 IVVENC. 4,16 CLAVD. 15,310 carm. min. 29,27 CYPR. GALL. gen. 830. 902 num. 735 DRAC. Rom. 8,288. 306. 463 VEN. FORT. carm. 6,1,30. *cf.* LIC. IMBR. com. 2. *ex his exemplis -u- correptam fuisse coniciebant grammatici* (*cf. L. Müller, de re metrica² p. 303, Maass, Archiv 13, 433*): SERV. Aen. 1,73 (*cf.* 4,126) 'conubio' nu brevem posuit, cum naturaliter longa sit. nubo enim, unde habet originem, longa est; sed est tropus systola, qui fit quotienscumque longa corripitur syllaba propter metri necessitatem (*cf.* CONSENT. gramm. V 389,1 poeta sic auctoritate sua utitur). *correptionis exempla certa*: PRVD. cath. 3,75 nexilis inscia -ii. MART. CAP. 1,92 illum -o rite iugarier. SIDON. carm. 14,1 prosper -o dies coruscat. *adde*: conubialis *l. 34*. DIFF. ed. Beck p. 47,39 coniugium est etiam inter servos, -um inter gentes, matrimonium inter cives. GLOSS. *ἐπιγαμία* (EXC. Bob. gramm. I 554,10), *συγγένεια, γάμος.* coniugium, matrimonium. coniugium aut coniunctio. concubinarum coniugium. *legitur inde a* LIC. IMBR. CIC. CATVLL. *e poetis bonae aetatis habent singulis locis*: LIC. IMBR. CALV. LVCR. MANIL. MART. *binis*: CVLEX LVCAN. VAL. FL. *quater*: CATVLL. *saepius*: VERG. OV. STAT.

1 ***tt. iuris publici*:** VLP. reg. 5,3 -um est uxoris iure ducendae facultas. 5,4 -um habent cives R. cum civibus R., cum Latinis autem et peregrinis ita si concessum est *eis*. SERV. Aen. 1,73 -um est ius legitimi matrimonii. *cf. Leonhard, PW. IV 1170.* CIC. rep. 2,63 quibus *tabulis* etiam quae diiunctis populis tribui so-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lent -a, haec illi ut ne plebei cum patribus essent, inhumanissima lege sanxerunt *xviri*. off. 1, 54 sequuntur -a et affinitates, ex quibus etiam plures propinqui (LIV. 1, 13, 3 si affinitatis inter vos, si -ii piget. *cf. infra l. 15*). OV. fast. 3, 195 extremis dantur -a gentibus, at quae Romano vellet nubere, nulla fuit. LIV. 1, 9, 2 qui societatem -umque novo populo peterent. 1, 9, 6. 14 qui -um finitimis negassent. 4, 1, 1 de -o patrum et plebis C. Canuleius tribunus pl. rogationem promulgavit. 4, 2, 6 -a promiscua habere. 4, 3, 4. 4, 4, 5 partem civitatis velut contaminatam indignam -o haberi. 4, 4, 9 -um tolli patrum ac plebis. 4, 5, 5 si -iis redditis unam hanc civitatem tandem facitis. 4, 5, 6 -ii societas. 4, 6, 2 xviros -um diremisse. 8, 14, 10 ceteris Latinis populis -a commerciaque et concilia inter se ademerunt (9, 43, 24 VLP. dig. 24, 2, 11, 2. 25, 7, 1 pr.). 23, 4, 7 -um vetustum (26, 33, 3). 31, 31, 11 ipsos foedere primum, deinde -o atque cognationibus, postremo civitate nobis coniunxissemus (CVRT. 8, 4, 25 Persas et Macedones -o iungi. *cf.* 8, 1, 9 principes Macedonum cum primoribus suae gentis -o coire. TAC. hist. 4, 65 nobiscum per -um sociatis) *al.*, TAC. hist. 3, 34 adnexu -isque gentium adolevit. GAIVS inst. 1, 57 veteranis quibusdam concedi solet ... -um cum his Latinis peregrinisve (CONST. veteran. *passim.*, *ex. gr.* 8 p. 853 *a. 71* civitatem dedit et -um cum uxoribus. 12 p. 853 *a. 76* ius tribuo -i). 1, 67 si inter patrem et matrem eius -um sit *al.* VLP. dig. 24, 2, 11 pr. detraxit ei cum alio -um. PAPIN. coll. Mos. 4, 5, 1 civis R. qui sine -o civem vel peregrinam in matrimonio habet. VVLG. gen. 34, 9 iungamus vicissim -a (ἐπιγαμβρεύσασθε). Ios. 23, 12 cum eis miscere -a (ἐπιγαμίας ποιεῖν). PRVD. c. Symm. 2, 617 nunc per genialia fulcra externi ad ius -ii *conveniunt*. COD. Iust. 5, 4, 28 pr. lex Papia inter senatores et libertas stare -a non patitur. *iuncturae*: -um est cum: CIC. top. 20 cum fuisset *mulier* nupta cum eo quicum -um non esset. LIV. 1, 9, 1 quibus ... nec cum finitimis -a essent. 4, 4, 5 ne -um patribus cum plebe esset. 43, 3, 2. SEN. benef. 4, 35, 1 non est mihi cum externo -um. GAIVS inst. 1, 59 *al.* VLP. reg. 5, 5 cum servis nullum est -um. dig. 24, 2, 11 pr. -um habere cum: GAIVS inst. 1, 56 peregrinas cum quibus -um habeant. VLP. dig. 23, 2, 45, 4 cum alio -um habet *liberta*. 23, 2, 45, 6. reg. 5, 4. COD. Iust. 5, 27, 11 pr. eam *mulierem* cum qua poterit habere -um (INST. Iust. 3, 1, 2 coniugium). FEST. p. 237 -o (convivio *cod.*) facto inter patres et plebem.

2 *latiore sensu i. q.* ***matrimonium***, *coniugium, concubitus*: LIC. IMBR. com. 2 Marti es in -um data. CATVLL. 62, 27 qui (*Hesper*) desponsa tua firmes -a flamma, quae pepigere viri, pepigerunt ante parentes. 62, 57 cum par -um maturo tempore adepta est *virgo*. 64, 141 sed -a laeta, sed optatos hymenaeos *sperare*. 64, 158 si tibi non cordi fuerant -a nostra. CALV. carm. frg. 7 et leges sanctas docuit et cara iugavit corpora -is *Ceres* (VERG. Aen. 1, 73 [= 4, 126] -o iungam stabili propriamque dicabo. APVL. met. 9, 8. AVG. civ. 15, 16 fratres sororesque -o iungebantur. CARM. epigr. Corp. XIII 5954 <co>nubio iuncti. MART. CAP. 1, 92. *cf.* CARM. epigr. 1823, 6 haec mihi ... in -o iuncta est). LVCR. 3, 776 -a ad Veneris partusque ferarum esse animas praesto deridiculum esse videtur (OV. am. 2, 7, 21 Veneris famulae -a liber inire). SALL. Iug. 18, 7 ei paulatim per -a Gaetulos secum miscuere (PLIN. nat. 12, 86 Aethiopia Trogodytis -o permixta. TAC. ann. 13, 34 Armenii similitudine morum Parthis propiores -isque permixti. *cf.* Germ. 46. IVST. 12, 12, 2 affinitatibus -orum victos victoribus miscuisse. SVLP. SEV. chron. 2, 10, 4 Iudaeos gentilium -is permixtos). Iug. 78, 4 eius civitatis lingua modo conversa -o Numidarum. VERG. Aen. 3, 136 -is arvisque novis operata iuventus. 3, 319 Hectoris Andromache Pyrrhin -a servas? (VAL. FL. 8, 421 promissaque serva usque ad Thessalicos saltem -a portus). 4, 168 fulsere ignes et conscius aether -is (-ii P^2RV). 4, 213 -a nostra reppulit *Dido*. 4, 316 per -a nostra, per inceptos hymenaeos. 4, 535. 7, 96 ne pete -is natam sociare Latinis. 7, 253 in -o natae thalamoque moratur. 7, 333. 12, 42 natam et -a nostra petentem (*i. conubia filiae nostrae*). 12, 821 CVLEX 247. 299. OV. epist. 2, 81 at mea despecti fugiunt -a Thraces (OV. met. 11, 226 Iuppiter aequoreae Thetidis -a fugit. 14, 69). 11, 99. met. 1, 480 nec quid Hymen, quid Amor, quid sint -a, curat *Daphne*. 1, 490 visaeque cupit -a Daphnes. 6, 428. 10, 618. 12, 194 aut contigerant illi -a matris, aut fuerant promissa, tuae. MANIL. 2, 925 et -a (coniugia *al.*) et thalamos taedasque gubernat *Venus*. SEN. Oed. 800 -a matris ... tremo. Phaedr. 232 -a vitat *Hippolytus*. Tro. 901 celebrate Pyrrhi, Troades, -a (CLAVD. carm. min. 29, 27). LVCAN. 2, 330 ubi -i pretium mercesque soluta est (GLOSS. -i pretium filii dicuntur). 2, 343 da tantum nomen inane -i. PLIN. nat. 6, 168 Asarri, ex Trogodytarum -iis. VAL. FL. 8, 277. STAT. silv. 1, 2, 195 taciteque inspirat honorem -i. 1, 2, 211. 2, 3, 19 sua credit -a *Pan*. 3, 3, 110 iungere festa -a (Theb. 11, 192 natae melius -a iungas. CLAVD. 22, 355 Venus ... tertia regali iungit -a nexu. *dub.* CIC. de orat. 1, 37 Sabinorum -a coniunxisse [coniugia *M*]). STAT. silv. 3, 3, 121. 3, 4, 54. 3, 5, 62 sed venient, plenis venient -a taedis. 5, 1, 59 casta. 5, 3, 241 unā tibi cognita taedā -a, unus amor. Theb. 1, 69 si lamentabile matris -um gavisus ini. 1, 245. 2, 109. 157 quantis -a nostra (*sc. filiarum nostrarum*) procorum turba petant studiis. 2, 340. 3, 271 -a caelo festa. 7, 63 foeda ... -a (*Martis et Veneris*). 10, 62 expers -i. 11, 216 te (*Iovem*) ... Cadmeia adeptum -a (*sc. Semeles*) *al.* Ach. 2, 241. 1, 533 Amazonio -a pellere ritu. MART. 6, 2, 1 sacrae -a fallere taedae (*de adulteriis*). TAC. Germ. 4 Germaniae populos nullis aliis aliarum nationum -is infectos. APVL. met. 5, 6 quam tuo isto dulcissimo -o caream. 9, 28 -a lege sociata corrumpis. Plat. 2, 25 ipsorum -orum quaeritur tempestiva coniunctio. 2, 26. CARM. epigr. 1311, 1 (*ex schedis*) -ii decus egregium. CORP. IX 5910 quae vixit ... in -o annis *tot* (*cf. p. 814, 45*). TERT. anim. 41 o beatum -um si non admiserit adulterium. adv. Val. 7 p. 185, 15 fraterna -a. LACT. inst. 4, 8, 3 ex -o ac permixtione feminae alicuius deum procreasse *filium*. NEMES. cyn. 27 impia Myrrhae -a. IVST. 43, 3, 2 FAV. EVL. p. 4, 1. VVLG. Hebr. 13, 4 honorabile -um (γάμος) in omnibus. AVG. civ. 14, 21. 15, 16 *al.* MART. CAP. 1, 1 -um divum componens Calliopea. 1, 7 *al.* COD. Theod. 12, 1, 6 (*a. 319*) ad sordida descendere -a servularum (*cf.* 4, 12, 6 *a. 366*). 9, 7, 2 (*a. 326*) foedare -a (*ibid.* matrimonia deformant). SACR. Leon. p. 445 sublimiores animae quae in viri ac mulieris copula fastidirent -um. SIDON. carm. 2, 500. 11, 39. 14, 1. DRAC. Rom. 8, 288 -um regni, thalami consortia casti scindere poscebant. 8, 306. PASS. Petr. 3 Petrus -a divortiis mancipat. *ibid.* virile -um. *nota*: ARNOB. nat. 3, 8 per coitus et -a corporum. *de herbis*: PLIN. nat. 16, 1 sive illae *pomiferae arbores* ultro ab homine didicere blandos sapores adoptione et -o — idque munus etiam feris volucribusque dedimus —. AMBR. hex. 4, 1, 1 quid prodest ... vitem adiungere ulmis et quodam -o copulare. *de bestiis*: STAT. Theb. 12, 601 ut modo -iis taurus saltuque recepto. SOL. 7, 30 *perdices* dimicantur circa -um. EVSTATH. Bas. hex. 7, 5 p. 942^C^ vipera ... pergit ad -um muraenae. 8, 6 p. 951^D^ *de avibus*. *translate*: STAT. silv. 1, 2, 185 ipsa in -a terrae aethera, cum pluviis rarescunt nubila, solvo (*sc. Venus*). OPTAT. 4, 8 p. 114, 10 *apud haereticos* sunt sacramentorum falsa -a. AVG. civ. 17, 16 ecclesiam tanto viro suo spiritali -o et divino amore coniunctam. *metonymice*: *de uxore*: VERG. Aen. 9, 597 en qui nostra sibi bello -a poscunt (*i. sponsam*). STAT. Theb. 3, 579 liquere domos dilectaque laeti -a et ... natos (8, 385 aboletque domos, -a, natos. 10, 768 at Tyriis ... domos, -a, natos reddite morte mea. DRAC. laud. dei 3, 93 -a [convivia *trad.*] natos postponat mens pura deo). STAT. Theb. 8, 62 Siculo rapui -a (*sc. Proserpinam*) campo. Ach. 2, 69 facilique trahi -a raptu. IVVENC. 4, 16 si quis -um properata morte relinquet. CLAVD. 10, 165 novis onerant -a (*i. sponsam*) donis. 15, 441 -a mille (*i. concubinae*). DRAC. Rom. 8, 463. 524. *de marito*: PLIN. nat. 6, 19 Sauromatae Gynaecocratumenoe, Amazonum -a. STAT. Theb. 8, 626 -a vidi nocte, soror; sponsum (unde?) mihi sopor attulit amens. *nota*: CLAVD. 18, 72 femina cum senuit, retinet -a (*i. fidem mariti*) partu.

cōnūbs, -is *cf. c.* conubium. GRAMM. suppl. 123, 23 in -ubs, ut haec nubs, huius nubis et conubs conubis. *cf.* GLOSS. II 439, 43 σύγγαμος connubis.

conucla *etc. v.* coluc(u)la.

[**convecticulum**] NOT. Tir. 96, 69 *pro* convent-.

convectio, -ōnis *f. a* convehere. GLOSS. comportatio. AMM. 14, 10, 4 quam ob causam annonae -o sit impedita.

convecto, -ātus, -āre [*cf. c.* convehere, convectus *et c.* vectare. *Th.*]. GLOSS. comportare. -antes comportantes. -ant portant. VERG. Aen. 7, 749 semperque recentes -are iuvat praedas (IVL. VAL. 3, 23 praeda -ata. EVSTATH. Bas. hex. 8, 2 p. 948^A^). SIL. 15, 389 -ant silvis ingentia robora. STAT. Theb. 1, 162 quid si Phrygiae Tyriaeque sub unum -entur opes? TAC. hist. 3, 27 ex proximis agris ligones dolabras, et alii falces scalasque -ant. AMM. 29, 5, 13. PS. AMBR. serm. 48, 5 vestes, praedia pretiosa -at *iuvenis puellae*. HEGES. 4, 13, 2 in castella frumentum. 4, 27 l. 52. COD. Theod. 7, 4, 9 (*a. 364*) milites paleas -are. 13, 5, 10 (*a. 364*). CORIPP. Ioh. 7, 238 per latos -ant horrea campos. Iust. 4, 105 rutilum aurum. 4, 148 qualia fecundi -ant munera campi agricolae. *de bestiis*: VERG. Aen. 4, 405 it nigrum campis agmen *formicarum* praedamque per herbas -ant calle angusto (*cf.* AMBR. hex. 6, 4, 16 nigro -atur agmine praeda per campos *a formicis*). EVSTATH. Bas. hex. 8, 5 p. 951^A^ alimoniam ... -ant *aves*. *nota*: VEREC. in cant. 4, 17 ut invicem se ... -ent (*i. portent*) *cervi, dum mare transeunt*.

convector, -ōris *m.* 1 *a* con *et* vector, *i. socius itineris*. CIC. Att. 10, 17, 1 quin etiam navi eius me et ipso -e usurum puto. APVL. met. 1, 15 -e illo tuo, cum quo sero devorteras. 2 *a* convehere, *i. is qui comportat, v. nom. prop.*

convectū comportatu GLOSS. IV 496, 23. *a* convehere.

convegeto *v.* convigeto.

conveho, -vēxī, -vectum, -ere [*i. q. umbr.* kuveitu *imperat.* 'convehito', *a* con *et* vehere. *Th.*]. GLOSS. συμβαστάζω. συνοχοῦμαι. II 115, 46 convenit (*coni.* convehit *vel* conbennit) συνβαστάζει. -cti congregati. V 280, 60 -cti coadunati conveste(?).

1 *i. q. comportare, colligere, conferre*: VARRO rust. 1, 20, 4 ad molas et ad ea, si quae sunt, quae in fundo -untur. LVCR. 2, 101 quaecumque magis condenso conciliatu exiguis intervallis -cta resultant, indupedita suis perplexis ipsa figuris *corpora prima*. *cf.* 2, 1061 (coniecta *trad.*). 5, 429 (conventa *trad.*). CAES. Gall. 7, 74, 2 dierum xxx pabulum frumentumque habere omnes -ctum iubet (civ. 1, 48, 5. 1, 49, 1 *syn.* comportare. LIV. 4, 22, 3 frumentum ... copiae quoque abunde ex ante -cto sufficiebat. 5, 26, 9. 10, 11, 9. 23, 27, 2 frumen-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tum commeatusque alios. 24, 36, 10. 24, 41, 4. 28, 4, 2. 29, 36, 1 praeter -ctum undique . . . frumentum commeatusque ex Sicilia . . . advectos. 30, 39, 4. 42, 56, 8. 42, 64, 2). CAES. civ. 2, 15, 1 omnibus arboribus longe lateque in finibus Massiliensium excisis et -ctis. LIV. 2, 14, 3 -cto ex propinquis . . . arvis c o m m e a t u (25, 37, 7 muniendis castris -endisque commeatibus. DARES 22). 5, 13, 2 annona ex ante -cta copia nihil mutavit. 23, 19, 8 farre ex agris circa undique -cto. 23, 20, 9. 30, 9, 4. 34, 26, 8. 38, 19, 3. 44, 40, 2 quod in novis castris non ligna, non p a b u l u m -ctum erat (COD. Theod. 11, 1, 9 *a. 365. cf. infra l. 32*). SEN. dial. 11, 10, 3 undique -unt omnia, nota ⟨ignota⟩, fastidienti gulae. COLVM. 4, 30, 2. 8, 16, 2 *lacus* -ctis marinis seminibus replebant. PLIN. nat. 8, 38. 223. 12, 66. 16, 35 messibus -endis vindemiisque. 18, 265 rapiendi -endique fructus alios atque alios tempus. 36, 116. VLP. dig. 11, 8, 1, 8 eam materiam -i. AMM. 15, 11, 5 merces adventiciae -untur. 25, 8, 3 navigia ultro citroque discurrere statuit, dum omnes -remus. RVFIN. hist. mon. 2 p. 407^A lateres. SVLP. SEV. chron. 1, 23, 1 ligna et aquam. dial. 1, 19, 3. SIDON. epist. 3, 3, 3 plaustris -cta *corpora*. *nota*: SYMM. or. 2, 21 neque . . . terrigenas . . . iuvenes Pelion atque Ossam -isse credibile est. *accedit* q u o: VARRO ling. 5, 35 q u o [d] fructus -bant, villae *dictae sunt* (LIV. 38, 37, 8). rust. 1, 2, 14 vilicus . . . appellatus a villa, quod ab eo i n eam -untur fructus et evehuntur, cum veneunt. CIC. Mil. 74 repente lintribus in eam insulam materiem, calcem, caementa, arma -xit. CAES. civ. 1, 34, 5 frumentum ex finitimis regionibus atque ex omnibus castellis in urbem -erant. BELL. Alex. 2, 1. LIV. 3, 23, 3 praedam ex castris raptim A n t i u m (25, 13, 2 frumentum ex propinquis locis Capuam. 25, 20, 2 Casilinum. 27, 8, 19 ut *frumentum* et Romam mitteret et Catinam -ret. PLIN. nat. 6, 105 ex qua *regione* piper monoxylis lintribus Becaren -unt [SOL. 54, 8]. 12, 63 tus collectum Sabotam). LIV. 4, 61, 7. 22, 40, 8. 23, 32, 14. 23, 35, 12. 23, 46, 9 frumento ab Nola Neapolique in ea castra -cto. 23, 48, 1. 24, 39, 11. 25, 20, 3. PLIN. nat. 8, 132 pabulo ante in specus -cto. 34, 84. TAC. hist. 4, 22 ut copiae in castra -rentur. SVET. Cal. 15. RVFIN. hist. 3, 6, 22 facultates, quas domo in urbem -erat (μετήνεγκεν). LIV. 1, 51, 6 gladiorum ingentem esse numerum a d eum -ctum. 4, 60, 6 aes grave plaustris quidam ad aerarium -entes. *nota*: BOETH. arithm. praef. p. 3, 11 ea, quae ex Graecorum opulentia litterarum in Romanae orationis thesaurum sumpta -ximus. *de bestiis*: *de apibus*: PLIN. nat. 11, 17 praeter haec -itur erithace. 11, 21. 41. 58 maxime rixa in -endis floribus exerta *apibus*. 11, 64. *de formicis*: PLIN. nat. 11, 109. *de avibus*: LACT. opif. 3, 7 *aves* cibos -unt fetibus suis.

2 *i. q. devehere, transportare*: MANIL. 5, 377 unde (*sc. ex Colchide*) aurata novo -cta (confecta *vel* effecta *al.*) est aequore pellis *arietis*. DARES 3 Telamon Hesionam secum -xit. AMM. 17, 4, 13 quo *obelisco* -cto per alveum Nili. CASSIOD. var. 3, 42, 3 quae non potuerunt -i. 5, 16, 2 qui *dromones* frumenta publica possint -ere. *nota*: CONC. Rom. a. 501 p. 429, 5 quod s e unde egressus fuerat, ad beati Petri apostoli saepta -erit (*i. se contulerit, si lectio vera est*).

derivata: convectio, convecto, convector, convectus. convexus? *L.*

^x **convello,** -vellī (-vulsī), -vulsum (-volsum), -ere *a* con- *et* vellere. comvulsae GLOSS. IV 36, 31 (Verg. Aen. 1, 383). CORNVT. Cassiod. gramm. VII 149 olim ita per o, hodie per e . . . convollere convellere. *perf.* -velli: CIC. dom. 54 har. resp. 41 leg. 1, 54 Att. 8, 15, 2 VERG. Aen. 2, 464. -erit: PANEG. 5, 6. -vulsi: HIER. epist. 3, 3 GLOSS. IV 37, 25. -isset: OROS. hist. 5, 12, 5. -erit: CHIRON 45. 713. GLOSS. ἀνασπᾷ, ἀνατέλλει (ἀνατίλλει h). -unt diruunt. -ere confingere (confringere?). avellere sive abstrahere. -sit excitavit. -itur movet (?). -i φθαρῆναι. labescit movet, -itur (*sim.*). -sus simul evulsus vel percussus. eradicata. eruta, praesens (percussa?). dissoluta vel percussa. divulsa, dissipata, disrupta, eversa. dissipata, disrupta, eversa. separata, confracta. *inde ab* ENNIO *et* CATONE.

I *i. q. carpere*: **A** *proprie*: *i. q. vellere*: VAL. MAX. 7, 3, 6 validi *equi* caudam . . . paulatim carpi, infirmi . . . universam -i iussit (*cf.* FRONTIN. strat. 1, 10, 1). PLIN. nat. 19, 109 sarculo leviter -untur radices. **B** *translate*: *i. q. minuere, cf.* ISID. *p. 819, 10*: LVCR. 3, 340 umor aquae dimittit saepe vaporem, qui datus est, neque ea causa -itur ipse. HIRT. Gall. 8, 50, 2 Antonii repulsa Caesaris discedentis gratiam -ere cupiebant. CELS. 3, 4 ut aegri vires -antur. *ibid.* -endas enim vires aegri putavit. PLIN. paneg. 36 nihilque ex publica utilitate -sum. MART. CAP. 9, 890 ne quid nuptialibus derogaret ornatibus aut tantae eruditionis examen deliciosa festinatione -ret. *i. q. rodere*: CIC. Phil. 2, 83 ne acta Dolabellae videar -ere. ARNOB. nat. 2, 60 verecundiam -itis et dilaceratis nostram. HIL. syn. 83 cur hodie -atur, quod tum pie susceptum est. HIER. epist. 50, 1 libros . . . canino dente rodere, lacerare, -ere.

II *i. q. sede sua depellere, removere*: *i. q. evellere, extrahere*: CIC. div. 1, 77 signa -i et se sequi iussit (LIV. 3, 7, 3. 3, 54, 10. 5, 37, 4. 7, 39, 16. 22, 3, 11. 22, 33, 12. 25, 21, 1. VAL. MAX. 1, 6, 5. 1, 6, 11 aquilarum altera vix -i a primo pilo potuit. 3, 2, 20 -sum signum dextra retinens. SIL. 3, 220. 13, 82. TAC. ann. 1, 20 manipuli . . . vexilla -unt. SVET. Claud. 13 neque aquila ornari neque signa -i moverique potuerunt. *cf.* OROS. hist. 7, 6, 7). CATVLL. 62, 40 flos . . . ignotus pecori, nullo -sus aratro. VERG. georg. 2, 294 non hiemes illam *arborem*, non flabra neque imbres -unt, immota manet (Aen. 3, 24 viridemque ab humo -ere silvam [*i. arborem*] conatus. 3, 31 lentum -ere vimen. OV. met. 7, 204 vivaque saxa sua -saque robora terra et silvas moveo. COLVM. 2, 2, 13 intra biennium saepius -sa moritur *filix* [*ibid.* filicis extirpatio]. GELL. 19, 12, 9 frutecta atque virgulta . . . cum sentibus et rubis purificandi agri causa -it. PALLAD. 11, 8, 2 omnem subolem -i Columella praecepit. PRISC. Anast. 18 domuit penitus -ens semina belli). VERG. Aen. 12, 774 voluitque manu -ere ferrum (*i. hastam in arbore defixam*. SIL. 5, 451 *telum* -ere temptat, qua nasci ferrum . . . cernit). OV. am. 2, 14, 5 quae prima instituit teneros -ere fetus. met. 9, 351 haeserunt radice pedes: -ere pugnat, nec quicquam nisi summa movet (SIL. 4, 577 -ere limo mersa pedum penitus vestigia). VAL. MAX. 2, 2, 5 (*in imag.*) in⟨si⟩tusque pectoribus . . . respectus . . . -i non potuit. LVCAN. 3, 699 nimis affixos unci (*i. ancorae*) -ere morsus. PETRON. 109 alius exultantes quaerebat fuscina pisces, alius hamis blandientibus -bat praedam repugnantem. GELL. 12, 5, 8 affectiones istas . . . -ere ab stirpe atque extinguere vix potest. 19, 12, 5 sensus istos motusque animi . . . -amus. IVVENC. 1, 524 auctorem miserae properans -ito labis (*i. oculum*). 3, 369 mentisque . . . -sa venena daemonis . . . fugavit. *i. q. defringere*: CIC. Verr. 5, 94 -sis r e p a g u l i s effractisque valvis (FEST. p. 281. VAL. MAX. 2, 8 praef. Alpium Taurique mortis -sa claustra tradidit. 6, 8, 6 -sa ianuae claustra. 9, 7, 1 claustris carceris -sis. SEN. nat. 6, 18, 2 quae [*montis claustra*] diu pulsata -it ac iactat. STAT. Theb. 11, 296. PANEG. 5, 6 cum oceanus . . . nequaquam tua . . . claustra perfregerit neque omnino -erit. FIRM. err. 24, 4 immortalia claustra -ite. PS. RVFIN. in Am. 8, 1—3 cardines templi -endos dixit. *cf.* TAC. hist. 3, 84 -sis portis reliquus globus obtulit se victoribus). CIC. Verr. 6, 186 Hercules, quem iste . . . -ere ex suis sedibus . . . conatus est (6, 187 simulacrum Cereris . . . e sacrario Catina -endum auferendumque curavit. dom. 54 gradus Castoris -isti ac removisti. LIV. 22, 3, 13 effodiant signum, si ad -endum manus . . . obtorpuerunt. 38, 43, 5 simulacra deum, deos immo ipsos, -sos ex sedibus suis ablatos esse. VAL. MAX. 8, 14, 6 clipeo Minervae effigiem suam inclusit, qua -sa tota operis colligatio solveretur. ARNOB. nat. 6, 22. ZACCH. 3, 7 primum idolorum vestigia -urus est). LVCR. 3, 343 penitus pereunt -si *artus* conque putrescunt (*ibid.* discidium). CAES. civ. 2, 11, 3 milites vectibus infima s a x a turris . . . -unt (CVRT. 5, 3, 20. PANEG. 9, 9 amni, quem abruptae radicitus silvae et -sa funditus saxa sequerentur. *cf.* COLVM. 2, 4, 6 non minute diffundit humum sed vastos caespites -it). VERG. Aen. 6, 148 aliter non . . . vincere nec duro poteris -ere ferro *ramum* (*ibid.* carpe manu). OV. met. 12, 254 pede -so mensae. SEN. Herc. O. 1734 -sam solo . . . Ossam. COLVM. 4, 7, 1 palmites . . . aut maiore nisu -endi sunt aut falce deputandi. 5, 6, 7 ne . . . radiculae ulmorum -antur (PLIN. nat. 18, 177). LVCAN. 2, 667 -so vertice Gaurus decidat. PLIN. nat. 23, 73 dentibus carne mandenda attritis aut -sis. VAL. FL. 5, 158 aspera . . . -ens . . . vincula prensa manu saxis abduxerat. STAT. Theb. 9, 108 -sae cuspide longe diffugere iubae. SIL. 9, 466 -sam . . . partem vicini montis. 14, 547 nautarum interdum -sa sedilia torquens. AVSON. 35, 7 truncatis -sa iacent elementa figuris. CLAVD. carm. min. 53, 128 en iterum -sa feror *Delos*. COD. Theod. 15, 1, 19 (*a. 376*) non marmorum frustis spoliatarum aedium deformatione -sis. *i. q. avellere, abripere, detrahere*: CATO agr. 40, 2 cum praecides, caveto ne librum -as. CIC. leg. 1, 54 qui me ex nostris paene -it hortulis. Att. 5, 20, 10 quod . . . puer habet, cures ne qua ratione -atur. 8, 15, 2 quae me -erunt de pristino statu. VERG. georg. 1, 457 non . . . me . . . per altum ire neque a terra moveat -ere funem. VAL. MAX. 7, 6, 1 spolia hostium affixa templis . . . -rentur. SEN. epist. 58, 35 si coeperit *senectus* concutere mentem, si partes eius -ere. SIL. 14, 17 pelagus . . . cum populis pariter -sis transtulit urbes. TAC. hist. 2, 94 robora tamen legionibus . . . subtracta, -sum castrorum decus. APVL. apol. 71 ab obstinata viduitate -sam (*al.* compulsam). ARNOB. nat. 5, 7 scatens ira -si a se pueri et uxoris. HIER. epist. 3, 3 me a tuo latere subitus turbo -sit. *adde*: MANIL. 5, 69 Heniochus clivoque rotas -it ab imo (*i. emittit*). *i. q. tollere*: ENN. ann. 462 rex deinde citatus -it sese. *cf.* SERV. Aen. 11, 19 alii vellere movere accipiunt: Ennius . . ., et in sacris -itur mensa dicitur, cum tollitur. *i. q. evertere*: CIC. Pis. 52 ipsa Roma prope -sa sedibus suis. HIRT. Gall. 8, 26, 4 nullam partem munitionum -ere potuisset. ALF. dig. 39, 2, 43 ut quamvis firma aedificia -ret *ventus*. VERG. Aen. 2, 446 turris ac tecta domorum culmina -unt. 2, 464 turrim . . . -imus altis sedibus impulimusque. 2, 507 urbis . . . casum -saque vidit limina tectorum. VAL. MAX. 5, 1, 5 partem muri, quae sola -i poterat. SEN. Thy. 1010 non tota ab imo tecta -ens solo vertis Mycenas? SIL. 1, 490 aggere -so. 3, 213 eruta -sis prosternis oppida muris. 14, 638. TAC. ann. 4, 62 conferta mole *theatri*, dein -sa dum ruit . . . effunditur. PLIN. epist. 7, 19, 8 domus ipsa nutare -saque sedibus suis ruitura supra videtur. OBSEQ. 45 domicilia ruinis prostrata, quaedam -sa sede sua inclinata manserunt. ARNOB. nat. 4, 9 limina . . . -i et subrui. 6, 23 AVSON. 432, 3 HEGES. 4, 1, 3. AMM. 21, 12, 9 aedificii parte -sa. CYPR. GALL. exod. 17 quantasque ruinas sublimes facient -sis moenibus urbes. iud. 22. 60 patrium gaudens -ere vallum proditor. 383. *adde*: PRISCILL. tract. 1, 28 tabernaculum Christi dei et templum, quod est in nobis, nemo -et. *nota i. q. obruere, opprimere*: AMM. 14, 11, 1 tamquam nodum et codicem difficillimum Caesarem -ere . . .

cogitabat. 31, 3, 8 ut turbo montibus celsis . . . apposita quaeque -it et corrumpit *populus Hunorum*. 31, 8, 5 ne subita multitudo uti amnis . . . -ret . . . cunctos suspecta loca . . . observantes. 31, 15, 7 cum sterni et sauciari cernerent fortiores et particulatim vires suas -i.

III *i. q. concutere, lacerare, labefactare*: **A** *proprie*: *i. q. quassare*: *dub.* ENN. ann. 225 mulserat huc navim -sam (*Müller*, compulsam *codd.*) fluctibus pontus. LVCR. 4, 505 -ere tota fundamenta, quibus nixatur vita salusque (COLVM. 1, 4, 10 ne . . . torrens . . . fundamenta -at). VERG. Aen. 1, 383 vix septem -sae *naves* undis euroque supersunt (*cf.* ISID. orig. 10, 62 -sus dicitur cui sua vi aliqua adimuntur. unde et -sa navis, cuius eminentia vi tempestatis adimuntur, unde Vergilius . . . , quasi mutilatae, fluctibus laceratae. *cf. l. 6.* SEN. Ag. 501 illa -sum latus submittit undis. LVCAN. 3, 528 crebraque sublimes -unt verbera puppes. STAT. Theb. 2, 194). VERG. Aen. 3, 414 haec loca vi quondam et vasta -sa ruina (SEN. nat. 6, 30, 1). SEN. suas. 1, 4 tanta -si funditus maris insania est. SEN. epist. 40, 2 solet magno cursu verba -ere, quae non effundit una, sed premit et urguet. PLIN. nat. 34, 40 *statuae* manu . . . mobilis ea ratio libramenti est, ut nullis -atur procellis. SIL. 5, 615 immugit penitus -sis ima cavernis dissiliens tellus. TAC. ann. 12, 57 -sis ulterioribus aut fragore et sonitu exterritis. IVV. 1, 12 Frontonis platani -saque marmora clamant (*agitur de recitantibus*). *de corpore eiusque partibus*: *i. q. contundere*: OV. epist. 16, 111 desine . . . verbis -ere pectus. SEN. contr. 2, 5, 5 scissum corpus flagellis, ⟨igne⟩ exustum, -sum tormentis. TAC. ann. 1, 32 *centuriones* prostratos verberibus mulcant, tum -sos laniatosque et partim exanimos . . . in amnem Rhenum proiciunt. TERT. adv. Marc. 3, 7. VAL. MAX. 9, 3, 8 -so pectore spiritum cruore ac minis mixtum evomuit. PETRON. 131 ne frater latus meum -ret. PLIN. nat. 36, 202 -sa interiora viscera aut contusa. SVET. Tib. 72 latere -so et . . . afflatus aura in graviorem recidit morbum. RVFIN. hist. 1, 8, 9 tortuosi spiritus et suspiria -sis admodum producta visceribus (σπασμοὶ πάντων τῶν μελῶν). PS. RVFIN. in Ioel 1, 15—18 quasi -si visceribus collabamur. CARM. epigr. 1233, 1 si dolor infractum potuit -ere pectus (*in imag.*). SEN. contr. 2, 5, 6 -sis laceratisque membris. 10, 4, 2 huic -si pedum articuli sunt et ⟨ex⟩torti tali. COLVM. 6, 16, 1 *armentum* -it armos. PLIN. nat. 21, 160 -sis lumbis. STAT. Theb. 1, 357 cum tua . . . iacuit -sa cruentis ictibus . . . cervix. CHIRON 45 iumentum coxam si eiecerit aut -erit, sic curato. 713. *adde*: QVINT. inst. 11, 3, 20 fauces tumentes strangulant vocem, obtusae obscurant, rasae exasperant, -sae fractis sunt organis similes. *i. q. arare, secare*: CATVLL. 64, 41 non glaebam prono -it vomere taurus (STAT. Theb. 4, 502 laevaque -sae dedimus carchesia terrae. *cf.* 4, 451 tellure cavata). VERG. Aen. 5, 143 -sum remis rostrisque tridentibus aequor (5, 142 infindunt pariter sulcos). 8, 690. ANTH. 388A, 15 -sum remis spumet aequor. *adde*: OV. met. 11, 123 dapes avido -ere dente parabat.

B *translate*: **1** *i. q. affligere, vexare, exagitare*: SIL. 6, 431 inhibens -ere vulnera quaestu. TAC. ann. 4, 40 erumpere aemulationem feminarum eaque discordia nepotes suos -i. 6, 40 sacerdotia integra eorum domo destinata -sa distulerat. 6, 48 cum Tiberius post tantam rerum experientiam -sus et mutatus sit. 12, 1 caede Messalinae -sa principis domus. 12, 58 tributum Apamensibus terrae motu -sis . . . remissum. 12, 65 novercae insidiis domum omnem -i. HIER. epist. 22, 23 frequentibus bellis Iudaea -sa. VVLG. Is. 18, 2 ad gentem -sam et dilaceratam. 54, 11 paupercula tempestate -sa absque ulla consolatione (ἀκατάστατος). *adde*: TERT. patient. 12 nemo -sus animum in fratrem suum munus apud altare perficiet. VEREC. in cant. 4, 4 non se per inquietudinem -ret (convolveret; *corr. prima manus aut fere aequalis*) tangere quod . . . fuerat interdictum.

2 *i. q. infirmare*: CIC. Cluent. 6 si eam *opinionem* ratio -et. Rab. perd. 3 cum cuncta auxilia rei publicae labefactari -ique videat. Balb. 61 cur ea, quae mutare non possumus, -ere malumus quam tueri. de orat. 2, 205 si . . . -ere adoriamur ea, quae non possunt commoveri (*ibid.* agamus in nugis). leg. 1, 42 si . . . *iustitia* utilitate illa -itur. ac. 1, 41 sin ita erat comprensum, ut -i ratione non posset. div. 1, 117 quae mihi quidem non videntur posse -i. epist. 5, 13, 2 cogitatio . . . vi tamen tempestatum et concursu calamitatum erat aliquantum labefactata atque -sa. VAL. MAX. 7, 8, 2 testamentum . . . iudicio -ere. TAC. hist. 4, 30 nuntiis et promissis fidem legionum -ens. ITALA Dan. 11, 4 (Wirc.) -etur regnum eius (συντριβήσεται, VVLG. lacerabitur). ARNOB. nat. 3, 40 labant sententiae alteraque opinione ab altera -itur. HIL. syn. 80 me expositiones has . . . fidei vestrae velle -ere. trin. 3, 21 naturam veritatis -imus. 9, 24 unius dei fidem non -ens. AVG. serm. 88, 15, 14 divinitas stat, non mutatur, non -itur, non recedit. civ. 3, 24 vetustam iniquitatem audere -ere periculosissimum. 5, 26 quae potius exagitari quam -i possint garrulitate. 22, 28 argumenta -it et destruit. COD. Theod. 4, 4, 3, 1 (*a. 396*) nec patimur fidem conditi arbitrii . . . -i. SIDON. epist. 5, 7, 2 iudicanda dictant, dictata -unt. IVL. SEV. rhet. 11 p. 361 sin . . . suis argumentis confutare nequiveris, aliis rationibus quod posuerit -ito. BOETH. in top. Cic. 5 p. 372, 42 ipsius M. Tullii voluntatem iudiciumque -ere. EVGIPP. Sev. 40, 2 mansuetudinem regiam tu saepe -is. COD. Iust. 4, 21, 11 actorum interitu veritas -i non solet. 8, 26, 8 (*a. 290*) fiscalis hastae fides facile -i non debet. *quod sanctum vel pactum est*: CIC. Verr. 4, 15 instituta omnium . . . ius societatis -ere et commutare ausus est. Caecin. 51. Cluent. 161 non ita fixum esse deberet, *quod statuissent*, ut -i non liceret. Pis. 10 quas leges . . . potuit quidem nemo -ere. OV. epist. 15, 41 sic placuit fatis, quae ne -ere temptes (AMM. 15, 3, 3 quasi praescriptum fatorum ordinem -urus). VAL. MAX. 3, 8, 6 priscae consuetudinis auctoritas -itur. PAPIN. dig. 2, 14, 42 formam iuris fiscalis -i non placuit. ARNOB. nat. 2, 10 alter alterius labefactant, destruunt -untque decreta. 2, 45 germanitatis -unt atque abrumperent iura. HIL. in Matth. 4, 19 intellegentiae continuationem oportere -i. syn. 86 quid bene constituta -imus (*ibid.* statuerunt). VVLG. II Macc. 8, 17 veterum instituta -sa (πολιτείας κατάλυσιν). OROS. hist. 5, 12, 5 cum . . . Gracchi statuta -isset legesque abrogasset. VINCENT. LER. 4 dum rescinduntur scita patrum, dum -untur definita maiorum. CONSVLT. 2, 6 (*a. 290*) an divisio . . . -i debeat. COD. Iust. 6, 22, 2 (*a. 290*) eius iudicium (*i. testamentum*) -i non debet. 6, 22, 4. 6, 23, 20. 11, 30, 11 (*a. 321*) ut -i labefactarique iubeamus, quae . . . sanximus. NOT. Gall. 1 chron. I p. 584 ut antiquitas nulla possit -i condicione. *statum sim.*: CIC. har. resp. 41 Gracchus -it statum civitatis. Pis. 4. Brut. 115 quo iudicio -sam penitus scimus esse rem publicam. VAL. MAX. 6, 3, 1. TAC. hist. 4, 74 compages haec *imperii Romani* -i sine exitio -entium non possunt. HIL. trin. 12, 49 cum fundationis firmitas -endi status non reciperet perturbationem (*agitur de sapientia*). *cf.* AVG. in Iob p. 546, 8 et -sae sunt compages cordis mei (VVLG. Iob 17, 11 cogitationes meae dissipatae sunt).

part. pro subst. **convulsa,** -ōrum *n.* (*cf. p. 819, 34 sqq.*), *i. q. convulsio*: PLIN. nat. 20, 66 -a et luxata . . . leniunt. 20, 157 -is et tominibus, podagris mire prodest. 22, 79 ad . . . rupta, -a sananda. 24, 137. 28, 140 rupta et -a et spasmata et luxata sanat (*passim*). PLIN. nat. 20, 38 tussi et -is et inflationibus . . . medetur. 20, 104 dantur ad -a intus. 20, 197 prodest laterum et pectoris doloribus, -is, tussibus vetustis. 22, 70 (*saepius*). **convulsus,** -ī *m.*: PLIN. nat. 20, 257 prodest et hydropicis . . . item -is. 21, 133 radicem decoctam bibere spasticis eversis, -is, suspiriosis salutare est. PLIN. nat. 23, 124 percussis, praecipitatis, ruptis, -is. 25, 98 -is, contusis, ex alto praecipitatis . . . utilissima esse traditur.

iuncturae: *indicatur unde -atur aliquid*: *ablativo*: CIC. Pis. 52 VERG. Aen. 2, 465 OV. met. 7, 204 SEN. Herc. O. 1734 SIL. 4, 577 OBSEQ. 45 PLIN. epist. 7, 19, 8. *praepositione*: ab: VERG. georg. 1, 457 Aen. 3, 24 MANIL. 5, 69 SEN. Thy. 1010 (?) APVL. apol. 71 ARNOB. nat. 5, 7 HIER. epist. 3, 3. ex: CIC. Verr. 6, 186 leg. 1, 54 LIV. 38, 43, 5. de: CIC. Att. 8, 15, 2 statu.

syn.: carpere, rodere. subtrahere, removere, iactare, extorquere, frangere, perscindere, abrumpere, corrumpere. contundere, laniare, lacerare, dilacerare, mutilare, exagitare. labefactare, subruere, destruere, infirmare, commutare. *opp.*: tueri. decutere. deputare.

deriv.: convulsio. *Wulff.*

convēlo, -ātus, -āre *a* con *et* velare. *i. q. velare*: GELL. 19, 9, 10 capite -ato. PS. FVLG. RVSP. serm. 1 quam susceperat sub tentorio -ante. *transl.*: GELL. 6, 3, 44 Cato non nudam nec solitariam nec improtectam hanc ἐπαγωγὴν facit sed multis eam modis praefulcit multisque validis argumentis -at. SVLP. SEV. epist. app. 6, 3 idem generis quaestionem (*sc. quod filius non genuinus credebatur*) militia -bat. [PLIN. nat. 17, 192 *leg.* conlevata.]

convena, -ae *adi. et subst.* [*cf. c.* convenire *et c.* advena. *Th.*]. PRISC. gramm. II 121, 6 convenio -a.

1 *generatim, qui conveniunt*: PLAVT. Mil. 139 qui amantes una inter se facerem -as (convenias *codd.*). SOL. 37, 1 stipatis -is aquis *Euphrates* (AMM. 23, 3, 8 aquis adulescentibus undique -is. 23, 6, 57 Ochus et Dargomanes iuncti -is aquis. *cf.* SYMM. orat. 2, 23 nec Rhenus ut ita dixerim, Romana pace gauderet, nisi amnem -am [*sc. Nigrum*] velut obsidem tradidisset). 47, 2 serpentes undique gentium -ae. AMM. 15, 5, 25 -ā undique multitudine. ENNOD. carm. 2, 24, 5 quid faciat rumpens naturam -a (*i. advena*) discors? *nota*: ENNOD. opusc. 3 p. 353, 15 ut reductis ad fidem mentibus terrae sibi -ae dilectionis iure socientur. **2** *speciatim de peregrinis, adventiciis casu, non per ius et leges, congregatis*: SERV. Aen. 8, 328 indigenae sunt inde geniti . . . , advenae de uno loco venientes . . . , -ae de diversis (ISID. diff. 1, 34). GLOSS. νέηλυς. aliunde veniens. -ae συνήλυδες. IV 4, 21 aborigines -ae originis (*cf. vol. I p. 125, 19*). CATO orig. 20 eodem -ae complures ex agro accessitavere. CIC. de orat. 1, 37 pastores et -as congregasse (LIV. 2, 1, 4 illa pastorum -arumque plebs, transfuga ex suis populis. 5, 53, 9). Tusc. 5, 58 quibusdam -is et feris barbaris corporis custodiam committebat *Dionysius*. BELL. Alex. 24, 1 contra -arum ac fugitivorum manum. SALL. epist. Mithr. 17 -as olim sine patria parentibus, peste conditos orbis terrarum. LIV. 28, 20, 8 urbem non Hispani modo -ae, sed Punici etiam exercitus . . . tutabantur. POMP. TROG. Iust. 38, 7, 1 illa colluvie -arum. PLIN. nat. 5, 73. TAC. hist. 5, 2 Assyrios -as, indigum agrorum populum, parte Aegypti potitos. FRONTO p. 58, 21 N. diversis nationibus -ae variis moribus imbuti. APVL. Plat. 2, 26. CYPR. unit. eccl. 10 apud temerarios -as. AMM. 18, 8, 13 multitudo -arum agrestium. *nota*: PANEG. 7, 19 Graecos Italosque illuc (*i. Massiliam*) -as. SERV. auct. Aen.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

7, 738 quosdam Pelasgos aliosque e x Peloponneso -as ad eum locum Italiae venisse dicit. *v. etiam nom. propr.*

convēndo, -ere *a* con *et* vendere. TIBERIAN. carm. 2, 17 palmam -it adulter (*sc. pro Helena Veneri dat praemium Paris*).

conveneror, -ārī *a* con *et* venerari. EPIST. pontif. Damas. 2 Migne 13, 353C *spiritum sanctum* cum patre -amur et filio. *L.*

conveniēns, convenienter *v. sub* convenio.

convenientia, -ae *f. a* convenire. *vox a* CIC. *ficta.* convenentia: GREG. TVR. Franc. 6, 34 (convenientiam *D* 5). Andr. 11. *legitur* NOT. Tir. 91, 81. GLOSS. συμφωνία.

1 *i. q. cohaerentia, coniunctio, concordia:* **a** *absolute:* CIC. fin. 3, 21 quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellamus -am, si placet. 3, 45 recta effectio, item -a, denique ipsum bonum ... crescendi accessionem nullam habet. 3, 46 quorum omne bonum -a atque opportunitate finitur. VITR. 5, 4, 9 -ae ex natura vocis congruentis habent finitiones. SEN. epist. 74, 30 virtus enim -a constat. SIC. FLACC. grom. p. 141, 21 omnes ex -a terminos ponebant. TERT. adv. Marc. 4, 34 ex -a voluntarium *matrimonium* (*opp.* ex violentia coactum). praescr. 23 signum concordiae et -ae. CENS. 10, 11 primam et secundam (*tibias*) reddere eam -am (*i.* ἁρμονίαν), quam reddit diatessaron symphonia. ARNOB. nat. 5, 4 si fuit ratio et quaedam -a naturalis. SCHOL. Hor. ars 3 poetam -am servare debere. AVG. mus. 1, 9, 15 in his ... videmus ... nullam -am. civ. 2, 11. 12, 4 per -am salubriter vivere (*opp.* per inconvenientiam). c. adv. leg. 1, 6, 9 dissimili potestate, sociali -a. MACR. somn. 1, 6, 38 illud ... quod est inter aquam et aerem harmonia dicitur, id est apta et consonans -a. OROS. hist. 2, 3, 4 -ae totius ordo. CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 120, 17 immortalem eandemque incorporalem -am. SEDVL. op. pasch. 2, 13 'complacui' -ae verbum est. BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 242, 5 quandam -am et cognationem. arithm. 2, 1 p. 79, 22 si quis ... animum tendat, eandem -am intitubanter inveniet. 2, 2 p. 82, 31 de multiplicibus eandem -am pernotabis. 2, 33 p. 128, 1 secundum eandem -am. mus. 1, 1 mundi animam musica -a fuisse coniunctam. CASSIOD. in psalm. 80, 3. 150, 5 harmonia est ... diversarum rerum in unam -am redacta copulatio. *technice:* BEDA rhet. p. 611, 4 hirmos (*i.* εἱρμός), id est -a, quando series orationis tenorem suum usque ad ultimum servat. **b** *seq. genetivus:* CIC. nat. deor. 2, 54 hanc tantam tam variis cursibus in omni aeternitate -am t e m p o r u m (AVG. doctr. christ. 3, 20, 29. OROS. hist. 2, 2, 10 sub una eademque -a temporum. 3, 15, 1 pro -a temporum). 3, 18 cum totius mundi -am consensumque afferebas. 3, 28 de -a consensuque n a t u r a e (div. 2, 124 ex quadam -a et coniunctione naturae quam vocant συμπάθειαν. off. 1, 100 ad -am conservationemque naturae). Lael. 100 in ea (*virtute*) est ... -a rerum, in ea stabilitas, in ea constantia. off. 1, 14 eorum ipsorum ... nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem, -am partium sentit. VITR. 5, 6, 1 ex musica -a astrorum. APVL. Plat. 2, 6 -ae eorum, quae natura recta parvaque sunt in homine. TERT. adv. Marc. 4, 16 ad -am v o l u n t a t i s e t f a c t i (*ibid. iterum*). test. anim. 6 suspectam habes -am praedicationis in tanta disconvenientia conversationis. HIL. ad Const. 1, 6 extorquere -am (*aliquot codd.*, conniventiam *al.*) plebium nec cogendi iure potuerunt. SCHOL. Hor. ars 1 primum praeceptum est de dispositione et -a carminis (PORPH. περὶ ἀκολουθίας). PAVL. NOL. epist. 11, 2 qui de voluntate carnis et -a somni ... nati sunt. AVG. civ. 2, 9 Graeci ... antiquiores vitiosae suae opinionis quando -am servarunt. 5, 11 nec herbae flosculum nec arboris folium sine suarum partium -a et quadam veluti pace dereliquit. 15, 13 voluit credibiles facere idonearum generandae prolis -as aetatum. retract. 1, 7, 2 -am scripturarum veterum et novarum. c. Faust. 22, 64 propter -am humanitatis. epist. 187, 31 non tamen per huiusmodi -am maris et feminae venire voluit carnem suam Christus. BOETH. divis. 885B quoniam genus una quodammodo multarum specierum similitudo est, quae earum omnium -am substantialem monstret. COD. Iust. 1, 12, 6, 10 ut aequitatis -am diligentius exsequantur. GROM. p. 273, 5 -am trium centuriarum ibidem esse signaverit. p. 349, 10. 394, 4. **c** *seq.* c u m: CIC. div. 2, 34 si ullam esse -am naturae cum extis concessero.

2 *i. q. pactio, conventio:* SIC. FLACC. grom. p. 142, 3 -a ... possessorum terminos consecrat. TERT. patient. 12 negotium -a solvet. DON. Ter. Phorm. 474 -am suam et Phormionis dicit. CANON. Migne 56, 630A quam cum suis successoribus per -am (conventionem *nonnulli codd.*, conniventiam *al.*) synodalem susceperat auctor erroris. GREG. TVR. Franc. 4, 16 *v. p. 320, 31.* 6, 34 ut filiam suam secundum -am anteriorem ... tradere deberet. Andr. 11 obligaverunt hanc -am per arrabone(m). ISID. orig. 5, 24, 23 emptio et venditio est rerum commutatio atque contractus ex -a veniens.

compos.: dis-, inconvenientia.

×convenio, -vēnī, -ventum, -īre [*i. q. osc.* kůmbened '*convēnit, placuit*', *a* con *et* venire. *Th.*]. coveniatis: CATO or. frg. 40, 1. covenumis *errore fabrili pro* covenimus: IVS hosp. Fund. (Corp. I 532 = X 6231) 4. *coniunctivum* c o n v e n a m *versus commendat:* PLAVT. Bacch. 348 (-iam *codd.*). c o n v e n a t: Trin. 583 (-iat *codd.*), *aliis locis forma* -iam *per metrum certa.* conbeni⟨at⟩: EDICT. imp. Constant. de accus. (Corp. III 12043) 27. convenibo: PLAVT. Cas. 548 (*aliis locis* conveniam). *in tmesi:* CARM. de resurr. 167 con variae gentes veniunt de sedibus imis. *passivum activi sensu v. p. 825, 36 et p. 840, 6.* DIFF. gramm. VII 587, 14 -ire et coire: -it in unum, coit in acta (in-actat *N*, coit in ≂, coit in multos *Fabricius*, in actu *fortasse legendum*). GLOSS. IV 36, 39 -unt: respondent, agitant. *legitur inde ab* ENNIO *et* PLAVTO. *deest apud* PERS. *frequentant* PLAVT. (*109ies*) RHET. Her. (*64ies*) CIC. (*387ies*: orat. *139ies*, phil. *77ies*, rhet. *77ies*, epist. *93ies*, carm. *semel*) CAES. (*91ies*) LIV. (*257ies*) CELS. (*62ies*) SEN. (*76ies*: phil. *74ies*, trag. *bis*) COLVM. (*132ies*) PLIN. nat. (*160ies*) QVINT. (inst. *114ies*, decl. *27ies*). [*val.* cuvenir, *it.* convenire, *francog.* convenir, *hisp.* convenir. *M.-L.*]

I ***in unum venire:*** VLP. dig. 2, 14, 1, 3 -ire dicuntur, qui ex diversis locis in unum locum colliguntur et veniunt. NON. p. 271 -ire colligi, coire. PRISC. gramm. II 394, 26 coeo ... pro -o accipitur. CASSIOD. in psalm. 46, 9 -ire ... est ad unum multos venire. GLOSS. συνέρχομαι, συνιέναι, coeo, συνοδεύω, concurrunt. *i. q. pervenire:* PVBLIL. *p. 823, 15.*

A ***proprie:*** **1** *de animantibus:* **a** *generaliter:* **α** *absolute:* PLAVT. Most. 312 euge ... -unt manuplares eccos. Pseud. 204 quin -unt? ARGVM. Plaut. Mil. 1, 7 licere ut quiret -ire amantibus. CATO or. frg. 40, 1 quod si non -atis, cum convocari iubet. TER. Eun. 467 dare huic quae volumus -ire et colloqui. QVADRIG. hist. 45 senatus autem de nocte -ire, noctu multa dimitti. VARRO rust. 3, 16, 30 quae primum exierunt, in conspectu volitant reliquas, quae nondum congregatae sunt, respectantes, dum -ant. CIC. Caecin. 59 ipsi -erint sua sponte. *ibid.* si non modo convocati sunt, sed ne -erunt quidem. Sest. 129 qui ex tota Italia salutis meae c a u s a -erant (CAES. Gall. 5, 53, 6 magnas Gallorum copias oppugnandi sui causa -isse. civ. 3, 102, 2 PAVL. FEST. p. 171 LIV. 29, 26, 7 *v. p. 824, 48* TAC. ann. 11, 27 PLIN. epist. 8, 21, 5 S. C. de nund. salt. Beg. [Corp. VIII 11451] 24. *cf. p. 823, 12 et 824, 22*). Phil. 3, 5 nunc ... primum ita -imus, ut ... possemus ea, quae sentiremus libere dicere. off. 1, 144 cum ... ii d e communi officio -issent (TAC. ann. 2, 38 cum aliis de rebus -erint patres. *cf. p. 823, 44*). Att. 9, 11, 4 quorum creditores -ire dicuntur. epist. 10, 12, 3 senatus est continuo convocatus frequensque -it propter famam. 11, 6, 3 frequentissimi senatores -erunt. PLANC. Cic. epist. 10, 23, 6 quicquid aliquando futurum fuit in castris perditorum contra patriam, hoc omne iam -it. LVCR. 3, 725 cur milia multa animarum -ant, unde una recesserit. CAES. civ. 2, 17, 3 magna auxilia -isse. Gall. 3, 14, 2 quae classis ubi -it. 5, 58, 7 omnes Eburonum et Nerviorum quae -erant copiae discedunt. HIRT. Gall. 8, 6, 1 cum satis haberet -entes manus dissipare. SALL. Catil. 18, 8 quia nondum frequentes armati -erant. 20, 1 ubi eos ... -isse videt. hist. frg. 1, 65 magna vis hominum -erat. NEP. Eum. 9, 1 -unt duces. VERG. Aen. 1, 708 nec non et Tyrii per limina laeta frequentes -ere. 5, 490 -ere viri. 11, 236 olli -ere fluuntque ad regia plenis tecta viis. ACT. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 36 omnes -rent. OV. epist. 13, 35 -unt matres Phylaceides et mihi clamant. fast. 2, 657. 5, 217 -unt pictis incinctae vestibus Horae. 5, 327 -ere patres. LIV. 1, 9, 8 multi mortales -ere studio etiam videndae novae urbis. 3, 20, 3 -uros se iussu consulis nec iniussu abituros (*cf.* 22, 38, 3). 3, 38, 13 qui (*senatus*) aliquanto spe ipsorum frequentior -it. 7, 35, 11 signo secundae vigiliae -istis. 8, 7, 15 quae (*contio*) ubi frequens -it. 10, 38, 3. 34, 26, 11 navales quoque magnae copiae -bant. PAVL. FEST. p. 39 quod initio in vicis iuvenes cantare soliti essent crebro -entes. SEN. contr. 1, 2, 10 -it omnis libidinosorum turba et concurrit ad meretricem novam. SEN. Thy. 369 reges -ant licet. CVRT. 4, 9, 2 Bactriani Scythaeque et Indi -erant. 5, 2, 4. LVCAN. 7, 832 volucres civilia castra secutae -unt. CALP. ecl. 1, 12 -it umbrosa quicumque sub ilice lentus pascit oves. PLIN. nat. 9, 33 VAL. FL. 5, 467. SIL. 4, 503 en omnes Latiae Dauni que nepotum -ere manus. STAT. Theb. 12, 614 -unt utroque ducis vexilla sequuntur. CAVTIO Phaonis (Corp. X 444) 16 -rentque ii. PLIN. epist. 3, 18, 4 *amici* per biduum -erunt. 10, 96, 7 quod *christiani* essent soliti stato die ante lucem -ire. CARM. epigr. 29, 6 ovantés -íte pilicrepí. GAIVS inst. 3, 79 per dies XV postea iubet -ire creditores. LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 1, 11 quibus coire -ire collegiumque habere liceat. S. C. de nund. salt. Beg. (Corp. VIII 11451) 24 *cf. p. 823, 13.* APVL. flor. 18 p. 64 maximo studio ingens hominum frequentia -ere. HIL. syn. 61 damnatio eius haeresis, p r o p t e r quam -ntum erat (MAXIMIN. c. Ambr. 9 qui superius non -isse orientales propter consuetudinem dixerat, *syn.* venisse). ITALA Ios. 7, 14 (Lugd.) -ite (συναχθήσεσθε, VVLG. accedetis) omnes mane per tribus. iud. 9, 6 (Lugd.) -erunt (συνήχθησαν, VVLG. congregati sunt) omnes principes ... et omnis domus. 9, 47 (Lugd.) -erunt (VVLG. conglobatos) omnes viri turris Sicimorum. VVLG. Sirach 40, 23 amicus et sodalis in tempore -entes. Soph. 2, 1 -ite, congregamini gens non amabilis. Luc. 5, 15 -bant (συνήρχοντο) turbae multae ut audirent. I Cor. 11, 17 quod non in melius, sed in deterius -itis. 11, 34 ut non in iudicium -atis (συνέρχεσθε; *i. ne iudicio digni fiatis conveniendo*). RVFIN. Adamant. 2, 8 -entes (κοινῶς γενόμενοι) creator et bonus deus fecerunt hominem. CLAVD. 5, 107 numquam tantae dicione sub una -ere manus nec tot discrimina vocum.

β *seq. quo:* PLAVT. Men. 30 mortales multi, ut ad ludos, -erant. Poen. 340 eo. Trin. 551 quo. TVRPIL. com. 186 forte eo die meretrices ad me ... Atticae ut -erant. IVS hosp. Fund. (Corp. I 532 = X 6231) 4 ⟨i⟩n eius fidem om⟨nes nos tradimus et⟩ covenumis. VARRO ling. 6, 17 ad aedem Minervae. 6, 28 in urbem ⟨ex⟩ agris ad regem -bat populus. rust. 1, 63 eo -unt ... curculiones. CIC. S. Rosc. 11 quanta

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

multitudo hominum -erit ad hoc iudicium vides. Verr. 2, 67 ad aedes noctu. 2, 68 postridie homines in contionem -unt (SEN. contr. exc. 10, 6). 3, 71 cum in consilium frequentes -issent eidem (LIV. 23, 22, 2 paucitatem ... -entium ad publicum consilium). 4, 14 tum aratores Centuripini ... unum in locum -erunt (S. Rosc. 62 Att. 8, 6, 1 HIRT. Gall. 8, 7, 4. 8, 18, 4). 4, 45 qui (*Siculi*) Romam frequentissimi -erant. or. frg. A IX 1 superiore nocte cuiusdam hominis nobilis ... domum Catilinam et Antonium cum sequestribus -isse. Att. 1, 16, 9 ut idibus Mais in senatum -imus. 4, 1, 4 ut undique ad me cum gratulatione legati -erint. CAES. Gall. 5, 1, 6 civitatibus milites imperat certumque in locum -ire iubet. 5, 21, 3 quo incursionis hostium vitandae causa -ire consuerunt (7, 48, 1. 7, 55, 5. S. C. de nund. salt. Beg. [Corp. VIII 11451] 24 eoque vicinis advenisque nundinandi dumtaxat causa coire -ire ... liceat). 7, 33, 3 cum prope omnis civitas eo -isset. PVBLIL. J 57 inimici ad animum nullae -unt preces. SALL. Catil. 6, 2 hi postquam in una moenia -ere. Iug. 11, 2 reguli in unum -erunt (LIV. 32, 12, 9 SEN. dial. 6, 5, 2 VLP. dig. 2, 14, 7, 19 TERT. anim 25 HIL. op. hist. frg. 2, 7 OPTAT. 3, 1 p. 68 DICT. 1, 12 AMM. 21, 13, 9 ITALA Ios. 8, 29 [Lugd., VVLG. 9, 2 congregati sunt pariter]. VVLG. Ios. 11, 5 [ἐπὶ τὸ αὐτό]. iud. 11, 40 [ἐπορεύοντο]. II reg. 2, 13 [συναντῶσιν]. psalm. 47, 5 reges terrae congregati sunt, -erunt [ἤλθοσαν] in unum. 101, 23 Matth. 22, 34 act. 4, 26 I Cor. 11, 20 RVFIN. hist. 5, 25. CLAVD. 8, 578 -it in unum quidquid in urbe fuit procerum. AVG. adv. Don. 1, 1 *al.* AVELL. p. 3, 22. 10, 16. 63, 22. 134, 18). NEP. Dat. 11, 1 locus ... quo -retur. Eum. 7, 3 cum non ad Eumenis principia, sed ad regia -retur (VAL. MAX. 1, 6, 11). OV. met. 1, 576 illuc. 4, 88 ad busta Nini. 9, 797 cum Venus et Iuno sociosque Hymenaeus ad ignes -unt. fast. 3, 205 -unt nuptae dictam Iunonis in aedem. 6, 672 ad festas -it ille dapes. met. 7, 101 Mavortis in arvum. ACT. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 18 in Capitolium. 79. *cf. p. 824, 57.* LEX de flam. Narbon. (Corp. XII 6038) 23 qui in concilium provinciae -erint Narbonem. LIV. 5, 46, 4 nec Romanis solum eo -entibus ex agris (*syn.* confluentibus). 9, 2, 15 ad consules maestos ... sua sponte legati ac tribuni -unt. 10, 18, 2 ad castra Samnitium. 21, 33, 2 ex castellis ad stationem solitam. 23, 35, 13 Campani eo frequentes ex composito -erant. 24, 22, 1 in Achradinam ad curiam -it. 26, 41, 2 eodem. 29, 33, 6 in quem (*locum*) ex dissipata -rent fuga. 31, 33, 8 hae duae ex diverso ... in unum iter -erunt. 33, 17, 1 eoque in concilium omnes populi -bant. 37, 18, 10 tot classes in unum -isse portum. VELL. 2, 8, 12 singillatim decurrentes et ad coetus -entes. SEN. contr. 3, 8 non quotiens -erunt in aliquem locum plures, coetus et concursus est, sed quotiens convocati, quotiens parati quasi ad ducem suum concurrerunt. *ibid.* qui non ad me -erunt, sed ad incendium. VAL. MAX. 3, 1, 2 *cum* ad eum tribunum pl. Latini de civitate impetranda -issent (*cf. p. 822, 29*). 4, 8, 5 cum ad Isthmicum spectaculum tota Graecia -isset. CVRT. 4, 6, 2 Babyloniam. PETRON. 23 huc, huc -ite nunc. CALP. ecl. 2, 1 ad gelidos fontes et easdem forte sub umbras -unt. PLIN. nat. 20, 120 -ire ad id scorpiones ex proximo omnes. ACT. Arv. a. 80, 12 in aedem Opis sacerdotes -erunt. STAT. Theb. 1, 198 Iovis imperio rapidi super atria caeli lectus concilio divum -erat ordo. 12, 509 huc. silv. 5, 14. QVINT. inst. 2, 2, 4 -entium *discipulorum* ad se mores. 2, 9, 2 in ipsos ... coetus scholarum laeti alacresque -ent (AVSON. 467, 3 in coetum ... -unt). decl. 306 p 200, 21. IVV. 9, 132 undique ad illos -ent (-unt pς). TAC. hist. 4, 55 Poetovionem in hiberna tertiae decumae legionis. ann. 1, 60 simul pedes eques classis apud praedictum amnem -ere (HIL. c. Const. 27 anathema tibi trecenti decem et octo -entes apud Nicaeam episcopi sunt). PLIN. epist. 2, 17, 28 illuc e pascuis pecora -unt. 4, 2, 4 -itur ad eum mira celebritate. 4, 13, 10. IVS colleg. eborar. (Corp. VI 33885) 2 quo -retur a negotiantibus. HYG. mun. castr. 39 disciplina militari ad suum quisque numerum coniuncti -ent. SVET. gramm. 25 ad quos iuventus in ludum -at. APVL. flor. 6 p. 22 omnes adulescentes ex diversis locis et officiis ad dapem -unt. TERT. nat. 1, 2 quanto ... studio in caveam -retur ...? SOL. 40, 19 aves undiqueversum ad regiam Memnonis -ire. PANEG. 10, 38 ut illo non minus cupide -atur loci gratia quam spectaculi voluptate. ITIN. Silv. 37, 8 de hora nona, qua ad Martyrium -itur (*cf. p. 824, 8*). DICT. 2, 13 supplices et cum pace ad Graecos -unt. HYG. fab. 274 p. 150, 18 feminae ... ad iudicium -erunt (CASSIOD. var. 3, 15). COD. Theod. 16, 5, 10 (*a. 383*) ad nullam ... ecclesiam haereticae superstitionis turba -at. VVLG. gen. 14, 3 omnes hi -erunt (συνεφώνησαν) in vallem silvestrem. Ios. 22, 12 -erunt (συνηθροίσθησαν) omnes in Silo. iud. 20, 11 ad civitatem. I reg. 4, 1 -erunt (συναθροίζονται) Philisthiim in pugnam. Sirach 27, 10 volatilia ad sibi similia -unt. Ioh. 18, 2 frequenter Iesus -erat illuc cum discipulis. SVLP. SEV. chron. 1, 50, 3 ad sollemne sacrum. AVELL. p. 4, 22 cum ad sanctam Agnem (*i. in basilicam S. Agnetis*) multi -issent. SIDON. epist. 4, 11, 2 ad eum ... -bamus. SEDVL. carm. pasch. 4, 174 ad quam (*domum*) tunc ... -erat. CASSIOD. hist. 5, 42 in Antiochiam -erunt.

γ *seq.* ubi: CIC. div. 2, 52 uno in loco omnes adversariorum copiae -issent. PAVL. FEST. p. 38 in comitio. PLIN. nat. 6, 157 oppidum, in quo omnis negotiatio -it. ACT. Arv. a. 120, 10 in Capitolio. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 2, 3 -ite in Palatio in aede Apollinis ad sortiendum (2, 7). ACT. Arv. a. 224, 4 in luc(o) d(eae) D(iae). DECRET. fabr. Pisaur. (Corp. XI 6335) 5 colonia Iulia Felicae Pisauro in schola deae Minerve Aug(ustae) col(legii) fab(rum) collegae universi -erunt. DECRET. fabr. Sentin. (Corp. XI 5748) 4 Sentini cum in scola sua freque(n)s numerus coll(egi) fabr(um) Sentinatium -isset. HIL. in psalm. 67, 33 illic ... etiam ex Aegypto -isse scribuntur. DICT. 1, 1 -ere Cymenae et Naupli Palamedes et Oeax. OPTAT. 3, 2 p. 70 septem synagogae, ubi Iudaeorum populus -ens legem per Moysen datam discere potuisset. AMM. 20, 5, 1 ut futura luce cuncti -rent in campo. ITIN. Silv. 30, 2 omnes ad Martyrium -amus, id est in ecclesia maiore. 35, 1. 36, 5 necesse habemus hic omnes -ire in isto loco, id est ante Crucem. EPIST. conc. Aquil. a. 381 Migne 13, 587^B concilium quod -it Aquileiae. MAXIMIN. c. Ambr. 89 in quo secretario -ntum est. VVLG. Matth. 26, 57 ad Caipham ... ubi scribae et seniores -erant. act. 4, 27 -erunt ... vere in civitate ista. LEO M. epist. 44 synodus quae in urbe Romae -it. APRING. in apoc. 1, 15 ibi omnes sancti -uri sunt. CASSIOD. hist. 5, 9 Sirmio -erunt. 5, 20 Arimino. 5, 34 in Tarso Ciliciae. *ibid.* ambo in una parte -issent. VITA Caes. Arel. 1, 35 -unt inibi virginum multitudines. 1, 60 in Valentina civitate. CORP. III 7584 estote memores iterum Elysiis -uri. VI 541 decuriones in hac curia qui -unt. *nota*: COMM. instr. 2, 1, 19 -unt iterum propter mysteria castris (*opp.* dispersi sunt). *cf. p. 825, 12.*

δ *seq.* unde: CIC. Verr. 1, 54 quae (*frequentia*) -it uno tempore undique comitiorum causa (LIV. 28, 38, 8). 6, 66 ut non modo ex oppidis ... sed etiam ex finitimis visendi causa -rent. CAES. Gall. 1, 8, 1 militibusque, qui ex provincia -erant. 3, 17, 4 undique ex Gallia. 5, 17, 5. 6, 34, 9 magnus undique numerus celeriter -it. VERG. Aen. 2, 799 undique -ere. 5, 293 undique -unt Teucri. 9, 717 CIRIS 452. PANEG. in Mess. 35 -entque tuas cupidi componere laudes undique. LIV. 29, 23, 3 cum ex Hispania forte in idem tempus Scipio atque Hasdrubal -erunt. 36, 42, 1 Neapolim, quo ab sociis eius orae -ire iusserat apertas naves (42, 56, 6). 45, 17, 6 undique Romam gratulatum. SIL. 12, 485 undique -unt. AMM. 20, 11, 4 agmina undique -entium militum. VVLG. Ezech. 39, 17 -ite, properate, concurrite undique.

ε *seq.* ad *sensu non locali usurpatum*: *significat ad quem finem conveniatur*: CIC. Quinct. 50 quo non amici -unt ad exequias cohonestandas, sed bonorum emptores ad reliquias vitae lacerandas. Verr. 1, 15 quae (*multitudo*) ad audiendum -it (APVL. apol. 28 undique. flor. 18 p. 83). 4, 149 quod undique ad emendas decumas solent eo -ire. Rab. perd. 8 cum ... ad eius propulsandum periculum non modo homines, sed prope regiones ipsae -erint. Mur. 37 L. Luculli exercitus, qui ad triumphum -erat. CAES. Gall. 2, 10, 4 ad eos defendendos undique -rent. 4, 30, 1 principes Britanniae, qui ... ad ea quae iusserat Caesar facienda (β, ad Caesarem α) -erant. 7, 80, 4 qui ad auxilium -erant (VLP. dig. 29, 5, 1, 35 si quis clamavit, ut ad auxilium -retur). NEP. Tim. 4, 2 non solum amici privatique hospites ad eum defendendum -erunt. LIV. 22, 38, 3 ubi ad decuriatum aut centuriatum -issent. 28, 25, 10. 29, 25, 7 in forum ... ad imperia accipienda (CVRT. 4, 13, 17 ad accipienda imperia -erant). 29, 26, 7 legationum omnium ex Sicilia, quae et ad prosequendum officii causa -erant. 42, 44, 4. VAL. MAX. 8, 11, 2 cum forte mane uterque in domum Calvini Domiti ad officium -issent. SEN. epist. 110, 15 ad discendam avaritiam. TAC. hist. 2, 68 qui ad spectandum -erant. PLIN. paneg. 54 ad usum munusque iustitiae -imus. EPIST. procur. de aq. Sald. (Corp. VIII 2728) 53 et sic ad compertusionem montis -erunt. VLP. dig. 48, 5, 10, 2 si in domum aliquam soliti fuerint -ire ad tractandum de adulterio. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 2, 37 ad sortiendum. ACT. Arv. a. 213, 11 in domum Aeli Coerani fratres Arvales ad consummandum sacrum Deae Diae -erunt (*cf.* ACT. Commod. A 3). AVELL. p. 4, 28 nos ad natale -imus, non ut inauditum damnemus. SVLP. SEV. chron. 1, 26, 5 ad libertatem armis vindicandam. CORP. XI 6035 ad cuius me⟨moriam honor⟩emque certatim pleb⟨s et ordo⟩ -ant. *significat causam cur conveniatur*: VARRO rust. 2, 4, 20 ad bucinam (duodecim *cod.*) -ire dicuntur (3, 12, 1 vidisti ad bucinam inflatam certo tempore agros et capreas -ire ad pabulum). CAES. Gall. 4, 37, 2 celeriter ad clamorem hominum circiter milia sex -erunt. civ. 2, 43, 3 pauci lenunculi ad officium imperiumque -bant. LIV. 6, 28, 4 iuniores Romani ad edictum sine retractatione -ere (8, 34, 10 neque -atur ad edictum. 10, 38, 3. 21, 21, 8. 24, 8, 19). 23, 35, 16 ad signum. 28, 5, 3 undique ab sociis legationes Demetriadem ad famam regis -erunt. CVRT. 5, 10, 2 ad nomen quoque barbari -unt. PLIN. nat. 10, 194 -untque ex alto etiam ad quosdam odores.

ζ *seq. aliae praepositiones*: de (*cf. p. 823, 45*). adversus: VLP. dig. 48, 4, 1, 1 quo armati homines -ant ... adversus rem publicam. HIL. syn. 32 non adversum haeresim ... in Antiochia fuisse -ntum, sed adversus eam. 50 Photinus, adversus quem tum -ntum erat. VVLG. num. 20, 2 -erunt adversum Moysen et Aaron. Ios. 10, 6 -erunt ... adversum nos omnes reges. Ezech. 19, 8 -erunt adversum eum gentes undique. I Macc. 3, 52 ecce nationes -erunt adversum nos. 5, 15 dicentes -isse (*impersonaliter.* ἐπισυνῆχθαι) adversum se a Ptolemaida et Tyro et Sidone. 10, 61 -erunt adversus eum viri pestilentes. RVFIN. Adamant. 1, 248 (*in imag.*) omnes adversum Christum -erunt (παρεγένοντο). cum: APVL. met. 6, 11 ne cum sua cupita -ret. LVCIF. non parc. 6 p. 220, 13 non licet tibi ... Arriano cum dei

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ire populo. p. 221, 7 quia non sit licitum haereticum -ire cum catholicis, insanum cum sanis. VVLG. I Macc. 9, 14 -erunt cum ipso omnes constantes corde. PSALT. Rom. 46, 10 principes populi -erunt (συνήχθησαν, VVLG. congregati sunt) cum deo Abraham. AVG. adv. Don. 1,1 in unum locum nobiscum collationis gratia -ire. AVELL. p. 11, 29 qui nolunt cum talibus episcopis -ire. p. 13, 17. 29, 15. 39, 23 quod cum catholicae fidei episcopo Lucifero -rent. p. 41, 7 cum infidelibus. inter se: CIC. leg. agr. 2, 12 clam inter se -ire. SVLP. SEV. chron. 1, 9, 6 pridie quam inter se fratres -rent. PHYSIOGN. 30 cum ... pravi sunt oculi, si inter se -unt et iuxta nares utrique sibimet occurrunt. *cf. l. 45.*

η seq. dat. (*cf. l. 58. 59*): COMM. instr. 2, 1, 19 *cf. p. 824, 19.* CORIPP. Ioh. 6, 197 nec solus Ilaguas aut gentes tantum ... -ere sibi. CORP. II 2156 cui ordo munic(ipii) Epor(ensis) ob merita cenis publicis inter decur(iones) -ire per⟨misit⟩.

ϑ seq. infinitivus: VVLG. I Macc. 5, 16 -it (ἐπισυνήχθη) ecclesia magna cogitare quid facerem. act. 13, 44 universa civitas -it (συνήχθη) audire verbum dei.

ι de singulis: LEX Cic. Cluent. 148 qui eorum coiit, coierit, -it, -erit (CIC. Cluent. 157 '-erit' aeque incertum et infinitum est. LIV. 39, 14, 8 ne quis ... coisse aut -isse sacrorum causa velit). CIC. Sull. 52 cum *Cornelius* inter falcarios ad M. Laecam nocte ea ... -it. CAES. Gall. 5, 56, 2 qui ex iis novissimus -it in conspectu multitudinis, necatur. 6, 37, 6 neque quam in partem quisque -at provident. 7, 39, 1. civ. 2, 19, 2 non civis Romanus paulo notior *fuit*, quin ad diem -ret. OV. trist. 2, 286 ut amator eodem -at. TERT. spect. 15 et est reus iam ille vanitatis eo -ens. SYMPH. 440, 482 non est nuda domus, sed nudus -it hospes *in balneum.* ARNOB. nat. 1, 52 nunc veniat ... Zoroastres ... Bactrianus et ille -at ... Armenius. POTAM. epist. ad Athan. p. 1418B quia necdum patris substantia apud Christum in carne -erat (*i. apparuerat*). ORIGO Const. 5, 27 chron. I p. 10, 7 victoriam ... Crispo -ente cognoscens. SVLP. SEV. chron. 1, 43, 6 qui cum propere -isset. SEDVL. carm. pasch. 4, 174 ad quam tunc facili -erat ille precatu. AVIAN. fab. 9, 6 in mediam praeceps -it ursa viam. CASSIOD. hist. 6, 1.

nota passivum sensu activo usurpatum: ITALA act. 21, 18 (cod. d) erant cum eo presbyteri -nti (παρεγένοντο, cod. g convenerunt, VVLG. collecti sunt). MAXIMIN. c. Ambr. 18. 20 Palladius interrogavit: -nti sunt orientales? respondit imperator: -nti sunt; et adiecit: numquid si orientales non fuissent -nti, nos -issemus? AVELL. p. 66, 21 statim -ntis proceribus sacra iussio publicata et ad religiosos viros ... missa conventio est. CORP. IX 5140 hi duo -nti una fata secuti uno lectui compositi una favilla iacent.

b *speciatim de congressu venereo*: LVCR. 2, 922 ut nequeant homines armenta feraeque inter sese ullam rem gignere -undo. PLIN. nat. 11, 85 aranei -unt clunibus, pariunt vermiculos ovis similes. CORP. IV suppl. 5358 Secundus cum Primigenia -unt. APVL. met. 4, 27 in voluptatem veneriam -ire. ARNOB. nat. 7, 9 amant suos fetus et gignendis -unt liberis. PS. HIL. libell. 11 tunc -ire, quando vel generationis est contemplatio aut orationis non revocat tempus. COD. Theod. 9, 9, 1, 6 (*a. 326*) qui clam denuo -erint, congressus vetitos renovantes. AMBR. Tob. 12, 42 diversa quoque serpentibus sunt -endi et parturiendi tempora. AVG. gen. ad litt. 9, 3 p. 271, 21 iam emissi de paradiso -isse et genuisse *primi homines* commemorantur. PS. AVG. serm. 195, 3 si cum illo non -ero, unde erit, quod generabo? COD. Iust. 5, 5, 8 (*a. 475*) cum corpore non -erint, nuptias re non videri contractas. DIDASC. apost. 62, 12 itaque cum naturalia profluunt uxoribus vestris, nolite -ire illis. BOETH. in Porph. comm. sec. p. 327, 15 equus simpliciter asino numquam -ens perficiet mulum (*ibid.* permisceri).

2 *de non animantibus*: ENN. ann. 401 undique -unt velut imber tela tribuno. PLAVT. Pseud. 177 ut mihi munera multa huc ab amatoribus -ant. 178 nisi mihi penus annuos hodie -it (*AP*, congeritur *Prisc. gramm. II 170. 260*, datur *Serv. Aen. 1, 703*), cras populo prostituam vos. LVCR. 2, 687 dissimiles igitur formae glomeramen in unum -unt. 4, 741 ubi equi atque hominis casu -it imago. 4, 1043 *semen* in loca -ens nervorum certa. 5, 271 *materies umoris* ad caput omnibus omnis -it. 5, 429 uti magnum volgata per aevom ... tandem -ant ea quae convecta repente magnarum rerum fiunt exordia saepe. 5, 600 quia sic elementa vaporis undique -unt. 5, 660 quia -unt ignes et semina multa confluere ardoris consuerunt tempore certo. 5, 1256 -ens argenti rivus et auri, aeris item et plumbi. 6, 480 *nebulae* altas sufficiunt nubes paulatim -undo. 6, 508 quo cum bene semina aquarum multa modis multis -ere undique adaucta. 6, 733 ad mediam regionem eiecta diei cum -erunt *nubila*. 6, 897 quae (*semina*) cum -unt. MANIL. 1, 160 -itque vagis permixtus limus harenis. 1, 724 an coeat mundus, duplicisque extrema cavernae -ant. 2, 467 propriis inter se legibus astra -unt. SEN. nat. 3, 29, 1 quandoque omnia sidera, quae nunc diversos agunt cursus, in Cancrum -erint. *ibid.* cum eadem siderum turba in Capricornum -erit. 6, 1, 1 in quam (*urbem*) ab altera parte Surrentinum Stabianumque litus, ab altera Herculanense -unt. 6, 25, 3 in laxos specus ... spiritum -ire. 7, 15, 2 quot ergo -isse debent erraticae *stellae*? (*ibid.* coire). rem. fort. 3, 1 multi in te gladii -ent. PLIN. nat. 6, 144 huc -it utrumque bivium. TERT. bapt. 3 de terra materia -it. SOL. 5, 16 -unt fons (*Arethusa*) et amnis (*Alpheus*). 32, 22 morsus eius (*crocodili*) horribili tenacitate -unt. IVL. VAL. 2, 28 cum *Strangae* (*fluminis*) mobilitas naturalis ad glaciem -isset (*i. concrevisset*). HIL. in psalm. 68, 4 quia ea quae natura dissident, ad quandam conexionis suae soliditatem non generis ipsius propinquitate -unt, sed potiore vi tamquam confixa sociantur. PS. HIL. libell. 5 post haec aquas in unum congregari et -ire praecepit, ut arida monstraretur. SYMM. epist. 2, 32, 2 in cicatricem vulnus meum -it (AMM. 22, 15, 23 quamdiu in cicatrices -ant plagae). AMM. 20, 3, 3 utriusque sideris conversiones et motus in unum eundemque finem -unt. PROB. Verg. ecl. 10, 1 Alpheus Pisae fluvius per mare defluens in eam (*Arethusam*) -it. HYG. fab. 14 p. 44, 16 quo loco duo flumina ... separatim proiecta in unum -unt. SCHOL. Germ. Bas. p. 57, 12 -ire omnes vias eo confertas. CLAVD. carm. min. 30, 65 fruges aeraria miles undique -unt totoque ex orbe leguntur. AVG. in psalm. 39, 1 tantum autem valet iunctura caritatis ut quamvis multi lapides vivi in structura templi -ant, unus lapis ex omnibus fiat. ZACCH. 1, 18 ictum ... per Moysen rursum in me -it mare (*syn.* confluo). RVT. NAM. 2, 20 Italiam ... inveniet quernae similem procedere frondi, artatam laterum -ente sinu. BOETH. mus. 1, 2 quattuor elementorum diversitates contrariasque potentias nisi quaedam harmonia coniungeret, qui fieri posset, ut in unum corpus ac machinam -rent.

B ***translate***: **1** *generaliter*: *i. q. venire, colligi, coniungi, una esse*: CIC. S. Rosc. 62 cum multae causae -isse unum in locum atque inter se congruere videntur. ad Q. fr. 1, 4, 4 multa -erunt quae mentem exturbarent meam. 4, 43, 11 quae si in unum -ant. BOETH. in Porph. comm. sec. p. 181, 11 cum ... plura in unum -erint. PAVL. FEST. p. 41 consilium vel a consulendo dicitur vel quod in unam sententiam plurium mentes consiliant et -ant. ARNOB. nat. 3, 37 in eiusdem sententiae finem cunctorum pergeret et -ret assensio. AVG. civ. 22, 28 si opiniones eorum in unam sententiam -issent. LVCAN. 1, 651 extremi multorum tempus in unum -ere dies (DRAC. laud. dei 3, 593 hei mihi, quod facinus non uno tempore gestum, ut mea facta luam, tempus -it in unum [*syn.* concurrunt]). APVL. Plat. 1, 2 in viro harum incrementa virtutum et ceterarum -isse. TERT. anim. 15 esse principale in anima, quo intentio divina -at. TER. MAVR. 616 trans mare atque insignis auster si in pedem -erint. HIL. in Matth. 11, 3 quia in domino haec passionum universitas -ret. myst. p. 26, 12 quod utrumque in passione -it. OPTAT. 1, 15 p. 17 quae -erint causae. 1, 18 p. 20 tribus -entibus causis et personis. SYMM. epist. 8, 16 quo nomine amicitia nostra in artiora fidei iura -it. AVR. VICT. Caes. 11, 10 in gratiam optimatum -ere. HIER epist. 100, 10 *dies et nox* ad eandem mensuram bis in anno -entes. VVLG. sap. 7, 2 delectamento somni -ente. RVFIN. hist. mon. prol. in illis (*monachis*) utrumque -isse, ut et numero immensi sint et virtutibus incomparabiles (CLAVD. MAM. anim. 3, 13 p. 181, 1 duo haec in victoriam nempe -unt, ut auctori probo causae probitas compos sit). CLAVD. 10, 314 quod semper dissilit ($EP^2 \Pi^1 A$, dissidet $VP^1 B \Pi^2$), in te -it ingenio robur, prudentia forti. AVG. civ. 16, 11 ideo non potuerunt ad idem tempus -ire vivendo. MAR. VICTORIN. defin. p. 24, 26 exclusis omnibus per differentias quae poterant -ire. MACR. exc. gramm. V 614, 1 ε et ο in ου familiarem sibi dipthongum -erunt. sat. praef. 1, 3 ut quae indistincte atque promiscue ... annotaveramus, in ordinem instar membrorum cohaerentia -rent. PHYSIOGN. 10 ubi multa compugnantia signa -erint. 132 ut et equi et simiae signa -ant. MART. CAP. 1, 27 tum vero conspiceres totius mundi gaudia -ire. VINCENT. LER. 12, 17 in unum Christum duas perhibet -isse personas. VAL. CEM. hom. 12, 6 ut ... in unius dei laudem omnium populorum vota -ant. 20, 1 quod ... istud vulnus sit, in quo infirmitates diversae -unt et mortiferos dolores operantur. BOETH. in Porph. comm. pr. p. 114, 15 ubi illa -ant.

2 *speciatim*: **a** in manum, *potestatem viri venire, de mulieribus*: CIC. Flacc. 84 in manum ... -erat. top. 3, 14 si ea in manum non -erat. 4, 23 cum mulier viro in manum -it. FEST. p. 277 cui in manum -erit. QVINT. inst. 5, 10, 62 quae in manum non -erit. TAC. ann. 4, 16 quae in manum flaminis -ret. GAIVS inst. 1, 109 in potestate quidem et masculi et feminae esse solent; in manum autem feminae tantum -unt. 1, 110 olim itaque tribus modis in manum -bant, usu, farreo, coemptione. 1, 111 *sqq.* 2, 139 si cui post factum testamentum uxor in manum -at. 3, 83. 84. APVL. met. 6, 24 sic rite Psyche -it in manum Cupidinis. 8, 8 ne in Thrasylli manum sacrilegam -as. PAPIN. coll. Mos. 4, 7, 1 quae eo auctore in manum -it. PAVL. coll. Mos. 4, 2, 2 quae (*eo*) auctore ... viro in manum -erit. AVR. VICT. Caes. 5, 5 eo progressus est *Nero*, uti ... in manum -ret lecto ex omnibus prodigiosis. PAPIN. dig. 23, 2, 15 in matrimonium -ire novercam eius. 45, 1, 121, 1 in cuius matrimonium -bat. VLP. dig. 25, 2, 17 pr. quae tutori suo nupsit vel contra mandata -it (*sc. in matrimonium*). ARNOB. nat. 2, 67 in matrimonia -itis. SVLP. SEV. chron. 1, 27, 3 quae cum absente viro in alterius matrimonium -isset. COD. Theod. 8, 13, 4 (*a. 358*) matres ... quae in secundas -erint nuptias. 3, 7, 1 pr. (*a. 371*) viduae intra vicensimum et quintum annum degentes ... in secundas nuptias non sine patris sententia -unt. **b** *i. q. pacisci, consentire* (GLOSS. συμφωνῶ):

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VLP. dig. 2,14,1,3 sicuti -ire dicuntur, qui ex diversis locis in unum locum colliguntur et veniunt, ita et qui ex diversis animi motibus in unum consentiunt, id est in unam sententiam decurrunt. PLAVT. Pseud. 543 si sumus compecti seu consilium umquam iniimus [de istac re] aut si de ea re umquam inter nos -imus. VARRO ling. 9, 111 quod ... aut inter se non -ant aut in quibus -ant ea cum consuetudinis discrepent verbis (LACT. inst. 6, 10, 7 numquam -uros inter se fuisse. HYG. astr. 2, 4 p. 38, 8 quos negant inter se -isse. nam Plutum, qui ditior fuerit, nihil fratri suo de bonis concessisse). VARRO ling. 9,111 in quibus -unt scriptis *scriptores* (*opp.* discrepant). LVCR. 5, 898 nec simili Venere ardescunt nec moribus unis -unt. LIV. 2, 39, 8 id modo non -bat, quod senatus consulesque ... ponebant, plebes ... malebat. OV. met. 2, 846 non bene -unt nec in una sede morantur maiestas et amor. SEN. contr. 1, 1, 4 nec secum nec cum fortuna bene -it *uterque*. SEN. epist. 115, 11 totus populus in alia discors in hoc -it. POMPON. dig. 1, 2, 2, 9 difficile plebs -ire coepit. AFRIC. dig. 20, 4, 9, 2 si heres ob ea legata ... de pignore rei suae -isset (20, 1, 4 res obligata erit de qua -unt. GAIVS dig. 20, 1, 15 pr. PAVL. sent. 1, 1, 5 dig. 20, 3, 3 MARCIAN. dig. 20, 4, 12, 7. 10 *ibid. si* nihil vero de venditione -erit, posterior vero de hypotheca vendenda -erit) GAIVS dig. 20, 4, 11, 2 si colonus -it, ut (PAPIN. dig. 23, 4, 27 si ... mulier veluti venali concordio ne dotata sit -at. VLP. dig. 43, 24, 11, 5 PAVL. dig. 2, 14, 27, 1. 20, 1, 29, 3. MARCIAN. dig. 20, 1, 11, 3 igitur nec -ire possunt [-iri (possunt *del.*) *Mommsen*], ut hypothecae sint. COD. Iust. 1, 17, 2, 9 [*a. 533*] cum omnes in unum -erunt, ut). VLP. dig. 2, 14, 7, 8 ex mente -entium. 2, 15, 9, 1 de quibus inter -entes placuit. 9, 2, 27, 29 plerumque artifices -ire solent ... non periculo suo se facere. 13, 6, 5, 10 si quis ita -it. PAVL. dig. 2, 14, 9 pr. si -erit. 22, 4, 3 cum inter praesentes et -entes res actitata sit. 26, 5, 19 pr. dummodo maior pars -at. 50, 1, 28 inter -entes ... agetur. MARCIAN. dig. 20, 1, 11, 2 sive dominus proprietatis -erit sive ille qui solum usum fructum habet. TERT. anim. 10 mors et vita -ant. ARNOB. nat. 3, 37 in eiusdem sententiae finem cunctorum pergeret et -ret assensio. HERM. vulg. vis. 3, 5 semper cum illis -erunt (συνεφώνησαν, Pal. consentientes) *viri illi sancti* et in se pacem habuerunt. PANEG. 6, 1 sentimus ita -isse vos, ita non dexteras tantum, sed etiam sensus vestros iunxisse, ut ... transire invicem in pectora vestra cupiatis. 10, 9 extorques animo tuo et -endi studium et concordiae voluntatem. LVCIF. non conv. 2 p. 4, 30 quomodo possumus vobiscum -ire. p. 5, 10 cum apostaticis non potueramus -ire christiani. p. 6, 21 quomodo potueramus cum pseudoepiscopis sectae tuae -ire Arrianis. AMM. 14, 6, 3 foedere pacis aeterna Virtus -it atque Fortuna. RVFIN. Adamant. 1, 3 toti tres in unum -entes (*syn.* concordes) inter se sunt et unanimes, aut nihil commune ad se invicem habent? 3, 4 simul -entes in unum consensum (ὁμοῦ γενόμενοι ἐκ μιᾶς συμφωνίας) bonus et malus lucem et tenebras creaverunt. VVLG. Matth. 20, 13 nonne ex denario -isti mecum? GREG. M. epist. 3, 38 quod hi ... modo cum eodem episcopo in amicitiam -issent. LEX Sal. 24, 2 spontanea voluntate ambis -entibus. 55, 2 ille cum parentibus ipsius defuncti -at. CORP. IX 3473 duo fratres -entes in uno hunc titulum nobis posuimus vivi. *seq. acc. c. inf.*: VLP. dig. 44, 4, 2, 6 *videtur creditor* tacite -isse interim se nos petiturum.

c *i. q. compositum esse*: HIL. in psalm. 118 praef. 1 cum ex viginti duabus litteris omnis hebraeus sermo -at. PROB. Verg. ecl. 6, 31 quaeritur an poeta quattuor solis et his an omnibus principia rerum -ire confirmet. BOETH. mus. 2, 6 is numerus, qui ex utrorumque lateribus -it. **d** *i. q. effici*: MANIL. 2, 781 hinc artes, hinc omnis -it usus. HIL. trin. 7, 8 neque sub indiscretae naturae demonstratione deorum diversitas -ret. **e** *i. q. promoveri*: AMM. 26, 1, 1 qui ad urbani praetoris officium -ere. **f** *i. q. evenire*: ASSVMPT. Moys. 2, 13 ecce ea -erunt usque nos duci captivos in partem orientis. AVG. serm. ed. Mai 120, 3 cotidie -it, cotidie ipsis periculis inquietaris, ut de re aliena migres nec eius ruina magna premat.

g *i. q. pertinere ad aliquam dioecesin*: PLIN. nat. 3, 25 Carthaginem -unt populi LXV. 5, 95 hos includit Lycaonia, in Asiaticam iurisdictionem versa, cum qua -unt Philomelienses, Tymbriani, Leucolithi, Pelteni, Tyrienses. 5, 105 -unt eo XXV civitates. 5, 11 Sardinia nunc appellatur ea iurisdictio, -untque in eam ... Cadieni, Philadelphini. 5, 120 Ephesum ... remotiores -unt Caesarienses. 5, 126 Pergamena vocatur eius tractus iurisdictio. ad eam -unt Thyatireni, Morsyni, Mygdones. **h** *i. q. contrahi*: SEDVL. carm. pasch. 4, 180 inque uteri spatium totus -erat hydrops.

II ***i. q. deprehendere aliquem, occurrere alicui*:** NON. p. 270 -ire significat obviam fieri. *ibid.* -ire videre. p. 271 -ire interpellare. SCHOL. Ter. p. 84, 10 -i: allocutus sum vel obviavi. p. 99, 2 obviavi vel allocutus sum. p. 136, 27 -at hanc: alloquatur puellam Antiphonis atque persuadeat. GLOSS. μεθοδεύω, groetu (*'ich grüsse'*) vel adiero (V 351, 5 *Bücheler*, adiuro *cod.*), videbo, συμβάλλω. **A** ***proprie*:** ENN. scaen. 422 quicquam quisquam, quemque quisque -at, neget? PLAVT. Amph. 767 nisi tu dudum hanc -isti. 1009 Naucratem quem -ire volui. Capt. 748 ut mi eius facias -undi copiam (Merc. 850). Cas. 502 mihi viciuo hoc etiam -nto est opus (Curc. 302 celeriter mihi hoc homine -nto est opus). Cist. 704 sunt qui volunt te -ntam. 304 qui te -ntum cupit. 322 illis -ntis sane opus est meis dentibus. 468 si quem -ntum velit. Epid. 70 quia patrem prius -ire se non volt neque conspicari. 80 numquam hominem quemquam -i, unde abierim lubentius. 196 utinam -am domi Periphanem. Men. 557 ibo et -am servom ... meum. Mil. 171 multos homines ... nunc videre et -ire quam te mavellem. 931 ego ad forum illum -am. 1010 ⟨eius⟩ -undi mihi potestas evenat (CIC. Phil. 8, 21 NEP. Alc. 9, 5). 1138 hunc quem volumus -ntum. 1219 tute ipsum -isti. Poen. 1119 est qui illam -ntam esse volt. Stich. 127 quodque esse ambas -ntas volo. Trin. 1175 quod eum -ntum volo. TER. Ad. 154 hominem -ire. Andr. 368 puerum inde abiens -i. Eun. 234 -i hodie adveniens quendam mei loci hinc atque ordinis. Hec. 191 rure huc advenit, patrem continuo -it Philumenae. 727 quod Laches me nunc -ntam esse expetit. Phorm. 719 ut -at hanc prius quam hinc abit. 828 quod tempus -undi patris me capere iubeat. AFRAN. com. 397 pauxillo prius me -it. POMPON. Atell. 15 postquam -i omnes convivas meos. LVCIL. 856 haec tum -ntus (*sc. a meretrice*) tela insidiasque locavi. RHET. Her. 2, 5, 8 quem -erit. CIC. S. Rosc. 50 profecto illum Atilium ... -erunt. Verr. 2, 126 si ipse Verrem -isset. Tusc. 1, 98 cum Palamedem, cum Aiacem, cum alios iudicio iniquo circumventos -rem. Att. 8, 9, 3 nisi erit -ntus. 10, 4, 11 opus fuit Hirtio -nto. CAES. Gall. 1, 27, 2 cum eum in itinere -issent. civ. 1, 8, 1 tribunos plebis ... -it. 2, 39, 2 equites -it. BELL. Hisp. 35, 3 Caecilium Nigrum ... ad Lennium -it. SALL. Iug. 25, 10 priusquam legatos -ret. NEP. Dion 8, 3 ad eum interficiundum socios anquirit, adversarios eius -it. PROP. 4, 4, 81 hoc Tarpeia suum tempus rata -it hostem. OV. ars 2, 394 non unost omnis -enda loco. 3, 586 -unt illas ... viri. LIV. 1, 58, 6 ab nuntio uxoris erat -ntus. 7, 5, 3 domino eius -nto. 29, 24, 1 Syracusis eum -erunt. 33, 35, 7 ad Tempe Thessalica Philippus est -ntus. 39, 11, 5 opus esse sibi ea -nta. 42, 26, 7 Ptolomaeum Alexandriae sese -isse. PAVL. FEST. p. 41 quemlibet hominem ab aliquo -ntum esse dicimus. SEN. contr. 7, 7, 3 imperatorem nostrum -erunt. VAL. MAX. 4, 1 ext. 3 cum ... principem eius urbis domi -ire vellet. SEN. dial. 7, 7, 3 virtutem in templo -es. 9, 12, 6 neminem ex omnibus difficilibus domi quam se -it. 10, 14, 5 nocte -iri et interdiu ab omnibus mortalibus possunt. CORP. IV 138 -ito Primum. 3864 equa siquei aberavit cum semuncis honerata a. d. VII k⟨a⟩l. S⟨ept⟩embres -ito Q. Deciu(m) Q. l. Hilarum. MART. 2, 67, 3 si me decies una -eris hora. 7, 26, 1 (*et* 10) Apollinarem -i meum. PLIN. epist. 1, 5, 11 paucos post dies ipse me Regulus -it in praetoris officio. 2, 14, 4 manceps -itur. 7, 33, 4 Senecio ... -it me. APVL. met. 7, 4 se quoque iam dudum pro sua parte quendam -isse hominem. 10, 9 furcifer iste ... me non olim -erat. 10, 25 uxor ... medicum -it quendam notae perfidiae. 11, 27 nec moratus -i protinus eum. EPIST. procur. de aq. Sald. (Corp. VIII 2728) 16 Clementem procuratorem -i. ITALA Marc. 14, 13 (Tert. bapt. 19) -etis ... hominem (ἀπαντήσει ὑμῖν, VVLG. occurret vobis) aquam baiulantem. TERT. ieiun. 13 -o vos et praeter pascha ieiunantes. CHALC. comm. 159 -ntus debitor. DICT. 2, 9 Diomedes ... universos duces -it. HEGES. 5, 27 l. 83 adversum pectus in hostem referentes si mors -erit sequatur gloria. MACR. sat. 1, 2, 15 domi -ire se gestientibus. 1, 7, 1 dominum -ire. MART. CAP. 1, 11 tamen Cirrhaeos tunc recessus et sacrati specus loquacia antra -unt. CEREAL. 20 p. 768B Maximinum ... cum -ret. DRAC. Romul. 8, 226 et Telamona ducem -ntum exposce sororem. EVGRAPH. Ter. Phorm. 852 p. 521, 11 congredere actutum: id est, cito me -i. *omittitur obiectum*: PLAVT. Asin. 395 -i. Bacch. 348 ego hinc ad illum *eo*, ut -am quantum potest. 848 si -ero. Cas. 545 post -ero. Merc. 562 si -ero. Mil. 1106 -it. Pseud. 1059 si -ero. MART. 7, 73, 5 ubi -am. QVINT. decl. 335 p. 321, 2 cum -issem, uxorem adulteram occidissem, postea ... viderem. AVIAN. fab. 17, 15 nulla quidem medio -it in aggere forma.

B ***translate*:** **1** *adire, admonere, commovere, rogare*: GLOSS. admonuit, adfuit, ὑπομιμνήσκει. **a** *aliquem*: APVL. met. 8, 8 Thrasyllus ... *Chariten* adhuc capillos distrahentem non dubitavit de nuptiis -ire. 11, 21 summisque precibus primarium sacerdotem saepissime -eram. PS. QVINT. decl. 5, 2 hunc ante omnia ... secreti doloris indignatione -o. 15, 14 toto licet infelicem terrore -as, non exosculabitur manus. 17, 19 licet nova me reatus mole -as. 17, 20 vos vero ... quo iam ambitu, quibus possem -ire precibus. PS. CYPR. singul. cler. 1 *dominus* me pro vestra neglegentia cum severitate -ens mandare praecepit. 37 vos ... non tantum persuasione, sed etiam potestate -o. PANEG. 12, 11 quae (*respublica*) tali ... te ... voce -it. VOPISC. Tac. 6, 8 teque, Tacite Auguste, -o petens, obsecrans ac ... deposcens. LAMPR. Diad. 8, 4 his litteris -isse patrem dicitur. IVL. VAL. 1, 23 his verbis deum -it. FIRM. err. 8, 2 salutari persuasione -nti. 8, 4 perditos homines religioso sermone -o. 28, 2 sapientia nos divina voce -it. 28, 4 hac populum oratione -it. 28, 12 errores vestros sacra -it voce. HIL. in psalm. 118 vau 4, 4 eum, a quo quid postulet, tamquam ex officii debito -ire. op. hist. frg. 2, 10 -nti per presbyteros tuos et per epistolam ad synodum. LVCIF. non parc. 13 -ntus a me ipsius clementiae servo. PRISCILL. tract. 2, 48 hinc nos -nti. 2, 54 Hydatium facias -iri. SYMM. epist. 9, 21 senatoriis editionibus -imur. 9, 46 ut te de solutione -am. AMM. 20, 4, 3 super auxiliariis Lupicinus -ntus est solus (HIER. c. Ioh. 9). CLAVD. DON. Aen. 1, 65 cum subtiliter -ntus audisset habere se in ventos ... potestatem. AMBR. virginit. 1, 1 *Salomo* eventu -ntus ambiguo. *ibid.* nullo affectu -nta materno (HEGES. 4, 23, 3 qui nullius affectu -retur [commoveretur *vulg.*, τὸν δὲ οὐκ εἴσεισιν *Iosephus*]). Abr. 1, 7, 60 Pharao ille -ntus a Moyse.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Iac. 2, 6, 27 eius (*Iacob*) contemplatione -ntus Esau. HEGES. 3, 18, 1 alium ducis revocabat auctoritate, alium severo optutu -bat. 5, 15 l. 92 indomitos ... scripturarum testimoniis -endos arbitrabatur. 5, 16 l. 71. 5, 16 l. 105 Sedecias per Hieremiam -ntus prophetam. 5, 27 l. 30 usitati operis adhortatio non solum -ntis, sed etiam -entibus affert pudorem. RVFIN. Orig. princ. praef. 3 omnem qui hos libros vel descripturus est vel lecturus, in conspectu dei ... contestor atque -o per futuri regni fidem (apol. adv. Hier. 1, 16). HIER. adv. Rufin. 1, 31 ego te verius strictiusque -am. CLAVD. 28, 387 tua te benefacta morantem -unt. PAVL. NOL. carm. 15, 287 multa Christum prece -enti. AVG. civ. 2, 4 per vates ... -ire atque arguere precantes. grat. 2, 4 tam multa mandata, quae ipsam quodammodo nominatim -unt voluntatem. 3, 5 voluntas -itur humana, ubi dicitur. serm. 179, 1 verbi dei assiduos auditores ... -it dicens. PAVL. MED. vita Ambr. 22 qua *epistula* illum -it. 27 epistulam ..., in qua -it c o n s c i e n t i a m illius (CASSIAN. conl. 22, 5, 2. ENNOD. epist. 1, 26, 3 p. 34, 16 ut conscientiam vestram obsequio paginae -rem). LEO M. epist. 10, 6 obtestor et obsecro et sub dei vos convocatione -o. CANON. Migne 56, 403B PROSP. epist. 2, 4 *ne* aliquibus scriptis eum ... -ant. in psalm. 1, 8 nemo est, quem non aut euangelica praedicatio aut ... ipsa etiam natura -at. SERM. Corp. Vind. 21 p. 310, 14 qui (*Ioseph*) cum ab uxore domini -retur. ENNOD. epist. 1, 12, 1 p. 22, 7 ego te ... illa, quae in familia tua domestica est, sinceritate -o. dict. 1, 14 p. 427, 9 tu paterna -ntus pietate sustinebas tormenta multorum. 7, 3 p. 444, 17 quibus paterna -ntus affectione vocem debeo commonentis. 8, 4 p. 447, 7 peritiam tuam Firminus et Licerius ... hac voce -unt. opusc. 1, 24 p. 268, 10 quotiens praelatos -it conscientia stirpis ultimae. CASSIOD. var. 11, 16, 3. CONC. Aurel. a. 549 p. 103, 10 -ntus ab instituto pontifice. EVGIPP. Sev. 40, 5 infimus vos attestatione -o. BENED. reg. 13 -nti per orationis sponsionem. PASS. Lucian. 8 hortati a nobis et -nti. PASS. Thom. p. 120, 16 ergo cum magicis suis operibus -ire (*sc. te*) non potuit, nihil horum circa te fecit. **b** *seq.* u t, n e: CYPR. epist. 47 litteras ..., quibus eos ... -rem, ut ad ... ecclesiam catholicam revertantur. FIRM. math. 4, 25, 4 unde iterum te atque iterum iisdem commonitionibus -imus, ut. HIL. ad Const. 1, 8. in Matth. 18, 7 testibus ... istis, ut peccare desineret -ntus est. LVCIF. non parc. 13 p. 237, 10 te in nomine domini -ire, ut temet corrigas. SYMM. epist. 1, 16, 1 saepe unanimitatis tuae sermone -or, ut ... rescribam. 1, 44, 2 animum religio -it, ut ... obirem munus. 1, 90, 1 amare -or, ne sim circa te avarus officii. 4, 22. 9, 30 tua admonitione -or, ut. AMBR. c. Aux. 1 per tribunos me vidistis ... imperiali m a n d a t o esse -ntum, ut quo vellem abirem hinc (HEGES. 4, 28, 1 -nto mandato tamen Tiberio Alexandro). MACR. sat. 1, 24, 25 ex placita iam vos lege -o, ut. 7, 6, 14. LEO M. epist. 10, 6 qui vos, ne permittatis ... -imus. 117, 5. AVELL. p. 51, 9 per tres consacerdotes fuerat ex multorum auctoritate -ntus, ne. p. 65, 22 utrumque instantia digna -et ut. p. 66, 28 singulos admonitione missa -i, ne. p. 110, 24 me licet sermone -it, ut. ENNOD. dict. 8, 11 p. 449, 6 paternam -it ore pietatem, ut ... commendet. epist. 9, 22 p. 244, 14 memores ut depositum servent, sine cessatione -o. COD. Iust. 9, 47, 24 (*a. 416*) rectores provinciarum -iri praecipimus, ut. 11, 10, 7, 1 (*a. 467—472*) ut continuo super praebendis angariis ... praeceptione sua ... provinciae moderatores -at, ut ... angariae praebeantur.
c *seq. acc. c. inf.*: LVCIF. non parc. 26 p. 265, 28 tu qui -ntus piaculum te facere ab eius (*dei*) servis non solum paenitueris, sed et magis in contumaciam creveris. ENNOD. epist. 84, 2 p. 203, 6 promissi te memorem debere esse -o. **d** *seq. infinitivus*: HIER. c. Ioh. 39 a papa Epiphanio -ntus tam sermone quam litteris respondere respondit. ARATOR act. 2, 141 -or (compellor *nonnulli codd.*) ratione loci ... historiae pulsare fidem. EPIST. pontif. Thiel 636 necessaria rerum dispositione constringimur et apostolicae sedis moderamine -imur ... librare. **e** *seq.* a d: LVCIF. moriend. 4 p. 292, 2 -nti a te ad negandum unicum dei filium.

2 *i. q. sensibus, animo deprehendere, comprehendere, animadvertere, videre*: TERT. nat. 1, 12 quantoque genus censetur origine, tanto origo -itur in genere. adv. Hermog. 45 apparere coepit et ubique -iri deus. test. anim. 6 cum ... times fieri christianus, eam (*animam*) -i. *ibid.* alibi vindicem -it *anima*. anim. 6 corporalium aiunt rerum qualitates ... corporalibus sensibus renuntiari ..., incorporalium vero intellectualibus -iri. 18 quae sensu -antur in imaginibus constituta. resurr. 18 ipsa (*verba*) -am, ipsa discutiam. adv. Marc. 2, 17 cum utrumque -eris in creatore, invenies in eo et illud. 4, 6 haec -emus (*i. de his*), haec amplectemur. PANEG. 12, 18 cotidie in beneficia tua quaerimus et memoriam -imus. 12, 41 praeteritas cogitationes et verba -i. AVG. civ. 1, 26 nos per aurem conscientiam -imus, occultorum nobis iudicium non usurpamus.

3 *i. q. compellare, significare*: TYCON. 1 p. 2, 1 alias una persona -itur quam duplicem esse diversa duorum officia edocent. 4 p. 40, 1 in parte ... quae intus est, -itur omne corpus adversum. p. 40, 12 in alienigenis ... civitatibus ecclesiam -iri apertum est in Ezechiele. p. 50, 12 Babylon civitas adversa Hierusalem totus mundus est, qui in parte sua ... -itur. p. 53, 7 multas alias civitates alienigenarum in ecclesiae figuram -it (*syn.* significat). p. 54, 19 manifestum est et omnes gentes illic ubi Hieremias loquitur -iri in principali eorum parte. 7 p. 75, 1 in Hieremia legimus peccatores Israhel in Aquilone -iri. p. 77, 3 iterum (in *add. ceteri codd., om. V*) corpus ipsius diaboli -it dicens p. 77, 12 quo ipse qui -itur genitus est.

3 ***de rebus incorporeis*:** **a** *speciatim de genere dicendi i. q. verbosus, gravis sententiis sim.*: RHET. Her. 4, 35, 47 ornatio -a (CIC. orat. 91 illud ornatum -umque summissius). CIC. Sull. 12 -issima atque ornatissima o r a t i o (Balb. 59 -a oratione et gravi. de orat. 2, 214 multa et varia et -a oratione. fin. 1, 10. div. 1, 80 vehemens et gravis et -a. parad. 41 -a magis quam sapiens. FIRM. math. 1, 5, 3 -ae orationis illecebris affluentiaque sermonis. AVG. civ. 8, 19 p. 349 -issima et disertissima oratio). CIC. inv. 1, 58 -issimis v e r b i s (HIL. syn. 62). ac. 2, 30 disputatio. div. 1, 80 *actio* vehemens et gravis et -a. VAL. MAX. 9, 14 ext. 2 -ae atque concitatae facundiae oratorem. QVINT. inst. 8, 2, 17 -a loquacitate. PLIN. epist. 1, 10, 5 sermo est -us et varius (5, 3, 1 de versiculis meis multum -umque sermonem). 8, 6, 2 *senatus consultum* -um et effusum. DIOM. gramm. I 440, 23 Aeolis ultra modum -a est et amat per circuitum verba protendere *eqs.* RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 171[C] crebris sensibus et -is. SVLP. SEV. chron. 1, 17, 6 lex lata multiplex et -a dei verbis. MACR. sat. 5, 1, 7 genus dicendi -um, in quo Cicero dominatur. CASSIOD. inst. div. 1 p. 1112[C] -a laude. 3 p. 1114[B] -as atque plenissimas expositiones (7 -a et insigni expositione). 21 -as epistulas fecit Hieronymus. *huc pertinere videtur* SEDVL. op. pasch. 4, 11 dicta definiens numquam desideriis -a (*i. nimis magna, molesta*). *nota subst. neutr. sing.*: QVINT. inst. 8, 3, 49 primum acuto . . . tertium (*scil.* ieiunum) -o diversum est (*de virtutibus et vitiis orationis*). *plur.*: CASSIOD. in psalm. 132, 2 de hac igitur veste patres nostri spiritualiter et -a dixerunt (*nisi* copiose *legendum*).

b *g e n e r a t i m i. q. uber, plenus sim.*: *d e l i n g u a*: CIC. Tusc. 2, 35 *Graecorum* -ior est lingua quam nostra. fin. 3, 51 (*opp.* inops). CIC. Tull. 28 addito 'dolo malo' actoris et petitoris fit causa -ior. de orat. 1, 222 multas -as variasque rationes. Tusc. 3, 49 tenuem victum antefert *Epicurus* -o. off. 1, 151 *mercatura* si tenuis est, sordida putanda est, sin magna et -a *eqs.* BELL. Hisp. 8, 2 non minus -am aquationem. VAL. MAX. 5, 5 praef. quam -ae enim s u a v i t a t i s illa recordatio est (CASSIOD. Didym. in I Ioh. p. 1803[B]). PHAEDR. 4 epil. 2 -a abundat rerum varietas. COLVM. 6 praef. 2 -a stercoratione. 12, 38, 8 -ior facultas (ZACCH. 1, 15). PLIN. nat. 25, 54 -ius periculum infert. QVINT. inst. 2, 1, 4 *cum* -am prope omnium maximarum artium scientiam amplexa sit *grammatice*. 8 prooem. 28 -am sibi verborum supellectilem comparavit. 10, 1, 28 *Senecae* ingenium facile et -um (*i. laetae indolis*. PLIN. epist.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

9, 2, 2 illi enim et -issimum ingenium). TAC. ann. 13, 43 ferebatur -a (*i. liberaliter instructa*) et molli vita secretum illud toleravisse. PLIN. epist. 8, 4, 1 tam -a, tam lata ... m a t e r i a (HIL. in Matth. 27, 4 indefessi luminis -a materies. FILASTR. 129, 4 quasi ex fontibus atque materiis -is). 9, 16, 1 -issimo genere venandi. FRONTO p. 135, 2 N. nostrae res haud -ae et huius paupertas artior me compulerunt. MAR. VICTORIN. gramm. VI 95, 2 tetrametrum autem catalecticum -um est (*i.* πυκνόν) apud Phrynichum. GELL. 10, 3, 4 multa -aque invidia *dicere*. APVL. met. 1, 21 faenus. 4, 13 numerum. TERT. adv. Marc. 4, 9 de -a indagine piscium. ITALA num. 32, 1 (Aug. loc. hept. 4, 108 p. 598, 17) m u l t i t u d o -a valde (πλῆθος σφόδρα, VVLG. in iumentis infinita substantia. VVLG. I Macc. 1, 18 -a navium multitudine. Luc. 5, 6 piscium multitudinem -am. 6, 17 multitudo -a plebis. act. 14, 1. ZACCH. 2, 15 -a exemplorum multitudine). ITALA Ioh. 5, 6 (cod. r) -um iam tempus habet (πολὺν ἤδη χρόνον, VVLG. iam multum tempus). Tob. 4, 9 (Cypr. testim. 3, 1) si tibi fuerit -a substantia (VVLG. si multum tibi fuerit). HERM. Pal. sim. 7, 2 -a (*i. multa*) delicta. MAR. VICTORIN. in Gal. 4, 4 plena et -a perfectio rerum plenitudoque Christus est. FILASTR. 93, 8 -a clementia ac liberalitas (132, 2 *al.*). AMM. 22, 13, 4 fontes antehac aquarum -is pulsibus abundantes. SCHOL. Germ. Bas. p. 63, 17 hospitio dapsili -oque affectu praeditos. VVLG. psalm. 129, 7 -a apud eum redemptio. Matth. 5, 12 m e r c e s vestra -a est in caelis (CHROMAT. beat. 10 BENED. reg. 36, 8). RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 27 testimoniis. AVG. conf. 1, 12, 19 -a inopia. MART. CAP. 6, 614 barbaries. 6, 694 reges gentiumque diversitas tam exercitibus quam elephantis -a. SACR. Leon. p. 308 subsidia -a iustorum (p. 309 satisfactio -a iustorum. p. 402 patrocinia -a iustorum). p. 316 -a propitiatione nos praeveni. p. 347 martyrum ... -a victoria. PETR. CHRYS. serm. 71 p. 403[C] senectutis honores -issimos. 113 p. 510[C] gratia -a. VAL. CEM. hom. 19, 1 convivia et ieiunia -a. EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 916[D] fructificationem. CASSIOD. in psalm. 24, 10 dum '-um' dicitur peccatum, abundantissimum esse monstratur. 30, 27 miseratione. 64, 12 convivium. 87, 17 inundatione. 130 praef. comestione. 136, 2 irrigatione. 150, 4 vox -issima (*i. sonora*). inst. div. 3 p. 1115[A] doctrinam. 12 lectio (15 p. 1130[C] *opp.* parva). 27 fontes -issimos litterarum. FACVND. defens. 4, 2 p. 615[B] cuius fecundum pectus -iore spei satoris ubertate respondit.

deriv.: copiositas. *comp.*: in- percopiosus.

n. pro adv. **cōpiōsum:** CHIRON 143 -um sternutat. *cf.* 187 sanguinis detractionem fieri oportet de cervice -um.

adv. **cōpiōsē.** *frequentat solus* CIC. (*93ies*). **1** *i. q. p l e n e, l a r g i t e r, abundanter, affluenter, ample sim.*: **a** *de a n i m a n t i b u s*: CIC. Verr. 5, 62 istum -e ornatum. fin. 5, 56 cum *bestiae* -ius alantur quam si essent liberae. Att. 13, 52, 2 tribus tricliniis accepti οἱ περὶ αὐτὸν valde -e. 14, 7, 2 ut illum quam honestissime -issimeque tueamur. LAMPR. Alex. 37, 11 ipse cibo plurimo referciebatur, vino neque parce neque -e. HIER. epist. 143, 2 -issime pascitur. CHROMAT. beat. 10 ut -ius saginemur (*in imagine*). SIDON. epist. 2, 9, 6 prandebamus breviter, -e. **b** *de r e b u s*: CIC. Verr. 5, 69 *ut* Capitolium -ius ornatum sit quam fuit. nat. deor. 2, 121 *pastum* animantibus large et -e natura ... comparavit. Att. 14, 11, 2 ut ei suppeditetur ad usum et cultum -e. CELS. 3, 15 vinum -ius bibere (4, 5 vino meraco -ius utendum). 4, 11 *sanguis exit* -e. SCRIB. LARG. 46 frigida aqua -e superposito. PLIN. nat. 20, 8 *cucumis* -ius necat. 20, 57 *alium* stomachum laedit -ius sumptum (22, 102). FILASTR. 96, 4 -e exhibet terra alimenta humano generi. 100, 4 possidet universa anima -e. VVLG. Iudith 2, 8 quae exercitibus sufficerent -e. RVFIN. hist. mon. 7 p. 417[A] dare singulis -e (*de cibis*). SACR. Leon. p. 363 *dona* -ius augeantur.

2 *praevalet notio magni numeri, i. q. f r e q u e n t e r, s a e p i s s i m e, acervatim*: CIC. ad Q. fr. 2, 4, 6 senatorum enim urna -e (*i. permultis sententiis*) absolvit *reum*. epist. 5, 13, 3 ad consolandum autem cum illa valent quae eleganter -eque collegisti. VITR. 7, 7, 2 rubricae -e (*i. acervatim*) multis locis eximuntur. PLIN. nat. 18, 298 triticum, quo serius metitur, -ius invenitur. RVFIN. hist. 3, 36, 4 *haeretici* qui tunc primum -ius coeperant pullulare. CASSIOD. in psalm. 30, 31 qui -e delinquunt. inst. div. 15 p. 1127[A] similia reperire -issime. 64, 11 ebrietas ... satietas, quae quanto -ius sumitur, tanto *eqs.*

3 *de g r a d u, fere i. q. a s s i d u e, pertinaciter, summe sim.*: RVFIN. hist. mon. 9 p. 423[D] tam -e te induam, donec dicas, sufficit. AVG. civ. 15, 16 -ius (*i. artius*) se socialis dilectio colligaret. EVSTATH. Bas. hex. 9, 1 p. 955[C] -e desiderans. SIDON. epist. 9, 11, 10 -ius hilarere. CLAVD. MAM. epist. p. 199, 9 doctrinam ceteris -ius infundis. p. 205, 20 coque -ius te adniti oportere scientiae. RVRIC. epist. 2, 35 p. 421, 16 dum vos diutius legimus, -ius (*i. altius*) imbuamur. FAVST. REI. grat. 1, 12 p. 44, 21 si bene intendas animum, aperte -eque (*i. bene, clare*) cognosces. CASSIOD. in psalm. 34, 19 res aliqua -issime ... impleta. 118, 66 quanto amplius per arida ligna cucurrerit, tanto -ius aestuabit *incendium*. inst. div. 17 -e amantissimus. ISID. vir. ill. 14 in scripturis divinis -issime eruditus.

4 *de oratione i. q. verbose, graviter*: **a** *de h o m i n i b u s*: VARRO ling. 6, 57 -e l o q u i t u r (CIC. de orat. 1, 48. 2, 151 -e et abundanter. Brut. 108 part. 79 AVSON. 419, 2). CIC. Quinct. 87 -issime d e f e n s u m esse (S. Rosc. 148 Verr. 3, 191. Caecin. 53 ornate et -e. Cluent. 145 Rab. perd. 18. Brut. 21 ornatissime et -e. Att. 13, 25, 3). S. Rosc. 89 d i c e r e (Verr. 4, 11. 204 Tull. 2. 6 Cluent. 29 Phil. 9, 3 de orat. 1, 21. 2, 120 o r n a t e -e varieque dicere [Brut. 295. opt. gen. 12 ample et ornate et -e. top. 67 Tusc. 1, 7 nat. deor. 1, 58 QVINT. inst. 2, 21, 5. 10, 7, 12 disposite, ornate, -e. TAC. dial. 31 -e et varie et ornate. MART. CAP. 5, 508]. CIC. orat. 14 latius atque -ius. 29 graviter et -e [off. 1, 4 QVINT. inst. 12, 2, 28]. 118 graviter, ample, -e. Brut. 271 accurate dicebat et satis -e. part. 139. *saep. in rhet.* ac. 2, 134 diserte -eque. Tusc. 1, 47. off. 2, 48 -e sapienter. Att. 2, 25, 1. VAL. MAX. 3, 7 ext. 6 si verba numeres, breviter et abscise, si sensum aestimes, -e et valenter. QVINT. inst. 1, 4, 5 proprie et -e. 12, 10, 71 dicet idem graviter, severe, acriter, vehementer, concitate, -e, amare, comiter, remisse, subtiliter, blande, leniter, dulciter, breviter, urbane. AVG. civ. 2, 1. MACR. sat. 5, 1, 9 -issime. CASSIOD. gramm. VII 143, 11 breviter et -e dicta). CIC. Verr. 4, 155 l a u d a t u r (de orat. 2, 39. 349 Cato 59). Flacc. 41 d i s s e r u i t subtiliter et -e (de orat. 3, 107 Tusc. 5, 8 EVTYCH. gramm. V 456, 31. GELL. 1, 26, 3 graviter, -e. 3, 10. POMER. 3, 14, 1 ornate -eque). CIC. Flacc. 83 ne -e accusares (Tusc. 3, 73). Vatin. 40 quam -e mihi ... respondeas. fin. 3, 31. Phil. 2, 79 i n v e c t u s est -ius multo in istum et paratius (Tusc. 3, 63 quam rhetorice, quam -e *invehitur*). de orat. 1, 41 in omnis sermonis disputatione -issime versari posse (2, 365). 1, 240 alludens varie et -e. 3, 78 -ius ... tutari ... vel refellere. Brut. 198 -e ... varie ... explicans (leg. 2, 69 VEN. FORT. vita Marc. 1, 2). top. 66 d i s p u t a r e (Tusc. 1, 83. 2, 61 graviter et -e. div. 1, 7 acute et -e. off. 1, 4 accurate -eque. TYCON. 2 p. 11, 14. AVG. contin. 6, 16 -ius ... et subtilius. retract. 1, 13, 1 multipliciter et -issime. MART. CAP. 4, 393. VINCENT. LER. 11, 16 -e et graviter. CLAVD. MAM. anim. p. 120, 5). CIC. Tusc. 5, 11 quem morem cum Carneades acutissime -issimeque tenuisset. 5, 85 quod facere eloquenter homines -e solent. fin. 3, 26 potest id quidem fuse et -e et omnibus electissimis verbis gravissimisque sententiis rhetorice et augeri et ornari. nat. deor. 1, 91 enumerasti memoriter et -e. off. 1, 156 eloqui -e. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 17, 5 quae pro libertate patriae ... s c r i p s i t -issime (GELL. 15, 2, 3). QVINT. inst. 10, 5, 12 qui haec (*sc. quaestiones infinitas*) ... -e t r a c t a v e r i t (AVG. civ. 1, 3 diligenter -eque). TAC. dial. 24 quam -e ac varie vexavit antiquos. GELL. 10, 3, 14 haec M. Tullius atrociter, graviter, apte -eque miseratus est. 19, 7, 1 *nos* satis comiter -eque invitabat. SPART. Geta 2, 1 de cuius vita ... Marius Maximus ... satis -e rettulit. RVFIN. hist. 2, 18, 1 -e inveniens et -ius eloquens. AVG. civ. 6, 10 p. 267 multo -ius atque vehementius reprehendit. 8, 14 p. 342 -issime asserit. *ibid.* diligenter -eque discernit *Apuleius*. 9, 5 p. 374 -e ac diligenter ostendere. 10, 2 -issime mandaverunt. epist. 108, 9 -ius dilatare. CLAVD. MAM. anim. p. 121, 20 easdem *sententias* -e aggerando. CASSIOD. inst. div. 8 p. 1121[A] adhuc -e transtulit. NICET. p. 64, 1 quam plene idem quamque -e ... adhortatus. **b** *de r e b u s*: CIC. div. in Caec. 39 *causa* graviter -eque agenda est (Planc. 37 causa est ... disputata ... -issime a Q. Hortensio). Cael. 29 *res* -e et graviter accusari potest. ac. 1, 16 qui *sermones* ... perscripti varie -eque sunt. 2, 63 quae *oratio* est habita memoriter, accurate, -e. fin. 4, 5 a veteribus Peripateticis ... eum l o c u m ... graviter et -e esse t r a c t a t u m (QVINT. inst. 2, 4, 24 locus in causa Murenae -issime a Cicerone tractatur). off. 2, 63 *quod* in oratione Crassi scriptum -e (epist. 15, 21, 4 *epistulae* -e et suaviter scriptae). QVINT. inst. 4, 5, 25 quo subtilius et -ius (*i. accuratius*) divisisse videantur. 9, 3, 89 haec omnia -ius sunt executi. FRONTO p. 63, 10 N. genera verborum -issime uberrimeque tractasse. FORTVN. rhet. 2, 27 p. 117 in hypophoris quae cavenda sunt? ne plene et -e ponantur (= MART. CAP. 5, 563). RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 23 in quibus *libris* eadem prorsus omnia, sed latius et -ius ... continentur.

1. cōpis (cōps) *adi.* [*a* co-, com *et* ops; *cf.* inops. *Th.*]. VARRO ling. 5, 92 (*v. p. 912, 49*). PRISC. gramm. II 321, 25 (*ex Capro*) vetustissimi tamen etiam ... 'hoc ops' et 'cops' pro 'opulentus' et 'copiosus' proferebant (*sine exemplo*). NON. p. 84 -i pro copioso (GLOSS. V 638, 76). GLOSS. -is copiosus, dives. -e copiosa. cops est copia. copsus (*sic*) copiosus. PLAVT. Bacch. 351 ut amantem erilem -em (quopem *codd.*) facerem filium. Pseud. 674 ut gloriosum faciam et -i pectore. PACVV. trag. 307 prosperum -em diem. TVRPIL. com. 61 te quidem omnium pater iam -em causarum (*Bothe*, causa rem *Nonius*) facit.

2. copis, -idis *f.*, κοπίς; *cf. Daremberg-Saglio II 1498.* CVRT. 8, 14, 29 -as vocabant gladios leviter curvatos, falcibus similes quis appetebant beluarum manus. *v.* eccopis. *Gudeman.*

cōpla *sim. v.* copula. **cōpo** *sim. v.* caupo.

copōdēs, κοπώδης. *i. q. lassitudinis sensum invehens*: ORIBAS. syn. 6, 26 si ... timor fuerit copodis (cupidis *trad.*) sensibilita⟨ti⟩s (ἐπειδὰν ... φόβος ᾖ κοπώδους συναισθήσεως).

coppa *indecl.* *littera graeca*: QVINT. inst. 1, 4, 9 q, cuius similis effectus speciesque, nisi quod paulum a nostris obliquatur, -a apud Graecos nunc tantum in numero manet. SCAVR. gramm. VII 16, 3. *cf.* PRISC. gramm. II 12, 22 *adn. crit.*

coppēdinārius *v.* cupp-.

coprea (-ia), -ae *m.* [*gr.* κοπρίας; *cf.* incopriare. *Th.*]. *i. q. scurra* (*cf.* DIO 50, 28, 5 πρὸς τοὺς καλοὺς αὐτῶν ἑταίρους καὶ τραπεζεῖς, οὓς καὶ αὐτοὶ ἐκεῖνοι κοπρείας [κοπρίας *Xiph. et exc. Val.*] ἀποκαλοῦσιν. 73, 6, 2 κοπρίας τινὰς καὶ γελωτοποιούς): SVET. Tib. 61

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

a quodam nano astante mensae inter -eas. Claud. 8 ferula ... velut per ludum excitabatur a -eis. COMM. apol. 612 qui deum sequitur, -ia iudicatur ab ipsis. *f.* ἡ κοπρία: *dub.* VVLG. Sirach 27, 5 sicut in percussura cribri remanebit pulvis, sic -ia (aporia *codd., gr.* σκύβαλα, *unde Nestle, Archiv 11, 502* copria) hominis in cogitatu illius. *κόπρος graece legitur* VARRO Men. 70. *κοπρῶν restituit Leo* PLAVT. Most. 41 (capran B^1, capran CDB^2).

derivata: incopriare. Coprianus (LACT. inst. 5, 1, 27 *maligne pro* Cyprianus).

cōps, copsus *v.* 1. copis.

copta, -ae *f.* [κοπτή. *Th.*]. GLOSS. κοπτή. *genus placentae durissimae*: MART. 14, 69 clara Rhodos -am quam tibi misit edat *poenae causa servus peccans.* *cf. vol. III p. 380, 38.*

cōpto *sim. v.* coopto.

coptoplacenta, -ae *f.* [*a gr.* κοπτοπλακοῦς; *cf.* placenta *et* copta. *Th.*]. *genus placentae*: PETRON. 40 minores porcelli ex -is facti. VESPA 47 nos (*sc. coqui*) facimus -as. *L.*

×**cōpula,** -ae *f.* [*cf. c.* co- com *et c.* apio apere, aptus. *Th.*]. *de formis*: cŏpla: OPTAT. app. 1 p. 187, 10. LICENT. carm. ad Aug. 103 copulamque tenet *metrum postulat o brevem, ideo Reinhartus correxit contra codd.* coplam. cuplae: ISID. orig. 19, 19, 6. cōpulum: OPTAT. app. 4 p. 207, 1. *cf. infra l. 81.* *de significatu cf.* DIFF. ed. Beck p. 46, 29 -a coniungit vel sociat, ut in matrimoniis, catena nectit vel ligat, ut reos. ISID. orig. 19, 19, 6 cuplae vocatae, quod copulent in se luctantes. GLOSS. συναφή. coniunctio. *legitur singulis locis*: PLAVT. ACC. CAES. HOR. PHAEDR. QVINT. GELL., *binis*: NEP. OV. SEN. phil., *ter*: APVL., *quater*: VARRO ling., *saepius apud* ECCL. *deest apud* CIC. [*it.* coppia, *francog.* couple, *hisp.* cobla. *M.-L.*]

I *proprie id quod efficit, ut duae res cohaereant, vinculum, funis sim.* *i. q. vinculum* (GLOSS. χειρόδεσμος. χειροάλυσις. χειροαλυσίδιον): PLAVT. Epid. 617 per urbem duo defloccati senes quaeritant me, in manibus gestant -as secum simul. NEP. Dat. 3, 2 *Datames* gerens ... dextra manu clavam, sinistra -am, ita vinctum ante se Thuynen agebat, ut si feram bestiam captam duceret. OV. met. 7, 769 -a detrahitur canibus (trist. 5, 9, 28 canem ... frustra -a dura tenet. *cf.* GRAMM. suppl. 264 '-ae' vero feminini generis sunt ligamenta canum). *incert.*: OPTAT. app. 1 p. 187, 10 coplas rusticanas XVIIII *inter res christianorum.* *in imagine*: VICTRIC. 3 nec sane mihi iam circa eos laborandum est, qui absolute disciplinae -a exciderunt. *i. q. funis navis*: ACC. trag. 575 obtorque prorem ac suppa tortas -as. *i. q. harpago, corvus*: CAES. Gall. 3, 13, 6 eadem de causa *naves* minus commode -is continebantur. *i. q. capistrum, frenum*: APVL. met. 9, 13 pectora *muli* -ae sparteae tritura continua exulcerati. *i. q. cingulum*: SCHOL. Stat. Theb. 5, 62 ceston zonam Veneris debemus accipere ... ceston ... vocatur, quia -ae ex matrimonio vis est. *i. q. nervus vel artus* (GLOSS. μέλος, ἄρθρον χειρός): APVL. Plat. 1, 16 illa ... quae iuncturis et -is nexa sunt, ad celeritatem facilius se movendi haud multis sunt impedita visceribus.

II *translate, i. q. coniunctio, sociatio*: A *rerum*: APVL. mund. 5 elementorum inter se mutui nexus artis affinitatibus implicantur et quinque coniuges -ae his ordinatae vicibus attinentur (AMBR. hex. 3, 1, 5 hanc distantium inter se elementorum -am *spectare*). PANEG. 10, 10 nec ulla tam fidelis est -a, quae in diversum tendentia nexu suo teneat. AMBROSIAST. in Rom. 7, 5 solutam animam a -a carnis (PS. AMBR. prec. 2, 12 ab ipso pubertatis tempore a complexu carnalis -ae alienum me esse voluisti. HIER. vita Malchi 6 magis animae -am amato [*imperat.*] quam corporis. PRVD. cath. 10, 6 tibi -a iungitur horum [*sc. spiritus et carnis*]. AVG. c. Faust. 21, 7 illam membrorum compagem -amque carnis et spiritus a concordi iunctura disicere). VICTRIC. 15 facessat ... distinctionis iniuria, cum sit eadem claritatis -a *trinitati et sanctis.* PETR. CHRYS. serm. 103 p. 488^B diei ac noctis -a sic divisa est, ut ex quiete labor, requies ex labore constaret. 146 p. 592^B virginitas iuncta Christo -a est perfecta virtutis. COD. Iust. 12, 33, 5, 4 si qui simili stipendiorum iunguntur -a.

B *hominum*: 1 *de amicitia*: NEP. Att. 5, 4 id quod erat difficillimum efficiebat ut ... esset talium virorum -a. SEN. dial. 5, 8, 6 difficile erat illi in -am coniecto rixam eius cum quo cohaerebat effugere (7, 7, 1 non video quomodo ista tam diversa in eandem -am coiciantur). AMBR. exc. Sat. 1, 74 amari dies, qui interruptam -am prodītis. off. 2, 20, 98 quod *Iesum Nave* ... erudivit ad legis scientiam Moysi -a. *adde*: PRVD. c. Symm. 2, 591 nec enim fit -a *gentium* Christo digna, nisi implicitas societ mens unica gentes. 2 *de amore*: HOR. carm. 1, 13, 18 felices ter et amplius, quos irrupta tenet -a. PHAEDR. app. 13, 24 mox artiore vinxit *vidua* animum *militis* -a. HIER. epist. 3, 1 -a amoris. 3 *de matrimonio*: GRAMM. suppl. 264 'haec -a' generis feminini in singularitate significat matrimonium et nuptias, ubi duo iunguntur; similiter 'haec -a' in pluralitate neutrius generis, unde Martianus '-a sacra' dixit, i. nuptias (*fort. falso*; *cf. p. 918, 77*). SCHOL Hor. carm. 1, 13, 18 *v. p. 918, 78. cf. l. 46.* AMBR. fug. saec. 4, 22 his igitur patientiae instructus et perseverantiae disciplinis profectus Iacob -am sibi acquisivit de sapientia consorte propositi opimam dote prudentiae. Noe 21, 76 inde ... filii iusti petebant -am coniugalem (*ibid.* ut ... permissa ... virilis et feminea legitima sorte coniugii -a videretur. GENNAD. dogm. 14 per coniugii -am. AVG. civ. 14, 22 *lemma* de -a coniugali a deo primitus instituta atque benedicta. 21, 26 propter coniugalem quidem -am non damnabiles. CASSIAN. conl. 22, 6, 8 in coniugiorum -a permanentes. ENNOD. epist. 9, 1 p. 228, 13 coniugalis -ae vitans remedium. *cf.* TERT. adv. Val. 8 sermo et vita, homo et ecclesia ... alios ebulliunt fetus, proinde coniugales per -am utriusque naturae). AMBR. patr. 4, 22 huic (*sc. Christo*) deferentes -am gratiae nuptialis calciamentum suum solverunt prophetae. virg. 1, 7, 34 qui enim -am damnat. in psalm. 1, 14 virum igitur scriptura dicendo consortem -ae non praetermisit. PS. AMBR. laps. virg. 5, 20 facta -a spiritalis per adulterium solvitur. HEGES. 1, 38, 3 ius -ae nuptialis (HIER. adv. Iovin. 1, 16 imago creatoris non habet -am nuptiarum. c. Iul. 3, 23, 53 non enim -a nuptialis propter carnis concupiscentiam ... instituta est. MART. CAP. 2, 109 sic ... rata inter eos sociatio -am nuptialem vera ratione constrinxit. CASSIAN. conl. 21, 32, 2 expeti -am nuptiarum. ENNOD. epist. 8, 11 p. 208, 6 quando ad nuptialem -am perductus homo est. GREG. TVR. vit. patr. 16, 1 per -am nuptialem contagio involvi mundano). HEGES. 1, 40, 5 nisi regalis puellae -am declinavisset. 1, 42, 6 quod ... nepotibus invideret dispositas -arum societates. HIER. epist. 54, 6 et -am carnis solvisset interitus (CASSIAN. conl. 12, 7, 4 carnalem -am, *syn.* feminea commixtio). 117, 3. vita Malchi 2 -a matrimonii, sanguinis an spiritus. PELAG. in I Cor. 7 p. 737^a in tali -a constitutus. AVG. civ. 13, 3 illa coniugum -a. 15, 16 cum ... genus humanum post primam -am viri ... et coniugis eius ... marium feminarumque coniunctione opus haberet, ut gignendo multiplicaretur (SACR. Leon. p. 445 sublimiores animae, quae in viri ac mulieris -a fastidirent conubium). serm. ed. Mai 118, 1 qui (*sc. Christus*) in primordio -ae novellae concesserat nasci ex homine hominem.... MART. CAP. 1, 25 certum quippe est quod *Iuppiter* ... cum Stilbonte incedens conubiorum -is allubescat. 1, 40 *Pallas* expers totius -ae *eqs.* COD. Theod. 3, 16, 2 pr. (*a. 421*) non solum secundi viri -am, verum etiam postliminii ius negamus *mulieri, quae sine causa a marito discessit.* CASSIAN. conl. 24, 26, 2 societas -ae (copulat *cod. Paris. 2170*) seu consanguinitatis necessitudo coniungit. PETR. CHRYS. serm. 61 p. 370^B spiritus et virgo (*in symbolo*) -a terrena non est, caeleste sed est secretum. 130 p. 557^A tales generat perpetuae virginitatis -a. SIDON. epist. 3, 11, 2 in *generi et filiae tuae* -a. ENNOD. epist. 9, 11 p. 237, 2 in alterius servi tui -a serenus aspira. opusc. 9 p. 418, 11 ne dum -arum nexibus occupantur, laborandi tempus effugiat. dict. 24 p. 498, 8 uxor ad alterius transierat -am. CARM. epigr. 739, 4 erit hic (*in sepulcro*) quoque -a nobis coniugio nostro nec mors divortia ponet. *nota de bestiis*: CASSIOD. var. 7, 40, 2 cum spontanea -a animantia cuncta consociet. *de spiritali coniunctione hominis cum Christo*: PROSP. in psalm. 127, 3 sacramentum ... istius -ae multis nominibus significatur.

C *t. t. in rebus rhetoricis, grammaticis, metricis*: 1 *i. q. compositio*: NIGID. frg. Gell. 10, 5, 1 avarus appellatur, qui avidus aeris est. sed in ea -a 'e' littera detrita est. GELL. 1, 5, 16 ex his quibus dixi vocibus (inde, uti, iam) quasi per quendam coitum et -am nomen indutiarum conexum est. CASSIAN. conl. 10, 8, 3 quemadmodum pronuntiare puerorum quispiam simplices poterit -as syllabarum, nisi prius elementorum characteres diligenter agnoverit? 2 *i. q. conexio duorum numerorum in re metrica*: MART. CAP. 9, 979 at vero eorum *numerorum*, qui compositi esse dicuntur, alii per -as, alii vero per periodum colligantur. et enim συζυγία, id est -a, duorum pedum in unum est ascripta conexio ... periodos sane est pedum compositio plurimorum. 9, 983 per -am vero duplices accedunt numeri, quorum alter ex maiore erit ionicus, alter ex minore. 9, 985 *sqq.* 3 *pars orationis qua verba vel sententiae inter se coniunguntur*: VARRO ling. 8, 10 in his rebus, quae -ae sunt ac iungunt verba. *in analogia*: VARRO ling. 9, 4 prius de trinis -is discernendum ... primum de -is naturae et usuis ... secundum de -is multitudinis ac finis ... tertium de -is personarum. 10, 33 accedunt ad has species a -is divisionum quadrinis, ab infecti et perfecti ... emo edo, emi edi, ab semel et saepius ... faciendi ... et patiendi ... a singulari et multitudinis. *de dispositione orationis*: QVINT. inst. 7, 10, 17 ita res non diversae distantibus ex locis quasi invicem ignotae collidentur, sed aliqua societate cum prioribus ac sequentibus se -a tenebunt, ac videbitur non solum composita oratio, sed etiam continua.

III *metonymice de persona*: A *is qui coniungit*: PS. MAR. VICTORIN. hymn. 1 p. 1139^d adesto, sancte spiritus, patris et filii -a. MART. CAP. 1, 1 tu quem psallentem thalamis, quem matre Camena progenitum perhibent, -a sacra deum (*videtur esse vocativus, sed cf. p. 917, 80*), ... o Hymenaee decens. B *ii qui coniunguntur*: SCHOL. Hor. carm. 1, 13, 18 '-a' proprie dicitur cuiuslibet rei duplex numerus, unde tractum est, ut et matrimonii -a diceretur. 1 *par rerum*: SCHOL. ζυγός. AVSON. 224, 1 consiliis belloque bonus *Antilochus*, quae -a rara est. 2 *par bestiarum, speciatim canum in venatione*: SIDON. epist. 8, 6, 12 *lepusculos* ... -is palam ductis inquietari. 3 *par hominum*: AVG. civ. 14, 11 *coluber in paradiso* a parte scilicet inferiore illius humanae -ae incipiens. SIDON.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

carm. 2,488 circumspice taedas antiquas: par nulla tibi sic -a praesto est *veluti Augusti filia et Ricimer.* 4 *de uxore*: VVLG. gen. 29,27 imple hebdomadam dierum huius -ae, *sc. Liae* (συντέλεσον οὖν τὰ ἕβδομα ταύτης). PAVL. NOL. carm. 24,558 hac parte Samso nolo sit noster puer, ne misceatur -ae. *ut videtur de marito*: CASSIOD. var. 2,10,2 ab eo tempore quo iugalem -am animo vitiata dereliquit. *de bestiarum feminis*: CASSIOD. var. 1,37,2 feris insitum est -am suam extrema concertatione defendere. 5,33,2 turturum castissimum genus, ... si a -a sua fuerit casu intercedente divisum, perpetua se abstinentiae lege constringit.

cōpulābilis, -e *a* copulare. *quod cum aliis coniungi potest*: AVG. mus. 2,14,26 spondeum et dactylum et anapaestum et proceleusmaticum amicos inter se atque -es video. 3,4,10 palimbacchius ... congruos et -es habet paeones omnes praeter secundum. 4,16,32 cum sibi copulantur, qui inter se sunt -es pedes....

cōpulātē *v. sub* copulo.

cōpulātim *adv. a* copulare; *cf.* copulate. GLOSS. εἱρμῷ. contexte. conflatim. DIOM. gramm. I 407,4 *sunt* alia *adverbia* in -im: ut...-m....

cōpulātio, -ōnis *f. a* copulare. GLOSS. δεσμός. δέσις. συναφία. coniunctio.

i. q. coniunctio: **1** *rerum*: CIC. fin. 1,19 ita effici complexiones et -es et adhaesiones atomorum inter se. nat. deor. 2,119 quae -o rerum ... quem non movet. ARNOB. nat. 6,1 *alia series* his rebus (*sc. templis deorum paganorum, simulacris etc.*) adnexa est et vicina -e coniuncta. CASSIOD. in psalm. 150,5 harmonia est ... diversarum rerum in unam convenientiam redacta -o. *i. q. mixtio*: BOETH. c. Eut. 6,85 veluti cum mel aquae confunditur, neutrum manet, sed alterum alterius -e corruptum quiddam tertium fecit.
2 *hominum*: **a** *de amicitia*: FIRM. math. 2,30,9 amicitiae fidem fortibus -bus stringe. **b** *de cognatione*: COD. Theod. 9,42,2 (*a. 356*) usque ad tertium gradum generis -is eiusdem successio deferatur. **c** *de matrimonio et de coitu*: AVG. in psalm. 74,4 has duas quodammodo esse personas et rursus unam -e coniugii (GREG. M. epist. 11,30 -e coniugii viri atque mulieris unum corpus efficitur). CASSIOD. var. 7,46,1 in consobrinis nuptiali -e iungendis (VEN. FORT. vita Albin. 18,49 incestarum nuptiarum execrabiles -es). COD. Iust. 5,4,26,1 nihil legibus contrarium in tali -e (*sc. domini et alumnae*) spectamus. 11,48,21 pr. ascripticia proles ex tali -e procreata. VEN. FORT. vit. Maur. 6,23 matrona quaedam pernobilis nexa tamen vinculo coniugali ex tempore suae -is sterilis permanebat. CONC. Aurel. a. 533 p. 63,3 nullus novercae suae, id est uxore patris sui, ulla -e iungatur. CIC. fin. 1,69 primos congressus -esque et consuetudinum instituendarum voluntates fieri propter voluptatem. LACT. epit. 6,2 sexus et corporum -o (57,4 ex feminei corporis -e. ira 15,10 femina, cuius possit -e gaudere). FIRM. math. 3,6,25 alii publicas meretrices genialis sibi tori -e consociant. AVG. civ. 15,16,3 -o ... maris et feminae (nupt. et concup. 1,4 -o maris et feminae generandi causa. gen. c. Manich. 1,25,43 masculus et femina, i. e. intellectus et actio, quorum -e *eqs.*). gen. c. Manich. 2,11,15 et facta dicitur *mulier* in adiutorium viri, ut -e spirituali spirituales fetus ederet. serm. 341,10,12 secundum naturalem -em corporalemque iuncturam. CONC. Matisc. a. 585 p. 171,14 incestam -em, in qua nec coniux nec nuptiae recte appellare legis sanxerunt. *de bestiis*: EVSTATH. Bas. hex. 8,6 p. 951^d *de turturibus.* **d** *de congregatione hominum*: VVLG. Tob. 6,20 in -e sanctorum patriarcharum. **3** *de coniunctione corporis et animi*: CIC. Tim. 22 naturamque illam, quam alterius diximus, vi cum eadem *deus* coniunxit fugientem et eius -is alienam (*de materia dividua et individua dictum*). APVL. Socr. 15 p. 152 *corporis atque animi* communio et -o sumus (IREN. 5,3,2 sanguis -o animae et corporis). MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4,11 propter -em hylicam (*sc. de coniunctione animi cum corporis materia*). BOETH. Porph. isag. p. 256,16 *rationabilitas atque irrationabilitas, mortalitas atque immortalitas* informant species earumque substantiam convenienti -e constituunt. **4** *de rebus religiosis fidei christianae*: *de spiritu sancto*: TERT. adv. Val. 11 novam -em, Christum et spiritum sanctum. *de Iesu Christo e dei et hominis natura contaminato*: BOETH. c. Eut. 4,62 atque ita ex distantibus naturis una fieret -e persona. 4,47 cum nihil simile, nihil habeant ex -e coniunctum. *de conubio inter deum et ecclesiam*: CASSIOD. in psalm. 44,12 decebat enim vel secundo gradu illaudatam non relinquere, quae tali ac tanta meruit -e gaudere. *de cognatione, quae existit inter Christum et Abraham*: THEOD. MOPS. in Gal. 3,29 sicut enim ad illum, qui ex eo est, -em accepistis. **5** *de rebus grammaticis et metricis sive musicis*: AQVILA rhet. 28 p. 31 πλοκή -o, ea figura elocutionis, in qua idem verbum aut nomen continuo positum diversa significat (*cf.* MART. CAP. 5,532). QVINT. inst. 1,10,23 in carminibus ... et in canticis exigitur structura quaedam et inoffensa -o vocum (9,4,45 omnis structura ac dimensio et -o vocum constat aut numeris ... aut μέτροις). 7,10,8 praeceptoris est ostendere ... quis ordo sit rerum et quae -o (11,2,3 omnis rerum -o). 8,3,16 et quod facit syllabarum, idem verborum quoque inter se -o (MAR. VICTORIN. rhet. p. 205,27 ...-o rationabilis verborum plurimorum unam rem continet). DIOM. gramm. I 427 fit ... syllaba ex -e vocalium consonantiumque (MAR. VICTORIN. gramm. VI 35,12 positio id est duarum consonantium -o). MART. CAP. 5,509 huius rei duplex ratio est: ... altera ut dignitas eloquendi -is ipsius decore servetur. BOETH. herm. pr. 1,3 p. 66,1 per ipsius verbi compositionem -emque (herm. sec. 1,3 p. 77,25 compositionem aliquam -emque). MACR. somn. 1,6,18 haec de prima septenarii -e libata sint. **6** *de rebus arithmeticis et geometricis*: BOETH. arithm. 2,23 p. 107 pyramides quae sunt ab hexagono vel heptagono non nisi hexagonorum vel heptagonorum -e nascentur. *ibid.* si denarium iunxero ... in cunctis aliis eadem ratio -is est. 2,37 p. 133 quod longiores ex -e parium procreantur. 2,50 p. 163 utraque extremitas coniungenda quodque ex ea -e colligitur, dividendum (*si arithmeticam medietatem constituere oportebit*). PS. BOETH. geometr. p. 413 ex *catheti et basis orthogonii* summae -e si hypotenusae exceperis quantitatem, diametrum efficies.

***cōpulātīvus**, -a, -um *a* copulare, copulatus. GLOSS. συμπλεκτικός. συναπτικός. συνζευκτικός.
t. t. grammaticorum de coniunctionibus: PRISC. gramm. III 93,17 -a est, quae copulat tam verba quam sensum, ut: et, que, ac, atque, quidem, quoque quando pro 'que' ponitur, at, ast, sed autem, vero quando pro 'autem' accipitur (*cf.* GRAMM. suppl. 156,30). GRAMM. suppl. 169,14 -ae coniunctiones ideo dicuntur quod vim orationis in contextu loquendi coniungendo copulant. 264,10. ISID. orig. 1,12,2 -ae ... coniunctiones dictae eo, quod sensum vel personas coniungant. COMINIAN. Char. gramm. I 224,29 coniunctiones -ae, disiunctivae, expletivae, causales, rationales. -ae: et, que, at, ast, ac, atque (*cf.* DIOM. gramm. I 415,28. 29 PROB. gramm. IV 143,27 DON. gramm. IV 364,35. 388,30 EXPLAN. in Don. gramm. IV 516,5 AVG. gramm. V 495,27. 520,38. DOSITH. gramm. VII 418,1 potestas coniunctionum in sex species dividitur, sunt enim -ae causales, ratiocinativae, repletivae, disiunctivae, dubitandi. -ae, συμπλεκτικοί, coniunctiones sunt hae: et, ac, καί; que τέ; atque καί; porro, ἤδη; quidem, μέν; quoque προσέτι δέ; etiam καί; at sed ἀλλά; autem δέ; vero δέ; porro τοῦτο δέ; equidem ἔγωγε. *persaepe*). PALAEM. Char. gramm. I 225,16 sunt hae -ae: que, et, porro, quidem, quoque, atque, etiam, ac, item, autem, vero. DIOM. gramm. I 433,19 coniunctio complexiva sive -a. PRISC. gramm. III 50,23 'cum' ... est -a, ut 'cum ducibus pugno'. 93,13 species sunt: -a, continuativa *eqs. saepius.* VIRG. gramm. epit. 2 p. 9 'c' sane in -is receptanda est. FIN. METR. gramm. VI 238,18 -ae [et], disiunctivae [aut] et expletivae [equidem] coniunctiones breves sunt (*cf.* MART. CAP. 3,286). COD. Iust. 6,38,4,1a coniunctionem 'aut' pro 'et' accipi, ut videatur -o modo prolata. SERV. Aen. 2,37 'que' -a coniunctio est, 'aut' disiunctiva. AVG. quaest. hept. 4,16 illa -a coniunctio (*sc.* et; *cf.* in psalm. 118 *et saepius apud* AVG.). BOETH. Porph. isag. p. 172,15 videtur autem secuisse hanc generis significationem in duas partes, cum -am coniunctionem admiscuit dicens.
adv. **cōpulātīvē** *v. p. 924, 40.*

cōpulātor, -ōris *m. a* copulare. *is qui copulat*: IVL. VAL. 1,15 filius sim parentibus -r. AVG. c. Iul. op. imperf. 3,138 coniugum -em deum. *fem.* **cōpulātrix**, -īcis. AVG. trin. 11,7,12 *corporalium specierum ... et visionis animi* ... copulationi tertia coniungitur -x voluntas. 11,9 ubique tamen voluntas non apparet, nisi -x quasi parentis et prolis. PS. LEO M. humil. 6 apparet -em quandam esse virtutem. ANTH. 200,5 amorum -x ... Dione.

cōpulātōrius, -a, -um *a* copulare, copulator. *significat rem aptam, qua duae res coniungantur*: AMBR. hex. 5,14,47 his ... avibus nihil est -um praeter iugale consortium.

cōpulātus, -ūs *m. a* copulare. GLOSS. συναφή. ARNOB. nat. 1,2 rationum consequentium -u. MART. CAP. 7,731 *cupido* ... expers totius elationis aut -us (β, copulae *al.*) in se proprios detorquet ardores.

cōpulo, -āvī, -ātum, -āre [*a* copula. *Th.*]. cŏplata: LVCR. 6,1086. cŏpuletur *traditur* DRAC. Romul. 7,36. PRISC. gramm. II 393,12 passivas quoque pro activis ... antiquissimi ... proferebant ... copulor pro -o, *exempla desunt.* GLOSS. ζευγνύω. συνάπτω. coniungo. -a σύναψον. σύνπλεξον. -etur iungatur. -atus coniunctus. sociatus. κοινῶν. -atum συνημμένον. *legitur singulis locis*: VELL. CVRT. COLVM. MART. TAC., *binis*: LVCR. VAL. MAX. PLIN. epist., *ternis*: PLAVT. LIV., *quaternis*: VARRO ling. SEN. phil. PLIN. nat. FRONTO, *deest apud* TER. *saepe legitur apud* GRAMM., ICTOS, ECCL. *coniungitur cum dat.* (*inde a* PLAVTO *p. 923, 24 et* LVCR., *non apud* CIC.) *et cum praep.* cum (*inde a* CIC. *et* VARRONE).

I ***proprie***, *i. q. vincire, colligare* (*cf.* GLOSS. -atus in vinculis missus): LIV. 21,8 altera ratis aeque lata ... *alteri* -ata est. SEN. epist. 5,7 eadem catena et custodiam et militem -at (PANEG. 5,9 vinculis -atos pueros). PLIN. epist. 8,20,6 *insulae natantes* interdum iunctae -ataeque et continenti similes sunt, interdum discordantibus ventis digeruntur. LACT. mort. pers. 36,2 foedus fit ac dexterae -antur. AMM. 23,4,5 summitati *stili* unci ferrei -antur. HIER. monogr. p. 196,16 haec ergo nota est, qua sibi invicem supradictae virgulae (*sc. monogrammatis Christi*) -antur. epist. 64,16 anulus veniat contra anulum et mutuo sibi vittis -entur hyacinthinis. in Ephes.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4,16 unumquodque membrum suo loco restituere et compagem -are compagi (RVFIN. apol. adv. Hier. 1,42). VVLG. exod. 26,4 ansulas hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum, ut possint invicem -ari (*de arca foederis.* 36,10). 26,9 et sex *saga* sibi mutuo -bis (26,10 quinquaginta ansas in ora sagi alterius ut cum altero -etur). 28,25 catenarum extrema duobus -bis uncinis. 39,4 duasque oras sibi invicem -atas. 39,19 stricta ad balteum et anulis fortius -ata. BACHIAR. repar. laps. 7 cum pro custodia sui membris illius membra tua fuerint -a (*in imagine*). CASSIOD. hist. 6,3 p. 1083^A deposita fundamenta *templi* terrae -ari non poterant. in psalm. 80,2 duas metas sibi ab acuta parte -atas. HIER. epist. 4,2 epistulam meam huic epistulae tuae -atam. 52,4 libellum hunc libello illius -ato. AVG. civ. 17,20 in eis libris, qui scriptis ipsius -antur. PLIN. nat. 17,137 nova inserendi ratio, . . . qua vel diversae insociabilesque arborum naturae -entur ut fici atque oleae. PLIN. epist. 5,6,32 hedera truncum et ramos pererrat vicinasque platanos transitu suo -at. CIC. Tim. 15 cum . . . solida . . . omnia uno medio numquam, duobus semper -entur (AVG. civ. 8,11 illa duo media, quibus interpositis sibimet haec extrema -rentur, aquam dicit et aerem. 22,11). CIC. Tim. 47 eas . . . *particulas* inter se -bant haud isdem vinclis. LVCR. 6,1078 denique non auro res aurum -at una aerique aes plumbo fit uti iungatur ab albo? 6,1088 quasi ut anellis hamisque plicata inter se quaedam possint coplata teneri. *in imagine*: ITALA psalm. 19,9 (Cypr. Fort. 10) illi -ati sunt pedes et ceciderunt (συνεποδίσθησαν, VVLG. obligati). AVG. serm. ed. Mai 26,2 gentes ex diversitate quidem venerunt (*ut parietes duo*), sed in uno lapide (*i. angulari, qui est Christus*) -atae sunt. VVLG. Is. 5,8 vae, qui coniungitis domum ad domum et agrum agro -atis (*i. continuatis*) usque ad terminum loci. *nota* cōpulārī *i. q. finitimum esse*: PLIN. nat. 6,41 Armeniae maiori . . . Cephenia . . . -atur eique Adiabene.

II *translate*: *i. q. coniungere*: **A** *res i. q. unire, complecti*: VARRO ling. 5,88 cohors quod ut in villa ex pluribus tectis coniungitur ac quiddam fit unum, sic hic ex manipulis pluribus -atur (populatur *cod.*). COLVM. 2,2,2 genera, quae possunt et cogitatione mentis et ambitu verborum facile -ari. IREN. 2,9,2 omnem malitiam -antes *homines deo*. ARNOB. nat. 1,34 dissimilia -are atque in unam speciem cogere. TAC. dial. 17 ne dividatis saeculum et antiquos ac recentes vocitetis oratores, quos eorundem hominum aures agnoscere ac velut coniungere et -are potuerunt. APVL. Plat. 1,3 ut primus tripertitam philosophiam -ret. HIER. epist. 82,9 -ata discerpere. tract. in Marc. p. 328,14 scriptura . . . sancta haeret sibi tota et uno spiritu -ata est. *de corpore et animo*: CIC. Tim. 26 ita *deus* medio (*animo*) medium (*sc. corporeum*) accommodans -bat. phil. frg. V 95 sic nostros animos cum corporibus -atos ut vivos cum mortuis esse coniunctos (APVL. Plat. 1,18 cum anima et corpus aequaliter -antur et inter se conveniunt. HIER. epist. 98,8 nec animum . . . suo corpori -vit [*ibid.* sociare]. AVG. civ. 13,2 cum anima corpori sic fuerit -ata). LACT. inst. 4,25,6 *caro* -atum sibi spiritum trahit. AVG. civ. 8,23 hos ergo spiritus invisibiles per artem quandam visibilibus rebus corporalis materiae -are. 13,18 cum multo mirabilius incorporea corporeis quam quaecumque corpora quibuscumque corporibus -entur. 22,4 mirabilioris esse divini operis reperitur incorporalibus corporalia quodam modo attexere quam licet diversa, . . . tamen corpora et corpora -are. *de genio et homine*: MART. CAP. 2,152 ideoque dicitur genius, quoniam cum quis hominum genitus fuerit, mox eidem -atur. *virtutes in animo suo* -are *vel virtutem voluptati sim.*: CIC. fin. 1,50 ut . . . sapientiam, temperantiam, fortitudinem -atas esse docui cum voluptate (ac. 2,139 honestatem cum voluptate tamquam hominem cum belua -bis. off. 3,119 cum honestate voluptatem tamquam cum homine pecudem -issent. de orat. 1,222 summum illud bonum . . . virtute an voluptate definiatur, an haec inter se iungi -arique possint. Tusc. 5,85 voluptatem cum honestate Dinomachus et Callipho -vit). CIC. fin. 5,67 cum *virtutes* ita -atae conexaeque sint. QVINT. inst. 1 pr. 13 fuerunt haec, . . . officio quoque -ata, ut idem sapientes atque eloquentes haberentur. APVL. Plat. 2,7 iustitia . . . quae cum religiositate, id est ὁσιότητι, -atur. LACT. epit. 28,10 Aristoteles honestatem virtuti -vit. HIER. epist. 74,4 gratiae euangelii iugum Mosaicae doctrinae -at. PS. RVFIN. in Am. 1,1 impietati impudentiam -antes. HIER. epist. 22,13 ebrietati sacrilegium -antes (EVGIPP. Sev. 44,1 sceleri sacrilegium -ans). AVELL. 22,13 ne quis . . . pacem . . . saeculi impietatibus -ret.

B *de hominum coniunctione*: **1** *de amicitia vel societate*: CIC. Verr. 4,148 -ati in ius pervenimus. Sest. 133 ille se sic cum inimico meo -arat. Phil. 2,19 qui (*ordo equestris*) tum cum senatu -atus fuit. epist. 3,4,2 ad voluntates nostras -andas. 11,8,2 *Hirtium et Caesarem* spero brevi tempore societate victoriae tecum -atos fore. VELL. 2,12,1 C. Marius L. Sullam . . . -atum sibi quaestorem habuit. CVRT. 5,11,6 secundae adversaeque res tuae -vere nos tecum. QVINT. decl. 257 p. 50,15 -atos iam diu diducis animos. FRONTO p. 7,2 N. nec omnino mihi amor videtur, qui ratione oritur et iustis certis de causis -atur. p. 59,4 siquis ingenio tantum valuit, ut amicos ac sectatores suos amore inter se mutuo -ret. p. 59,11 omnes amicos tuos concordia -as. p. 173,21 neque forte aut temere necessitudine ista sumus -ati. p. 180,4 nullum pulchrius amicitiae -andae reperire potui quam adulescentis optimi conciliandi tibi occasionem (p. 180,9 cupidissimus amicitiarum -andarum). IVL. Val. 2,2 pacatis his partibus et ad auxilium exercitus mei commilitio -atis. HEGES. 1,28,7 fratribus hospitalitatis -atus necessitudine. 1,33,1 Antonio quem sibi amicitia -arat. VVLG. Ios. 23,12 cum eis miscere conubia atque amicitias -are. iud. 3,13 -vit ei filios Ammon et Amalec. Sirach 37,1 et ego amicitiam -vi. Esth. 9,27 qui religioni eorum voluerunt -ari. MAR. VICTORIN. rhet. p. 164,22 possunt tamen hic amicitia -ari. SCHOL. Cic. Bob. p. 126,7. 150,23. 158,19 Hild. PS. ASCON. div. in Caec. p. 97 M. Tullium . . . iam pridem *Siculis* necessitudine -atum. AVG. civ. 3,20 Romanae rei publicae interiecto foedere -ata est *Saguntum*. in psalm. 131,4 unum cor est omnium in caritate -atorum. CASSIAN. conl. 24,26,2 sive societas -at seu consanguinitatis necessitudo coniungit. EVGRAPH. Ter. Phorm. 580 p. 514,20 familiaritas -etur. IORD. Get. 10,65 cum Gothis amicitias -ans. PASS. Paul. 1 institutor imperatoris adeo illi est amicitia -atus (in amicitia *R*). PASS. Petr. 3 mittensque ad Agrippam praefectum sibi amicitia -atum. **2** *de matrimonio* (*cf.* GLOSS. II 116,21 -at συνζευγνύει, συνάπτει γάμον): SEN. Herc. f. 493 sin -ari pertinax taedis negat. . . . QVINT. decl. 280 p. 145,2 tuere nuptias, quas iunxisti, tuere matrimonium, quod -asti (MOD. dig. 38,10,4,7 matrimonio inter se. VLP. dig. 24,1,32,16 -atos matrimonio in potestate habent. 24,1,32,21 -atos emancipare. 24,1,32,28 matrimonium -are prohibentur. 12,4,6 matrimonio non -ato. PAPIN. coll. Mos. 6,6,1. ARNOB. nat. 1,2 non matrimonia -ant. 5,27 *dii* matrimonia -ant. PS. HIL. libell. 11 non enim ad impudicitiam matrimonium -vit deus. HIER. epist. 69,4. MART. CAP. 9,898 regulariter matrimonio -ato. IORD. Rom. 338 -ata nepte sua in matrimonio. Get. 31,160 captivam suo matrimonio legitime -vit. COD. Iust. 5,4,23,6 istam quoque posse . . . in matrimonio illis -ari. 5,11,3 quae tibi matrimonio -ata est. 10,35,3,3. INST. Iust. 1,10 pr. filium . . . posse . . . matrimonium sibi -are. PS. MATTH. euang. 8,4 non enim poteris alii in matrimonium -ari. MARCELL. chron. II p. 79,21. PASS. Thom. 98,11 rex . . . noster unicam filiam hodie -at matrimonio). VLP. dig. 1,9,8 feminae plebeii nuptiis -atae (PAVL. frg. Vat. 110 etiam post nuptias -atas dotem promitti vel dari posse. APVL. Plat. 2,25 magistratibus curantibus, ne dispares sui vel inter se dissimiles -entur *nuptiis*. ANTH. 200,59 cum primus Aether -vit nuptias. PS. HIL. libell. 19 cum frequentius etiam, quos legitimae -vere nuptiae, leve iurgium separet. HEGES. 1,28,5 Mariammen secundis nuptiis sibi -verat. HIER. hom. Orig. in Luc. 6 p. 230 qui nuptiis -ati sunt. in Matth. 14,4 p. 97 filiam Herodis inimici nuptiis -asse. RVFIN. epist. Clement. 8 iuniores . . . viduas nuptiis -ate). IVL. VAL. 3,39 filiam . . . coniugio -atam (ARNOB. nat. 2,8 coniugalia -atis consortia. FIRM. math. 3,6,9 qui se nunquam velint coniugalibus affectibus -are. HEGES. 5,16,88 *David* cum Bersabeam suo coniugio -isset. BACHIAR. fid. 6 p. 1034^B in coniugio -etur. repar. laps. 20 ubi cum crimine -antur *coniugio*. *ibid.* ei in coniugium -ata est. IORD. Get. 59 sororis Priami coniugio -atus. 249 Vadamercam sibi in coniugio -ans. 297. LEX Sal. 13,10 si quis sponsam alienam tulerit et eam sibi in coniugio -verit. 25,9 LEX Visig. 9,1,14 sibi mulierem ingenuam in coniugio). SYMM. epist. 3,24,1 tibi comperi iugales deos matrem familias -asse. AMM. 15,8,18 Helenā Caesari iugali foedere -atā. 20,11,3 Olympiada ei -verat coniugem. 21,15,6 edita postuma matrimonii iure -ata est Gratiano (COD. Iust. 5,27,5,1 mulieres sibi . . . iure matrimonii -are). AMBR. Abr. 2,8,49 quia non solet parere quae viro non fuerat -ata. in I Cor. 7,14 immundi essent filii eorum, si dimitterent volentes habitare secum et aliis se rent. 7,15 ne accusetur alii -atus. 7,33 mulier viro -ata (HIER. hom. Orig. in Luc. 6 p. 230 viro -ata Elizabeth. PELAG. in Rom. 7 p. 675^a cum . . . alio viro mulier fuerit -ata. PS. RVFIN. in Ioel 1,6 quibus fuerant . . . -atae. AVG. civ. 12,22 ne ipsam quidem feminam -andam viro. quaest. hept. 2,78 viro non Hebraeo. *bis.* SIDON. epist. 1,5,10 cui filia . . . Augusti . . . -batur. COD. Iust. 5,4,23,5a nec iam prohibeantur illis -ari, quibus . . . . PASS. Thom. 111,1 nunc -bitur mihi uxor mea. 112,22 revoca illam ab hac via pessima, ut -etur viro suo). AMBR. vid. 13,81 dominatui viri sola subditur -ata. virg. 1,6,24 hoc est praeceptum -atis. 1,6,26 quid recenseam . . . molestias . . . -andi. HEGES. 1,40,2 feminas, quae regi . . . -bantur. VVLG. III reg. 11,2 his itaque -atus est Salomon. AVG. gen. ad litt. 11,41 p. 376,11 ante mixtos esse concubitu *primos homines* quam eos qui creaverat -asset. OROS. hist. 3,14,4 nuptias in -ando ei filiam celebrare decrevit. MART. CAP. 2,101 primo conducatne conubium atque aetherii verticis pinnata rapiditas apto sibi foedere -etur . . . conquirit. SACR. Leon. p. 446 consortio maritali . . . -atam. MARCELL. chron. II add. p. 105,1 Vitigis Matesuintham . . . sibi sociam in regno plus vi -at quam amore. CASSIOD. var. 1,37,2 uno tempore duabus nemo -etur uxoribus. IORD. Get. 81. INST. Iust. 3,1,2^a si quis mulierem in suo contubernio -verit. LEX Sal. 44,1 qui *viduam* voluerit accipere, antequam sibi -et . . . debet. *in imagine*: BACHIAR. repar. laps. 12 Salomon, . . . qui meruit assistrici dei, hoc est Sapientiae, -ari, in alienigenarum mulierum incurrit amplexus. *de bestiis*: SOL.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iuncturae: **cordi est** (*haud raro* -i *solum. cf. p. 930, 23*), *accedit subst. vel inf.*: NON. p. 88 -i est: honeste dictum, animo sedet. PRISC. gramm. II 121 quidam enim figurate 'frugi' dativum . . . cum aliis omnibus coniungi casibus non irrationabiliter dicunt, sicut 'mancipi' et '-i' et 'huiusmodi'. 564 si dicam '-i homo est mihi' '-i hominis' hoc est 'hominis qui mihi est -i', '-i homini', '-i hominem' et possum cum omnibus casibus figurate iungere dativum. III 224 dativum quoque solent Romani acquisitivorum vel effectivorum cum omni casu consociare, ut 'curae mihi est ista res, -i lucro damno'. possumus enim dicere '-i homo' . . . pro 'iucundus'. GLOSS. πρόθυμός ἐστιν. καταθύμιον. καταθύμιοι. placet. voluntati est. curae est. PLAVT. Cist. 109 nolito acriter eum (*Alcesimarchum*) inclamare: utut erga me est meritus, mihi (in *codd., corr. Camerarius*) -i est tamen. Most. 323 si tibi -i (-e *codd.*) est facere licet. CATO orig. 12. TER. Andr. 328 nuptiae . . . sunt -i (GLOSS. placent). Phorm. 800 LVCIL. 625. 629 AFRAN. com. 328. VARRO rust. 2, 10, 3 greges . . . quibus rupes ac silvae ad pabulandum -i. CIC. orat. 53 Quinct. 93 Verr. 2, 112 Att. 5, 3, 2 Lael. 15 CATVLL. 44, 3 *bis.* 64, 158. 81, 5. 95, 9 LVCR. 4, 783. 5, 1391 CAES. Gall. 6, 19, 4 VERG. Aen. 7, 326. 9, 612. 773. 10, 252. 11, 369 CIRIS 261 HOR. carm. 1, 17, 14 LIV. 1, 39, 4. 6, 9, 3. 6, 20, 16. 8, 7, 6 *al.* OV. medic. 32 SEN. contr. 2, 1, 36 CVRT. 4, 3, 23. 5, 1, 37. 5, 2, 19. 6, 9, 36 *al.* SEN. benef. 1, 15, 1 clem. 1, 12, 1 COLVM. 1, 1, 3. 18. 3, 4, 1. 10, 381 arb. 2, 1. 4, 3 *al.* PETRON. 121, 109 PLIN. nat. 18, 273 STAT. Theb. 1, 653. 5, 473. 6, 394. 12, 113 silv. 1, 4, 4. 3, 3, 108. 4, 4, 46. 4, 5, 53 SIL. 5, 97. 7, 320. 9, 204. 13, 271. 503. 734. 15, 350. 16, 648 TAC. hist. 3, 53. 4, 58. 81 SVET. Iul. 49 (-e *A m. pr.*) CARM. epigr. 227, 2 *a. 136.* GELL. 11, 13, 4 *al.* APVL. Plat. 2, 22 TER. MAVR. 2154 ARNOB. nat. 5, 20 COD. Theod. 12, 1, 66 (*a. 365*) PRISCILL. tract. 2, 50. 52 AMBR. Iob 1, 9, 30 obit. Valent. 1 HIER. epist. 52, 5 ANON. de mach. bell. 19. PACIAN. epist. 1, 2 p. 7 si animo tuo -i est. DICT. 2, 33 AMM. 17, 5, 5 CLAVD. carm. min. 25, 49 MACR. sat. 3, 5, 10. 3, 7, 8. ZACCH. 1, 31 -i semper et gaudio est. SALV. gub. 6, 94 SIDON. epist. 1, 2, 7. AVIEN. ora 20 talium iugem sitim tuo esse -i. ENNOD. epist. 4, 2 p. 98, 21 *al.* CASSIOD. var. 1, 8, 1 *al.* COD. Iust. de emend. cod. pr. 1, 2, 23, 2. 6, 4, 3, 2 NOVELL. Iust. 35, 4. 37, 7. *nota*: ENNOD. epist. 1, 5 p. 13, 7 si vobis -i sum (5, 11 p. 135, 6). cordis est: COD. Iust. 3, 1, 16 sine suspicione omnes lites procedere nobis -is est. VEN. FORT. carm. 2, 16, 28 lux tibi -is erat. corde est: STAT. Theb. 6, 829 -e labores ante alios erat uncta pale. silv. 3, 3, 14. 3, 5, 24. cordi habere: GELL. praef. 12. 2, 29, 20. 17, 19, 6 ENNOD. epist. 2, 4 p. 43, 15. cordi dare: AVIEN. orb. terr. 1046.

corde *abl. modi*, ex -e, in -e *sim. sententiae apponitur augendae*: GLOSS. Plac. V 58, 37 -e ex animo. ENN. ann. 48 nec sese dedit in conspectum -e cupitus pater. 367 omnes mortales victores -bus vivis laetantes. 470 omnes -e patrem debent animoque benigno circum sum. PLAVT. Capt. 420 videas -e amare inter se (Trin. 677 Truc. 177). CARM. epigr. 52, 4 suom mareitum -e deilexit sovo. OV. epist. 18, 156 o penitus toto -e recepte mihi. TERT. orat. 28 *hostiam* de toto -e devotam. ITALA (Tert. scorp 2 *al.*) *et* VVLG. deut. 6, 5 diliges dominum . . . ex toto -e tuo et ex tota anima tua (διανοίας) *et alibi* VVLG. *saepe; etiam* in toto -e *et* toto -e (CORP. X 1396 ex toto -e). ITALA deut. 28, 47 (Lugd.) servisti domino deo tuo in iucunditate et bono -e (ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαθῇ διανοίᾳ, VVLG. in gaudio -isque laetitia). COD. Theod. 9, 38, 3 (*a. 367*) diem paschae, quem intimo -e celebramus. VVLG. Ios. 22, 5 serviatis in omni -e (ἐξ ὅλης τῆς διανοίας). 24, 14 perfecto -e atque verissimo (ἐν εὐθύτητι καὶ δικαιοσύνῃ). *et passim.* III reg. 8, 48 in universo -e suo (ἐν ὅλῃ καρδίᾳ). COMM. instr. 2, 18, 13 ex -e qui credit (*sc. maritus*). TYCON. 6 p. 69, 11. VVLG. Rom 6, 17 oboedistis autem ex -e (ἐκ καρδίας). *cf.* PELAG. *ad l.* p. 673^{D} ex -e . . . hoc est fideliter. AVG. civ. 21, 22 ut, quando ab eis veniam petunt . . . ex -e dimittant. ALC. AVIT. epist. 26 si ex -e convertitur. VVLG. Matth. 11, 29 mitis sum et humilis -e (ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ).

iuxta ponuntur (*coniunguntur aut opponuntur*): anima: ITALA Ios. 23, 14 (Lugd.) (καρδίᾳ . . . ψυχῇ, VVLG. *aliter*). ZENO 1, 7, 5 HIER. epist. 140, 21 VVLG. deut. 11, 18 I reg. 2, 35 *al.* CASSIOD. in psalm. 31, 3 TAB. devot. Audollent 270, 11. animus: PLAVT. Capt. 387 Pseud. 44. 1272^{a} suo -i (-e *codd.*) et animo opsequentes. 1321 Trin. 650 Truc. 177. 455 CAECIL. com. 230. CIC. Tusc. 4, 21 (animo *Lambinus*, odio *trad.*). VERG. Aen. 1, 722 CVRT. 5, 9, 1 FILASTR. 134, 4 HIER. epist. 98, 13 SEDVL. op. pasch. 1, 2 RVST. HELP. benef. 27. *de apibus*: VERG. georg. 4, 70. *in aenigmate de vulpe*: SYMPHOS. 115. aures: APVL. met. 1, 3 TERT. adv. Marc. 4, 19 AVG. civ. 22, 7 in psalm. 146, 15 HIL. c. Aux. 6. caput: BACHIAR. fid. 7. *v. etiam vol. III 386, 54.* caro: TERT. resurr. 15. 40 PRAEF. bibl. monarch. Matth. VVLG. psalm. 72, 26 AMBROSIAST. in Rom. 2, 28 AVG. in psalm. 39, 1. 141, 15 FAVST. REI. grat. 1, 8 p. 26, 13 DRAC. Romul. 10, 223 CASSIOD. inst. div. 5. cerebrum: PLAVT. Bacch. 251 (CIC. Tusc. 1, 41 nat. deor. 1, 99) TERT. adv. Marc. 4, 10 anim. 15. corpus: PLAVT. Cist. 551 Mil. 617 PACVV. trag. 276 AFRAN. com. 76 LVCR. 5, 864 APVL. apol. 52 HIER. epist. 98, 13 AVG. civ. 18, 51. 22, 29 serm. 62, 11, 17 CHROMAT. beat. 10 OROS. hist. 3, 1, 4 SERM. Corp. Vind. 21 p. 287, 8 EVGIPP. Sev. 35, 2 GREG. M. moral. 1, 6 BENED. reg. prol.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

79ᵇ PASS. Petr. 1 INSCR. christ. Leblant II 594. *cf. sub* corpus. facies: VVLG. II Cor. 5, 12. frons: CAECIL. com. 79 AVG. civ. 3, 30. iecur: *cf.* PORPH. Hor. carm. 1, 13, 4 iecur: pro -e ἀφελῶς. BIBAC. carm. frg. 2 CIC. nat. deor. 1, 92. 99 PLIN. nat. 11, 5. 25, 168 TERT. anim. 53 MACR. sat. 7, 9, 24. ingenium: ACC. trag. 683 AFRAN. com. 15 LVCR. 5, 1107 SEN. contr. praef. 8 MART. 3, 26, 4 SIL. 7, 219 AVG. civ. 18, 53. labia: ITALA (Tert. adv. Marc. 3, 6 *al.*) *et* VVLG. Is. 29, 13 (= Matth. 15, 8) HIER. epist. 45, 2 VVLG. prov. 26, 23. 24 AVG. in psalm. 141, 2 BACHIAR. fid. 7 NICET. p. 67, 4. lingua: PLAVT. Truc. 226 CIC. de orat. 3, 61 OV. fast. 2, 732 TERT. resurr. 45 LACT. inst. 3, 12, 5 VVLG. Iac. 1, 26 AVG. civ. 7, 31 conf. 6, 7, 12 *al.* SEDVL. op. pasch. 3, 10 DRAC. laud. dei 2, 602. 3, 683 *lingua* -is imago. medullae: SIDON. epist. 1, 5, 8. membra: MAXIMIN. c. Ambr. 118. mens: VERG. Aen. 5, 643 MANIL. 5, 135 SIL. 2, 28. 3, 5. 8, 118. 13, 90 APVL. Socr. 12 p. 146 TERT. ieiun. 6 HIL. c. Const. 10 AVIEN. Arat. 46 OPTAT. 7, 1 p. 162, 29. p. 163, 13 VVLG. Hebr. 10, 16 OROS. hist. 3, 20, 5. oculi: VVLG. II par. 7, 16 psalm. 100, 5 Ier. 22, 17 SEDVL. carm. pasch. 5, 14 PETR. CHRYS. serm. 79 p. 424ᴬ NICET. p. 66, 4. os: STAT. Theb. 12, 222 SVET. Nero 2 ITALA (Tert. adv. Marc. 4, 35) *et* VVLG. deut. 30, 14 Is. 29, 13 FILASTR. 155, 7 *cf.* HIER. epist. 78 mans. 35/6 AVG. in psalm. 30 serm. 3, 11 *al.* SVLP. SEV. Mart. 27, 2 CASSIOD. inst. div. 8 CAES. AREL. epist. de hum. 5. pectus: ENN. ann. 562 PLAVT. Men. 761 Merc. 590 Mil. 783 (*Dziatzko*) Pseud. 44 PORPH. Hor. carm. 1, 3, 10 ANON. med. ed. Piechotta 123 (*proprie*). pulmones: CIC. nat. deor. 1, 92. 99. 2, 136 PLIN. nat. 11, 170. 176. 192 APVL. Plat. 1, 10. renes: ITALA (Tert. adv. Marc. 5, 7) *et* VVLG. psalm. 7, 10 *al.* BENED. reg. 4 PASS. Felicit. p. 62, 66. sensus: ALC. AVIT. epist. 42 p. 72, 19. venter: PLAVT. Aul. 382. PETR. CHRYS. serm. 2 p. 188ᴬ oneratus venter ad vitia -r deponit. vox: AVG. serm. 82, 12, 15. vultus: HIL. c. Const. 10 QVEROL. p. 19, 15. *per allitterationem*: cogitatio: CLEM. ad Cor. 21 AVG. persev. 19, 49 *sq.* consideratio: AVG. gen. ad litt. 5, 22 p. 166, 17. consuetudo: FAVST. REI. grat. 1, 14 p. 47, 23.

epitheta notabiliora: *ad IIIA1*: altum: OV. met. 2, 622 STAT. Theb. 6, 705. 9, 713 alta Dianae -a. 11, 397 silv. 5, 3, 221 VVLG. psalm. 63, 7 AMM. 19, 3, 2. asperum: VERG. Aen. 10, 87 MART. 10, 103, 12 STAT. Theb. 1, 478. 5, 445 silv. 1, 2, 200. barbarum: OV. Pont. 3, 2, 100 SIL. 13, 90 CORIPP. Ioh. 1, 503. durum: OV. epist. 4, 156 PORPH. Hor. carm. 1, 3, 9 AMBR. in psalm. 37, 39 HIER. epist. 64, 21 VVLG. Sirach 3, 27 Is. 46, 12 *al.* AVG. civ. 5, 14. 10, 8 EVGIPP. Sev. 30, 5 VEN. FORT. carm. 3, 1, 2. *v. etiam p. 933, 64. 934, 8.* ferum: ACC. trag. 683 CATVLL. 60, 5 OV. met. 9, 178 [6, 282] OCTAVIA 88 STAT. Theb. 11, 264 COMM. instr. 1, 33, 4. forte: OV. trist. 3, 3, 57 LYGD. 2, 6 VAL. FL. 1, 316 SIL. 10, 519 AVG. civ. 22, 22. mite: AVG. epist. 48, 2 PRISC. Anast. 290 INSCR. christ. Leblant I 170, 6. immite: CATVLL. 64, 94 SIL. 4, 807. 6, 392. molle: OV. trist. 5, 8, 28 Pont. 1, 3, 32 LYGD. 6, 16 IVV. 15, 131 IREN. 4, 39, 2. *ad 2a*: aegrum: ENN. ann. 51. 349 OV. trist. 3, 2, 16 VAL. FL. 3, 75. 5; 132. 264 SIL. 8, 288 IVV. 7, 52. *ad 2b*: anxium: LVCR. 6, 14 STAT. Theb. 4, 378 PETR. CHRYS. serm. 4 p. 195ᴮ DRAC. Orest. 119. *ad 2c*: triste: ENN. ann. 482 CAECIL. com. 79 VERG. Aen. 6, 185. 383 OV. Pont. 1, 6, 2 SIL. 1, 147. *ad B1*: hebes: *cf. p. 936, 15.* *ad D*: bonum: COMM. apol. 580. 788 PS. HIL. dedic. eccl. p. 880ᴰ VVLG. Luc. 8, 15. mundum: ITALA (Tert. anim. 15) *et* VVLG. psalm. 50, 12 *et saepius.* AMBR. off. 1, 2, 6 *al.* HIER. epist. 21, 10. purum: HOR. sat. 2, 3, 213 TERT. adv. Marc. 2, 22 CLEM. ad Cor. 21 VVLG. I Tim. 1, 5 *al.* PROSP. epigr. 52, 5 CORP. V 6286 (*a. 487*). VIII 9585 CARM. epigr. 795, 14. rectum: VVLG. IV reg. 10, 15 *al.* AVG. *passim.* *ad E2*: mortalia: VERG. georg. 1, 123. 330 GERM. frg. 4, 68 MANIL. 1, 79. 2, 452 VAL. FL. 3, 94 STAT. Theb. 2, 93 CLAVD. carm. min. 32, 10. *praeterea*: alacre: VVLG. III reg. 8, 66 SEDVL. carm. pasch. 5, 432. *sim.* EVGIPP. Sev. 11, 3. *cf.* celere: AMM. 16, 12, 55. humanum: PROP. 2, 12, 6 PLIN. nat. 2, 87 AVG. civ. 6, 1 SEDVL. carm. pasch. 4, 84. intimum (imum): VERG. Aen. 10, 464 SIL. 10, 545. 13, 319. 15, 587 COD. Theod. 9, 38, 3 CLAVD. 3, 43 AVSON. 146, 25. 205, 12. totum: *v. p. 940, 49.*

derivata: bicors, concors, discors, duricors, excors, misericors, mundicors, pravicors, socors, tardicors, vecors. praecordia. corculum [cortina (VARRO ling. 7, 48), cortumio (VARRO ling. 7, 9)]. recordari (VARRO ling. 6, 46), cordatus, 2. cordax. cordolium. *Reisch.*

2. cōr *v.* corus.

1. cora, -ae *f.*, κόρη; *v. etiam nom. propr.* *pupilla oculi; cf.* CHIRON 68 pupilla, chore quae dicitur. VEG. mulom. 2, 16, 1 graece ⟨enim core⟩ pupilla dicitur. AVSON. 406, 60 libelle felix . . . cui nigellae luminum vacare dignabunt -ae. *deriv.*: bicoris. coramble.

2. cora *vox hebr. v. sub* corus.

coracēsia, -ae *f.* [*vox graeca non tradita. Th.*]. *nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 24, 99. 24, 156 -ā et caliciā Pythagoras aquam glaciari tradit, quarum mentionem apud alios non reperio. *fort. huc pertinet* DIOSC. 4, 88 W. ἀείζων τὸ μέγα . . . Ῥωμαῖοι κεριακούσια.

coracicus *v.* hierocoracicus.

coracino, -āre [*a* corax. *Th.*]. ISID. orig. 12, 7, 43 corax nomen a sono gutturis habet, quod voce -et.

1. coracinus, -a, -um [κοράκινος. *Th.*]. *i. q. niger*: VITR. 8, 3, 14 *pecora ex eo potu* quamvis sint alba, procreant aliis locis leucophaea, aliis locis pulla, aliis -o colore. coracinum, -ī *n. species lanae nigrae*: PAVL. dig. 32, 78, 5 -um aut hysginum aut melinum. *a corace, gradu initiationis Mithriacae, appellantur sacra*: AMBROSIAST. in Rom. 1, 23 vaccas instruens (*Hieroboam ad adorandum*) in Samaria, quibus sacrificarent Iudaei, et volucres quia -a sacra habent pagani. [*corrupt.* DIOSC. 1, 59 *v.* styracinus.]

2. coracīnus, -ī *m.*, κορακῖνος. *nomen piscis*: PLIN. nat. 1, 32, 19. 24. 5, 51 *in lacu Nilide* pisces reperiuntur alabetae, -i, siluri. 32, 56 -i pisces Nilo quidem peculiares sunt (9, 68. *cf.* MART. 13, 85 princeps Niliaci raperis, -e, macelli. HEGES. 3, 26, 2 *fontem Capharnaum* Nili fluminis venam aestimaverunt, quia huiusmodi creat piscem, ut -um putes qui in Alexandrino lacu ex Nilo infusione reperitur). PLIN. nat. 9, 57. 32, 70 -i fel excitat visum. 32, 106. 127. 145. POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 11 corocacinus. [*neap.* guarracino. *M.-L.*]

corāgus *sim. v.* chor-.

corallachātes, -ae *m.* [*κοραλλαχάτης, *cf.* corallum, corallium *et* achates. *Th.*]. *genus lapidis*: PLIN. nat. 1, 37, 55 coralloachates. 37, 139 -es guttis aureis sappiri modo sparsa (*sc. gemma*). 37, 153 -es curalio *similis*, aureis guttis distincta. SOL. 5, 26 dat creta, quem curalliachaten vocant curallio similem.

corallicus, -a, -um *a* corallium. *quod corallia habet*: CASSIOD. var. 9, 6, 6 cedat corallici pelagi laudata semper opinio.

corallis, -idis *f.* [*κοραλλίς, *cf.* corallium, curalium. *Th.*]. *gemma*: PLIN. nat. 1, 37, 55. 37, 153 -is minio *similis.* *translate*: GREG. TVR. Franc. 5, 34 rusticiores vero coralis hoc puscolas (*i. pustulas*) nominabant. *dub.* GLOSS. III 608, 30. 31 altercus . . . sive simphoniaca sive gali coralem. MISC. Tir. p. 50, 23 ad fico corale (p. 59, 20).

coralliticus, -ī *m.* *fort. a* corallium, *cf. l. 46.* *lapis*: PLIN. nat. 1, 36, 13. 36, 62 corollitico in Asia reperto, mensurae non ultra bina cubita, candore proximo ebori et quadam similitudine. ISID. orig. 16, 5, 9 coraliticus in Asia repertus. *adiect. i. e lapide -o factus*: CORP. XIV 2853 (*Praeneste*) simulacra duo Spei corolitica. INSCR. comptes rendus de l'acad. des inscr. 1906 p. 562 (*a. 196*) templum Dianae corolliticae . . . perfecit.

corallium (cūralium), -iī *n.* [*gr.* κουράλιον κωράλιον κοράλλιον, *quasi* κούρη ἁλός? *v. Schrader, Reallexikon d. indogerm. Altertumskunde s. v. vocabulum ligusticum vel gallicum esse putat Sal. Reinach, Revue celtique 20, 126. Th.*]. *forma in codd. usitata* corallium (*etiam* AVSON. CLAVD.) [*bonon.* kurai. *M.-L.*], *sed forma antiquior poetarum usu probata* cūralium (LVCR. OV. GRATT. PLIN. nat. *cf.* PRISC. *l. 64*) *praeterea apud poetas*: corallum: AVIEN. SIDON. [*it.* corallo. *M.-L.*]; cōralium: SER. SAMM. *cf. l. 49. 51.* *dub. an huc pertineat* PAPYR. Wessely Wien. Stud. 24, 1902, 134 κοραλλίου.

LVCR. 2, 805 fit uti videatur *pluma columbarum* inter curalium (caeruleum *codd.*) virides miscere zmaragdos. CIRIS 434 regia dives, ⟨dives⟩ curalio (corallo *codd.*) fragili et lacrimoso electro. OV. met. 4, 750 nunc quoque curaliis eadem natura remansit *eqs.* 15, 416 sic et curalium (coraliis *codd. pleriq.*), quo primum contigit auras tempore, durescit. GRATT. 405 circa Melitesia nectunt curalia. CELS. 5, 8 p. 163 -um. PLIN. nat. 1, 32, 11 de curalio medicinae et observationes. 13, 142 fruticem . . . curalio similem. 32, 21. 22 acri ferramento praecidi, qua de causa curalium (*sc. a* κουρά) vocitatum interpretantur. 37, 153. 164 curalium (curalitium *B*, corallium *cett.*). SER. SAMM. 942 coraliumve utero sicco conectere felis. SOL. 2, 43 curallium (*v. l.* curalium, corallium). 5, 26. AVIEN. orb. terr. 1302 fulvo . . . corallo. AVSON. Mos. 69 rubra -a. AMBR. hex. 5, 11, 33. CLAVD. 10, 169 mergit se subito vellitque -a Doto. THEOD. PRISC. eup. faen. 47 coralli pulverem (CAEL. AVR. chron. 2, 4, 85). AVELL. p. 755, 21 *beryllus* coralli speciem exhibens. CASS. FEL. 32 p. 66 limatura corali. *ibid.* corali dragmas II . . . tundes (*utroque loco* coralli *alter cod.*). SIDON. carm. 11, 110 puniceo . . . corallo. PRISC. periheg. 1008 curalli lapidem . . . rubrum. ISID. orig. 16, 8, 1. LIB. pontif. p. 53, 24 scifum . . . corallo ornatum. DIOSC. 5, 147 de corallo. corallu, quem multi litodend⟨r⟩um dicunt *eqs.* 5, 148. lapis corallius: DAMIG. lapid. 7. EVSTATH. Bas. hex. 7, 6 p. 943ᴮ lapis qui corallius nominatur. dia coraliu *medicamentum*: CASS. FEL. 48 p. 123, 16. *L.*

ˣcōram [*a* co-, cum *et* ōs *ductum esse videtur, cf.* clam, palam. *v. Brugmann, kurze vgl. Gramm. d. idg. Spr. p. 451. Th.*]. *cf.* PRISC. gramm. III 74 in -am primitiva ʽclam -mʼ. *scribitur* quoram APRING. in apoc. 2, 14. 3, 14. CONC. Matisc. a. 585 p. 168, 17. GLOSS. ἐνώπιον, παρρησίᾳ, praesens (praesentibus), evidenter, ante eum, prae conspectu. φανερῶς, palam, manifeste. *de ratione quae inter* -m *et* palam *intercedat, agunt* VARRO frg. Serv. Aen. 1, 595 -m de praesentibus nobis, palam etiam de absentibus. DIFF. Suet. 317 palam omnium praesentiam notat, -m personam accipere desiderat. VLP. dig. 50, 16, 33 palam est -m pluribus. DON. Ter. Andr. 490 -m ad certos personas refertur, ʽpalamʼ ad omnes (Ad. 608). *cf.* SERV. Aen. 2, 538 PRISC. gramm. III 52 AVDAX gramm. VII 354 ISID. diff. 1, 91 DIFF. ed. Beck p. 48, 52. *de adverbio et praepositione cf.* PRISC. gramm. III 52 -m quoque et palam apud Graecos adverbia sunt quae . . . nostri etiam inter praepositiones assumpserunt. sed mihi videtur . . . adverbia ea dicere,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quae praepositiva possunt esse etiam casualium. 197 quaedam *adverbia* ablativo adiunguntur ut '-m iudicibus'. *ibid.* 'pone' et '-m' possunt etiam sine casualibus proferri, quia adverbia sunt.

adv. per totam latinitatem inde a PLAVTO (*ter*) *et* TER. (*septies*) *et apud poetas et apud scriptores legitur, praep. ex illo orta primum* LEX repetund. *et inde a* CIC., *sed raro prae adv. (99 a. : 4 p.)* LVCR. *ter et* CAES. *quater adv.* SALL. *1 : 2.* VERG. *septies adv.* HOR. *3 : 4,* OV. *9 : 3,* LIV. *21 : 11. postea adv. magis in abusu est, praep. in usu* (SEN. rhet. *0 : 5*; phil. *0 : 21, contra* TAC. *17 : 18.* PLIN. *6 : 2*; SVET. *12 : 6*; APVL. *15 : 3*). VVLG. *bis adv., sed paene 600ies praep. deest* CATVLL. PROP. LVCAN. PERS. VAL. FLACC. *al. postponitur praep.* (*saepe* me -m *sim.*): HOR. sat. 1, 4, 95 TIB. 1, 2, 21 OV. epist. 8, 59. 11, 89 SEN. Herc. f. 1264 STAT. Theb. 9, 97 MART. 7, 91, 5. 10, 14, 10 TAC. *decies* SVET. *ter* VLP. dig. 47, 8, 4, 14 APVL. apol. 44 TERT. anim. 1 PORPH. Hor. sat. 1, 5, 98 AVSON. 419, 53 CYPR. GALL. *bis* AVELL. p. 66, 10 DRAC. satisf. 105. *interponitur*: PLIN. nat. 35, 63 STAT. Theb. 5, 673 TAC. ann. 3, 49 CYPR. GALL. num. 291. *ante relat.* LIV. 35, 49, 1. TAC. dial. 28 TERT. scorp. 1 (*interrog.*). *post relat.* VLP. dig. 16, 3, 1, 36 LACT. inst. 5, 9, 8. [*loci corrupti*: TAC. dial. 6 ANTH. 458, 8. *per coniecturam restituti*: LIV. 31, 17, 6 (*Madvig*). FEST. p. 352 (*O. Müller*).]

I ***adverbium***: **A** *sensu proprio, saepe i. q. praesens, ipse*: PLAVT. Merc. 278 istos rastros vilico Pisto ipsi facito -m ut tradas in manum (TAC. ann. 4, 75). Pseud. 1142 quia . . . te ipsus -m (*P*, q<uia tute ip>sus ipsum *A*) praesens praesentem vides (CIC. leg. agr. 3, 1 Lael. 3 TAC. dial. 36). Trin. 580 ut -m (*i. praesente sorore*) nuptiis dies constituatur. TER. Andr. 490 non imperabat -m, quid opus facto esset puerperae, sed postquam egressast. 900 sine . . . illum huc -m adducam. Phorm. 914 quae tute dudum -m me incusaveras. Eun. 794 quae mihi ante oculos -m amatorem adduxti tuom (TAC. ann. 2, 35 nihil satis illustre . . . nisi -m et sub oculis Caesaris). Ad. 269 vereor -m in os te laudare amplius. 484 -m ipsum cedo. 608 te ipsum purgare ipsi -m placabilius est. SENT. Minuc. (Corp. V 7749) 2 -m inter eos controvosias composeiverunt. 4 Romam -m venire iusserunt. Romae -m sententiam . . . dixerunt. RHET. Her. 4, 6, 9 Chares . . . omnia -m magistrum facientem videbat. CIC. Brut. 208 magni interest -m videre me, quemadmodum adversarius . . . adseveret (Att. 12, 19, 1. 12, 34, 2 OV. Pont. 2, 8, 58 GELL. 15, 18, 12 HIER. epist. 53, 1 RVFIN. hist. mon. prol. SVLP. SEV. dial. 3, 5, 1). CIC. orat. 95 nisi -m erit comparatus ille fortior. Verr. 3, 101 facit -m esse delatum (3, 104). Manil. 66 libenter haec -m cum Q. Catulo . . . disputarem. Cluent. 39 index Avillius ex altera parte -m tenetur. leg. agr. 2, 78 -m mecum . . . disputet (Att. 3, 9, 2. 8, 3, 1. 11, 3, 1. 15, 21, 2 ut mecum -m. epist. 1, 10. 2, 9, 2. 3, 5, 4. 5, 12, 1 *et* 9. 6, 8, 3. 7, 3, 6 [*abs.*]. 12, 30, 1). CIC. leg. agr. 3, 16 veniant -m. Flacc. 35 tamen aliquid fortasse -m producti dicent. Sest. 41 suspicionem . . . alii nuntiis, alii -m ipsi excitaverunt. 118 cui . . . ne histriones quidem -m sedenti pepercerunt. prov. 22 intueor -m haec lumina . . . rei publicae (ARNOB. nat. 6, 4 ut eos possimus -m et comminus intueri). Phil. 12, 11 verecundioremne -m putamus . . . quam fuerit tum? 13, 33 *Galba* -m aderit (Att. 5, 18, 3. 15, 16, 1 CAES. Gall. 1, 32, 4 VERG. Aen. 1, 595 CVRT. 8, 10, 2 SVLP. SEV. dial. 2, 12, 1). Att. 1, 19, 11 haec nobis -m summa cura . . . sunt agenda (3, 5. 3, 9, 2. 4, 4a. 14, 13b, 1. 15, 3, 2. epist. 13, 57, 2 ad Q. fr. 2, 5, 2. 3, 1, 18 ANTON. Cic. Att. 14, 13a, 1. LIV. 24, 27, 6). CIC. Att. 1, 20, 1 -m inter nos conferemus. 5, 8, 3 ego ei -m dixeram. 7, 15, 1 ut loquerer tecum absens, quo mihi, cum -m id non licet, nihil est iucundius. 12, 1, 2 cum -m sumus (epist. 15, 14, 3 ad Q. fr. 2, 9, 1 LVCR. 4, 362 PAVL. dig. 28, 5, 59). 15, 19, 1 fugiamus igitur, et, ut ais, -m. epist. 2, 3, 1 aut scribam . . . aut . . . imparatum te offendam -mque . . . dicam. 9, 25, 2 sed iocabimur alias -m . . . brevi tempore. 13, 3 Fufium . . . velim ita tractes, ut mihi -m recepisti. 15, 14, 4 ut id, quod . . . -m communicassemus inter nos, conficiamus idem litteris. ad Brut. 1, 18, 5 sed et haec et multa alia -m cupio. *et saepius. cf. etiam p. 944, 68.* ac. 1, 13 quod -m etiam ex ipso audiebamus (LVCR. 1, 134 HOR. epist. 1, 7, 38 LIV. 26, 31, 11. 29, 18, 19. 31, 48, 5 CARM. epigr. 28 AVSON. 153, 6). SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 5, 1 -mque meum dolorem tibi declarassem. CAEL. Cic. epist. 8, 15, 1 quae tibi exponere nisi -m non possum. LENT. Cic. epist. 12, 14, 5 mihi promiserunt Hirtius et Pansa -m (horam *v. l.*) et absenti mihi scripserunt. LVCR. 1, 134 cernere uti videamur eos audireque -m *mortuos* (CAES. Gall. 6, 8, 4 VERG. Aen. 2, 538. HOMER. 721 dubios casus, -m quos cernitis ipsi. AVSON. 153, 6). 4, 1102 nec satiare queunt spectando corpora -m. CAES. Gall. 5, 11, 2 eadem fere, quae ex nuntiis litterisque cognoverat, -m perspicit. civ. 1, 24, 6 si -m de omnibus condicionibus disceptetur (LIV. 43, 8, 2). BELL. Afr. 31, 4 haec non ipse per se -m . . . sed . . . per speculatores et nuntios imperabat. SALL. hist. frg. 4, 45 si nihil ante adventum suum . . . convenisset, -m se daturum operam. NEP. Epam. 4, 2 ille Diomedonti (-e *deter.*) -m . . . inquit. VERG. Aen. 1, 520. 3, 173 -m agnoscere vultus velatasque comas praesentiaque ora videbar. 6, 716 *animas* equidem memorare tibi atque ostendere -m . . . cupio (APVL. met. 4, 30). 8, 122 -mque parentem alloquere (TAC. hist. 4, 65 -m adire alloquique Veledam. SVLP. SEV. chron. 1, 19, 7). HOR. sat. 1, 6, 56 ut veni -m. OV. epist. 15, 223 oscula cum vero -m non dura daretis. 15, 281 -m ut plura

loquamur (TERT. adv. Prax. 14 *ib.* si forte -m ad faciem loquebatur). LIV. 27, 12, 2 et collegam -m obtestatus et per litteras Marcellum. 28, 17, 8 fidem nec dare nec accipere nisi cum ipso -m duce Romano. 28, 18, 7 mirabilioremque sibi eum virum congresso -m visum prae se ferebat. 35, 8, 7 praesens diceret et arguere -m . . . posset (43, 5, 6 AMM. 16, 6, 1). 36, 3, 9 nihil referre, ipsi -m an ad praesidium nuntiaretur. 36, 11, 1 cum patrem primo allegando, deinde -m ipse *filiam* rogando fatigasset. 42, 11, 4 *causa veniendi* ut -m moneret senatum. 44, 26, 9 se -m cognituros respondent (TERT. adv. Prax. 6. 31). VITR. 9 praef. 17 cum Lucretio videbuntur quasi -m de rerum natura disputare. SIL. 9, 60 alter tibi . . . -m fata cano vates. TAC. ann. 3, 53 magis expediat me -m interrogari. 4, 42 voces . . . verae et graves -m ingerebantur. 4, 54 nec tamen Tiberii vox -m secuta, sed obversus ad matrem . . . ait. 6, 3 Gallionem . . . increpuit velut -m rogitans. 6, 23 *Tiberius* incusare casus, qui reum abstulissent, antequam -m convinceretur. 12, 47 visui tamen consuluit, ne -m interficeret. 13, 55 sidera vocans quasi -m interrogabat. 14, 13 venerationem sui -m experiretur. 15, 36 in incerto erant, procul an -m atrocior haberetur. PLIN. epist. 6, 17, 1 quia non contingit -m, per epistulam effundam *indignatiunculam*. 6, 27, 1 scribam tamen vel . . . -m indicabo. 9, 26, 13 destines diem, quo . . . -m exigere possimus (SVET. Claud. 34). paneg. 1, 1 ab Iove ipso -m ac palam repertus est princeps (SIDON. epist. 4, 21, 3). SVET. Aug. 13 *Antonium* foedissimo convicio -m prosciderunt. 69. Tib. 66 nullo non damnatorum omne probri genus -m vel per libellos . . . ingerente. FRONTO p. 99 N. vel scribemus ad te vel -m colloquemur (HIER. epist. 67, 5). VLP. dig. 3, 3, 1, 1 procurator . . . constitutus -m vel per nuntium vel per epistulam. *cf.* 23, 1, 18. 4, 8, 27, 5 -m dicere sententiam (*ibid. bis seq. praepos.*). APVL. met. 3, 19 -m magiae noscendae ardentissimus cupitor. 6, 29 nos . . . -m deprehendunt ipsi latrones. 8, 29 iuvenes -m rem invasuri suam. 9, 21 non quidem -m noxae prehensus. 10, 9 en ecce perlatam *pecuniam* -m exhibeo. 10, 10 cum fidem suam -m lacerari videret. 10, 16 proxime consistens -m arbitratur. 11, 23 deos inferos et deos superos accessi -m. 11, 30 Osiris . . . [in] -m suo illo venerando me dignatus affamine. Socr. 16 p. 156 qui tibi queat tum insomniis, tum signis, tum etiam fortasse -m . . . mala averruncare. apol. 95 quas mihi aut -m aut denique in testamento gratias egisset. 100 tibi . . . contumelias dixit -m. TERT. adv. Hermog. 29 sed materia quidem nusquam, terra vero id est haec, -m. anim. 2 *medicina* plurimum sorori (*philosophiae*) refragatur, quod animam quasi -m in domicilio suo tractando magis novit. 18 vires animae, intellectum operantes eius veritatis, cuius res non sint -m nec subiaceant corporalibus sensibus. adv. Marc. 3, 21 haec aut prophetata nega, cum -m videntur, aut adimpleta, cum leguntur. PANEG. 5, 9 etiamsi -m voluisset affari. 6, 5 idque ipsum -m gaudeas praedicari. 12, 24 non auribus modo quarum sensus est levior, sed -m oculis ferre compulsa victoriam. 12, 31 an sustinere te -m et solum oculorum tuorum ferre coniectum . . . potuisset? AMM. 21, 6, 9 cum ei -m innoscentem quendam torquere Constantius praecepisset. SYMM. epist. 3, 3, 2 spondeo multa eximietatem tuam -m in eo reperire posse. 7, 2 ut tamquam -m locatus . . . alloquiis principum fruerer (10, 7. 6, 9 *v. l.*). VVLG. exod. 40, 21 ordinatis -m propositionis panibus (ἔναντι κυρίου). Sirach 45, 6 dedit illi -m praecepta (κατὰ πρόσωπον). CYPR. GALL. exod. 63 *Moysen* -mque locantes materno efficiunt sensu gaudere puellam. RVFIN. hist. 5, 16 multos . . . -m disputando correxerit. AVG. civ. 14, 24 qui rem mirabilem -m scire cupiebant. ZACCH. 3, 8 *diabolus* -m continuo congressurus. OROS. apol. 3, 6 ut Pelagius -m intromitteretur expetiit. AVELL. p. 65, 15 multis -m censentibus approbari. p. 66, 7 quod -m non audeat defensare. EVSTATH. Bas. hex. 6, 11 p. 935A nisi -m luna videretur. CLAVD. MAM. anim. p. 135, 13 Eucherium . . . praesentaneis -m disputationibus cognitum. *nota* -m *positus i. q. praesens*: SVLP. SEV. chron. 2, 36, 7 Vrsatus et Valens . . . -m positi . . . veniam poposcerunt. AVELL. p. 95, 18 SIDON. epist. 3, 9, 2. 5, 7, 1 CLAVD. MAM. anim. p. 83, 2 ALC. AVIT. epist. 30 p. 60, 4 COD. Iust. 5, 4, 20, 1 LEX Burg. praef. A. GREG. M. epist. 10, 50 (*opp.* absentibus). 11, 9 PASS. Andr. long. 1. ALC. AVIT. epist. 50 p. 78, 32 qui viderit -m positam iucunditatem, laudet praeteritam festinationem. *cf. etiam* -m locare *supra l. 50 et 54.* -m *omisso verbo*: CIC. Att. 2, 9, 3 sed haec -m commodius. 2, 17, 2. 3, 4. 4, 19, 2 -m, opinor, reliqua. 6, 1, 19. 7, 3, 12. 7, 5, 4 sed haec propediem -m (14, 17a, 8 epist. 9, 14, 8 12, 1, 2). 7, 8, 5. 11, 4, 1. 12, 11. 12, 21, 3. 12, 51, 3. 13, 18. 13, 19, 5. 13, 21, 7 -m igitur et quidem propenso animo ad probandum. 13, 22, 1. 13, 40, 2. 13, 41, 2. 13, 51, 1. 14, 17, 1 his de rebus ex tempore et -m. 15, 1b, 2. 15, 4, 4. 15, 8, 2 velim possis -m. 15, 22. 16, 7, 6. 16, 12. epist. 5, 21, 2 sed haec et multa alia -m brevi tempore licebit. 9, 8, 2 sed haec -m et saepius. 13, 47. 16, 17, 1 ad Q. fr. 2, 6, 2 POLLIO Cic. epist. 10, 32, 3 PLIN. epist. 6, 2, 9. 8, 22, 4. TAC. ann. 6, 42 multis -m et approbantibus Surena . . . Tiridaten insigni regio evinxit. *de tempore*: APVL. met. 10, 26 mulier . . . -m detento calice inquit. CYPR. GALL. num. 709 se -m somno lapso explicat *leo* (*ibid.* confestim).

B *sensu latiore i. q. palam*: *cf.* CAPER gramm. VII 97 -m illo dicendum, non palam illo. nam palam ad multos refertur . . . etiamsi hoc veteres variaverint. GLOSS. *p. 942, 75.* VERG. Aen.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1,520 postquam introgressi et -m data copia fandi (= 11, 248). HOR. carm. 3, 6, 26 iussa -m non sine conscio surgit marito (*cf.* IVV. 6, 140 -m licet innuat atque rescribat). OV. am. 3, 14, 16 nec pudeat -m verba modesta loqui. epist. 3, 79 neve meos -m scindi patiare capillos. ars 3, 215 *sq.* nec -m mixtas cervae sumpsisse medullas nec -m dentes defricuisse probem. 3, 235 non pectendos -m praebere capillos. met. 9, 560 et damus amplexus et iungimus oscula -m (cara *v. l.*). LIV. 2, 47, 4 Manlius quoque ad restituendam aciem se ipse -m offert. 3, 10, 10 tribuni -m in foro personare fabulam. 4, 40, 6 advocata contione ... C. Iunius ... equitem vocari iussit -mque ei ... inquit. 26, 27, 9 ut -m coarguebantur et quaestio ... foro medio haberi coepta est. 29, 19, 7 Locrensibus -m senatum respondere. 31, 15, 1 in contionem extemplo populus vocatus, ut rex, quae vellet, -m ageret. VITR. 7 praef. 9 quorum responsum, quid senserint scribentes non potest -m indicari. STAT. Ach. 1, 153 queruntur centauri raptasque domos abstractaque -m armenta. TAC. hist. 2, 76 Mucianus post multos secretosque sermones iam et -m (coronam *M*) ita locutus. ann. 6, 8 spectamus porro quae -m habentur. 13, 25 ipse occultus et plerumque -m prospectans. SVET. Aug. 27 Pinarium equitem ... -m confodi imperavit. 39 lenissimum genus admonitionis fuit traditio -m pugillarium, quos taciti et ibidem statim legerent. Claud. 16 essedum argenteum ... redimi concidique -m imperavit. Nero 7 amitam autem Lepidam ream testimonio -m afflixit. 41 aut senatu aut populo -m appellato. 49 scrobem -m fieri imperavit. Vit. 14 quendam ... -m interfici iussit. Dom. 23 clipeosque et imagines eius -m detrahi ... iuberet. GELL. 13, 12, 9 iniuria, quae -m fieret, arceretur. 16, 19, 11 ut iam statim -m desiliret praeceps in mare. APVL. met. 3, 3 habetis ... reum -m deprensum. flor. 24 p. 49 -m, luce clarissima, accubuit -mque virginem imminuisset. TERT. adv. Prax. 24 patre -m de caelis filium profitente. PANEG. 8, 1 Flavia ... tota profecto -m de tuis ... beneficiis ... loqueretur. 8, 2 omnes homines -m non indigentes iuvare boni sit principis. IVVENC. 4, 620 -mque a crimine palmas abluit *Pilatus*. MAXIMIN. c. Ambr. 137 *Ioannes* qui -m ostendit. ARATOR act. 1, 82 surgit et ... -m sic venerandus ait.

II ***praepositio*:** **A** *c. ablat.*: **1** *de personis*: **a** *sensu proprio*: LEX repetund. (Corp. I 198) 40 utei is ad sese veniat aut adferatur -m eo. CIC. Brut. 88 plurumis audientibus, -m ipso Laelio sic illam causam ... dixisse Galbam. Pis. 12 mihi vero ipsi -m genero meo ... quae dicere ausus es? epist. 13, 6, 1 credo te memoria tenere me et -m P. Cuspio tecum locutum esse. rep. 1, 34 te cum Panaetio disserere solitum -m Polybio. CAEL. Cic. epist. 8, 4, 4 ut -m eo (*Pompeio*) de successione provinciarum ageretur (LIV. 27, 25, 1. 29, 17, 4. 30, 21, 11. 30, 23, 1. AVG. civ. 2, 4). SALL. Iug. 9, 4 -m amicis et cognatis ... dicitur ... verba cum Iugurtha habuisse. 109, 1 Sulla respondit pauca se -m Aspare locuturum. NEP. Epam. 6, 4 -m frequentissimo [legationum] conventu ... tyrannidem coarguit. HOR. sat. 1, 4, 74 non recito cuiquam ... non ubivis -mve quibuslibet. 1, 4, 95 mentio si quae ... iniecta ... te -m fuerit (*cf.* PORPH. Hor. sat. 2, 5, 98 quod tamen se -m non evenisse nosset). epist. 1, 17, 43 -m rege suo (sua *Bentley*) de paupertate tacentes. ars 185 ne pueros -m populo Medea trucidet. TIB. 1, 2, 21 *Venus docet* viro -m nutus conferre loquaces. OV. epist. 8, 59 Hermione -m quisquamne obiecit Oresti. 11, 89 cum mea me -m ... viscera (*sc. infantem*) montanis ferret edenda lupis. fast. 5, 69 verba quis auderet -m sene digna rubore dicere. RVT. LVP. 2, 18 audacter -m eo reprehendendum. DECRET. Pis. de C. Caesare (Corp. XI 1421) 58 -m proquaestoribus. EPIST. imp. Aug. Suet. vita Hor. p. 45 ut illo -m fieret a me tui mentio. LIV. 3, 48, 4 sinas hic -m virgine nutricem percontari. 5, 36, 4 responsum -m Romanis accipere velle. *bis.* 26, 30, 12 maneant ... ut -m iis respondeam. 26, 33, 4 ⟨ut⟩ -m imperatore disceptaretur (SVLP. SEV. chron. 2, 41, 7). 35, 48, 1 -m T. Quinctio datum est concilium. 35, 49, 1 -m quibus magis, quam apud quos verba faceret ... rationem habuisse. 37, 10, 7 -m nuntio ... sua manu scripsit. 45, 10, 15 iudicia ex decreto -m his facto Rhodii exercebant. PAVL. FEST. p. 57 cognitor est, qui litem alterius suscipit -m [ab]eo, cui datus est. SEN. contr. 1, 2, 7 -m sacerdote obsceni⟨s⟩ homines abstinent. 1, 4, 5 matrem -m patre occidere (1, 4, 9. 10, 2, 6 AMBR. Isaac 7, 58). 9, 4 (27), 22 patrem -m tyranno caedi. SEN. Herc. f. 1264 occidam :: genitore -m? apocol. 1 -m pluribus nunquam verbum faciet (epist. 11, 4). dial. 2, 16, 4 -m uno aliquid dictum videmus, -m pluribus indignamur. 5, 35, 2 -m domino? inquis: immo -m patre familiae (epist. 47, 4 IVV. 11, 47). 5, 40, 3 crustallina ... -m se frangi iussit. 6, 5, 1 loquantur aliquid -m te (6, 5, 2). 6, 20, 6 -m Catone peccare (epist. 97, 1). benef. 2, 11, 3 si quis -m nobis narrabit. 6, 27, 3 -m eo, cui prodesse vis, opta. 6, 38, 5 quae facere -m teste possimus (nat. 4 praef. 18 MOD. dig. 24, 3, 58 COD. Iust. 6, 23, 28, 2. 4. 6, 23, 29, 3 BENED. reg. 59). nat. 3, 18, 3 huc afferatur, -m me animam agat. epist. 3, 3 ulla verba -m amico meo retraham? PS. SEN. mon. 8 iucundissimus amicus, -m quo te solum non putes esse ... fidelissimus, -m quo te solum putes esse. 146 -m quo te peccare pudeat. CVRT. 8, 8, 19 ut -m his probra ... referantur. ASCON. Mil. p. 40 -m accusatore ac reo pilae ... aequarentur. PLIN. nat. 25, 98 radicem ... -mque nobis contusam ... in mare sparsere. 35, 63 dracones duos strangulans Alcmena matre -m pavente et Amphitryone. STAT. Theb. 5, 673 ingratis -m tot milibus ausus. MART. 6, 21, 3 haec -m domina; sed nequius illud in aure. 7, 88, 4 me legit ... -m tetrico casta puella viro (ANON. Vales. 10, 48). 7, 92, 5 pensio te -m petitur. 10, 14, 10 me -m pedere. 11, 16, 10 posuitque meum Lucretia librum, sed -m Bruto; Brute, recede legat. 12, 93, 2 qua moechum ratione basiaret -m coniuge. QVINT. inst. 6, 3, 47 qui coqui filius habebatur, -m eo suffragium ... peteret. IVV. 8, 9 si -m Lepidis male vivitur. 10, 22 cantabit vacuus -m latrone viator. 11, 59 pultes -m aliis dictem puero, sed in aure placentas. TAC. dial. 28 -m qua neque dicere fas erat quod turpe dictu. 29 quid -m infante domino dicat. Germ. 19 nudatam -m propinquis expellit (ann. 13, 32 propinquis -m). ann. 1, 19 seque -m mandata darent (6, 4). 1, 75 multa eo -m ... constituta. 3, 14 ipso Germanico -m id ausum. 3, 18 senatu -m percontatus est (PLIN. epist. 8, 6, 12). 3, 24 patribus -m respondit. 3, 49 socru eius Vitellia -m multisque illustribus feminis. 11, 2 intra cubiculum auditur, Messalina -m, et Suillio ... obiectante. 13, 21 Burrus ... Seneca -m fungebatur. 13, 38 totis exercitibus -m (SCHOL. Verg. Veron. Aen. 10, 241). 14, 59 eum centurio trucidavit -m Pelagone spadone. 15, 24 legionibus -m regnum auspicaretur. 15, 61 haec ... relata sunt Poppaea et Tigellino -m. PLIN. epist. 2, 18, 2 -m multis ordinis nostri clare iocabantur. HYG. fab. 35 p. 67 parentes *Ioles* -m ea interficere. SVET. Tib. 43 invicem incestarent -m ipso. 62 damnatos ... praecipitari -m se in mare iubebat (Nero 33 se -m. Otho 1. VOPISC. Aurelian. 49, 3 peccantes -m se caedi iubebat). Tit. 10 populo -m ubertim fleverat (TERT. nat. 1, 10 manifeste -m populo non peieraret. ITALA psalm. 67, 8 [Cypr. testim. 2, 28, VVLG. in conspectu] Luc. 1, 17 [Tert. anim. 35, VVLG. ante]. ALTERC. Heracl. p. 133 -m omni populo *ter*. VVLG. exod. 13, 22 *et saepe*. num. 16, 9 -m frequentia populi. act. 19, 9 -m multitudine. AVG. civ. 10, 13). TAB. cer. Dac. (Corp. III p. 948) 9 scripsi ... -m ipso praesenti L. Vlpio Valerio. FRONTO p. 74 N. te -m paucissimis ac familiarissimis meis ... absentem insectatus sum. APVL. apol. 44 forte me -m semel decidit. VLP. dig. 4, 8, 27, 5 -m furioso vel demente non videtur dici (IVLIAN. dig. 4, 8, 49 pr.). 16, 3, 1, 36 ab his quibus -m signacula remota sunt. 29, 2, 25, 10 -m Titio iussit adire (FLORENT. dig. 50, 16, 209). 47, 8, 4, 14 ut turba -m servum verberaret. GAIVS inst. 4, 83 cognitor ... in litem -m adversario substituitur (SVLP. SEV. chron. 2, 45, 3). TERT. orat. 24 *Paulus* -m omnibus eucharistiam fecit. scorp. 1 ubi et quando et -m quibus confitendum. adv. Marc. 3, 22 revelaverat dominus ... sanctum ... -m nationibus *al.* ITALA deut. 25, 2 (Lugd.) constitues eum -m iudicibus (ἔναντι, VVLG. -m se). 28, 25 (Lugd.) -m inimicis tuis (ἐναντίον, VVLG. ante). Ios. 10, 8 (Lugd.) non resistet ex illis quisquam -m vobis (ἐνώπιον, VVLG. tibi). Matth. 10, 32 (Tert. scorp. 10 *et* VVLG.) qui in me confessus fuerit -m hominibus ... in illo confitebor -m patre (ἔμπροσθεν) *al.* LACT. inst. 2, 15, 3 quod plerumque *daemones* -m cultoribus suis faciunt. 5, 9, 8 quibus -m male vivere pudet (LVCIF. moriend. 3 p. 289, 16). AVSON. 419, 53 te -m promi iubes. 439, 2 muneribus -m contione ditatur. PS. AMBR. laps. virg. 3, 10 quid facies -m castis apostolis? *et saepius*. HIER. epist. 92, 3 -m episcopis et omni clero negotium dicere. VVLG. gen. 18, 8 tulit quoque butyrum et lac et vitulum ... et posuit -m eis (αὐτοῖς) *et sim. passim.* OPTAT. 5, 8 p. 138 ne causam suam -m masculis indicaret. CYPR. GALL. gen. 655 eduxit natas -m genetrice sequentes. Ios. 212. RVFIN. epist. Clement. 19 in medio -m omnibus manum mihi imposuit. SVLP. SEV. chron. 2, 45, 3 ut de fide -m adversariis disceptaret. ZACCH. 1, 22 -m tribunali astabimus. AVELL. p. 66, 10 ut rem ... absolvat nobis -m disceptatio plurimorum. SIDON. epist. 1, 11, 3 plurimis -m ... sciscitarentur. 7, 9, 6 deque -mque metropolitano verba facturus. GENNAD. dogm. 74 hoc martyr -m persecutore facit. DRAC. satisf. 105 te -m ... paenitet. HIST. Apoll. 46 puellis -m se praesentatis (48). CONC. Matisc. a. 585 p. 168, 17 quoram sacerdote. BENED. reg. 23 obiurgetur publice -m omnibus. *coni. c. verbis movendi*: GREG. TVR. Franc. 2, 6 clamor ascendit -m deo. 5, 20 accedentes -m papa (*sed cf. etiam* LEX repetund. *p. 945, 36*). *nota de animalibus*: PHAEDR. 2, 3, 4 noli -m pluribus hoc facere canibus. ITALA apoc. 14, 10 (cod. g) -m agno (ἐνώπιον, Primas. sub oculis. VVLG. ante conspectum *sed cf.* 5, 8). *de diis*: STAT. Theb. 9, 97 funera dis -m et caelo inspectante tueri. MART. 5, 2, 8 *librum* -m Cecropia legat puella. TAC. ann. 4, 8 disque et patria -m obtestor. ITALA exod. 33, 13 (Tert. adv. Marc. 4, 22 *al.*) si ergo inveni gratiam -m te (ἐναντίον σου). -m me *et sim.* VVLG. *passim.* ITALA deut. 26, 5 (Lugd.) dices -m domino deo tuo (ἔναντι, VVLG. in conspectu). *al. sim.* (VVLG. gen. 6, 8 *et sim. passim.* RVFIN. hist. mon. 10). HIL. myst. p. 27, 4 -m deo esse ⟨curam⟩ innocentium.

b *latiore sensu ex translatione*: PRISC. gramm. III 311 Attici ἐναντίον τοῦδε pro -m illo. *de hac re cf.* AVG. quaest. hept. 2, 66: 'venit autem et Aaron ... manducare panem ... ante deum' (VVLG. exod. 18, 12); vel sicut alii codices habent '-m deo'; quod graece scriptum est 'ἐναντίον τοῦ θεοῦ'. ITALA deut. 12, 8 (Lugd.) quod placitum sibi -m eo (ἐνώπιον, VVLG. *aliter*). ITALA deut. 15, 18 (Lugd.) non erit durum -m te (ἐναντίον σου, VVLG. *aliter*). iud. 14, 7 (Lugd.) placuit -m Samson (ἐνώπιον *Alex.*, VVLG. *aliter*). Eph. 1, 4 (Mar. Victorin. *ad l.*) -m ipso in caritate praedestinans nos (κατενώπιον αὐτοῦ, VVLG. in conspectu). apoc. 2, 14 (cod. g *et* VVLG.) mittere scanda-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lum -m filiis Israel (ἐνώπιον, Primas. sub oculis). 15, 4 (Primas.) omnes gentes... adorabunt -m te (ἐνώπιον, cod. g ante, VVLG. in conspectu). PSALT. Rom. 50,5 delictum meum -m me est (ἐνώπιον, VVLG. contra). 76,3 deum exquisivi manibus...-m eo (ipso *trad.*, ἐναντίον, VVLG. contra). VVLG. gen. 20, 15 terra -m vobis est (ἐναντίον σου). *et alia.* EXC. barb. chron. I p. 92, 3 tempus omnium rerum venit -m me.

2 *de partibus corporis*: VVLG. Iob 4,16 imago -m oculis meis (πρό; psalm. 78, 10 Is. 49, 16 Ioel 1, 16 Soph. 3, 20 AVG. civ. 1, 19 conf. 2, 1, 1. trin. 2, 5, 9 illa quae -m corporeis oculis foris geruntur, ab interiore apparatu naturae spiritualis existunt). Is. 66, 23 adoret -m facie mea (ἐνώπιον; Ezech. 1, 12. 30, 24 Os. 7, 2). GREG. TVR. Franc. 5, 18 prosternitur -m pedibus sacerdotum. *de rebus non animatis*: ITALA Ios. 24, 25 (Lugd.) -m tabernaculo domini dei (ἐνώπιον, *om.* VVLG.; VVLG. exod. 29, 10. num. 3, 7. 8, 9 I par. 6, 32 *al.*). VVLG. exod. 30, 6 -m propitiatorio (ἀπέναντι; lev. 16, 2). 40, 5 -m arca testimonii (ἐναντίον; Ios. 7, 6 *al.*). num. 17, 4 -m testimonio (κατέναντι). III reg. 8, 31 -m altari tuo (κατὰ πρόσωπον; IV reg. 11, 18 *et al.*). GREG. TVR. Franc. 3, 15 -m sterpe spineo restiterunt. *de sideribus*: MANIL. 5, 318 non illo (*sc. haedo*) -m digitos quaesiverit hasta. TERT. anim. 1 palmas gestit infringere ipsa morte -m. VITA Vedasti 9 -m praesentia fidelium suorum.

B *cum aliis casibus*: **1** *c. accus.*: ITALA deut. 22, 17 (Lugd.) replicabit vestimenta -m seniores (ἐναντίον τῆς γερουσίας, VVLG. -m senioribus). Is. 53, 7 (Tert. adv. Marc. 4, 42 Cypr. testim. 2, 15 [tondentem *A, sed* m *erasum*] Firm. err. 27, 5) agnus -m tondentem (ante Tert. *cod. M*, ἐναντίον τοῦ, VVLG. *abl.*). Ier. 15, 9 (Wirc.) -m inimicos (ἐναντίον τῶν, VVLG. *aliter*). act. 6, 8 (cod. h) signa -m plebem (ἐν τῷ λαῷ, VVLG. in populo). 7, 10 (cod. g) -m Farao regem Aegypti (cod. d regae; VVLG. in conspectu). I Thess. 3, 9 (cod. d) -m deum nostrum (ἔμπροσθεν τοῦ, VVLG. ante). CLEM. ad Cor. 60 facere bona -m te et -m principes nostros. CYPR. GALL. gen. 828 *odores* dominum -m laetis cum flatibus halant. exod. 228 cumque pedes -m sancti se prona dedisset. num. 291 ille meos -m potis est consistere vultus. 508 domini imperio, cui credere -m Iudaeas acies decuit. GREG. TVR. Franc. 4, 28 lychnus -m sepulcrum eius ardebat. VISIO Pauli 29 studium rectum habentes -m dominum deum.
2 *c. genet.*: ITALA I Thess. 2, 19 (Theod. Mops. *l. l.*) -m domini nostri Iesu Christi (ἔμπροσθεν τοῦ, VVLG. ante). LIB. iubil. 15, 27 -m angelorum vultus et angelorum sanctificationis sanctificavit Istrahel.

synonyma: comminus, ante, contra (VVLG.). *opposita*: per litteras, absens, procul, clam *sim.*

derivatum: incoram (APVL.). *Reisch.*

coramblē *f.* [*vox graeca non tradita, cf. esse videtur c.* κόρη *et c.* ἀμβλύς, ἀμβλύνειν. *Th.*]. *nomen herbae*: COLVM. 10, 178 nunc veniat quamvis oculis inimica -e.

corārius *v.* coriarius.

corax, -is *m.*, κόραξ. ISID. orig. 12, 7, 43 corvus sive -x nomen a sono gutturis habet, quod voce coracinet. GLOSS. corvus. hraebn (*anglosax.*). corvus et mons altissimus inter Calli[o]polim et Naupactum. NON. p. 82 -em nove positum pro corvo (GLOSS. V 638, 65), Cicero de oratore III (*3, 81*): quare -em istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere (*ludit nomine rhetoris celeberrimi, sim.* MART. CAP. 5, 433 in eiusdem virgae culmine -x oris aurati venientis feminae [*sc. rhetoricae*] auspicio praevolabat). *v. etiam nom. propr.*
1 *avis, i. q. corvus*: PS. CYPR. ad Novat. 2 ex illa igitur arca *Noe* remittuntur duae aves, -x (VVLG. gen. 8, 6 corvus) et columba. SOL. 40, 24 (PLIN. nat. 8, 101 corvus). ITALA cant. 5, 11 (Paul. Nol. epist. 23, 28) crines eius abietes, nigrae sicut -x (VVLG. corvus. PAVL. NOL. *l. c.* id est corvus . . . nunc -x iste non noctis sed luminis corvus est). **2** *machina*: VITR. 10, 13, 8 de -e nihil putavit scribendum, quod animadverteret eam machinam nullam habere virtutem (*syn.* 10, 13, 3 corvum demolitorem, quem nonnulli gruem appellant).

deriv.: coracinare, coracinus *et* -īnus. *compos.*: nycti-, phalacro-, pyrrho-, rhinocorax.

corbān, corbanās *v.* corbona.

[**corbet** sentit GLOSS. V 495, 47. *fort.* cor habet *Götz.*]

corbēs *v.* corbis.

corbicula, -ae *f. a* corbis *deminutive.* PALLAD. 3, 10, 6 fit ex vimine parva -a. [*francog.* corbeille. *M.-L.*]

corbio, -ōnis *m. cf. c.* corbis. GLOSS. V 296, 10 formiones corbes -es.

corbis, -is *m. et f.* [*fortasse cf. c. theodisc.* ref *island.* hrip '*instrumentum gestatorium quod umeris sustinetur*'; *v. Kluge, Etymol. Wörterb. d. deutschen Spr.*[6] *s. v. Reff. Th.*]. VARRO ling. 5, 139 -es ab eo *dictae*, quod eo spicas aliudve quid corruebant. ISID. orig. 20, 9, 10 -es dicti, quod curvatis virgis conteguntur. *de formis*: *nom. sing.* corbēs: CHAR. gramm. I 40, 2 add. p. 607 -es κόφινος corbis. GLOSS. corbs: FRG. Bob. gramm. V 561, 35. *abl.* corbi: CATO agr. 136. -e: CIC. Sest. 82 OV. met. 14, 644 PETRON. 33. *acc. plur.* corbeis *refutat cum Varrone* PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. I 129. *de genere*: *masc.*: BELL. Hisp. 5, 1 COLVM. PETRON. 33 (*v. p. 948, 27*) EVGRAPH. Ter. Andr. 769 PRVD. ditt. 147 ISID. orig. 20, 9, 10 *testanturque* PRISC. gramm. II 160, 3 PHOC. gramm. V 418, 29 CAPER gramm. VII 101, 14 (*sed* 109, 1 -es hae, non hi). ARS Bern. gramm. suppl. 117, 16. *cf.* NON. p. 197. *fem.*: VARRO ling. 5, 139 CIC. Sest. 82 AMM. 20, 11, 18. SERV. georg. 1, 165 'haec -is' dicendum est secundum Tullium (*Sest. 82*). DVB. NOM. gramm. V 574, 11 -es generis feminini ut Cato (*?, fort. Cicero v. l. 19*) '-es messorias'. CAPER *v. l. 2.* GLOSS. εἶδος κοφίνου. κόφινος. -em fiscina⟨m⟩, cophinum graece. fiscinam cophinum. couel, mond (*anglosax.*). V 350, 39 corben (?) mondi (*anglosax. instr. sing.*). II 591, 1 qualus cofinus -is. V 296, 10 formiones -es corbiones. *legitur inde a* PLAVTO *et* CATONE; *apud poetas non nisi* PLAVT. PROP. OV. PERS. IVV. *singulis locis.* [*it.* corba. *M.-L.*]

VARRO rust. 1, 22, 1 quae ex viminibus et materia rustica fiunt, ut -es, fiscinae *eqs.* (*cf.* COLVM. 11, 2, 90. VLP. dig. 33, 7, 8 pr. [*cf.* PAVL. sent. 3, 6, 36] in instrumento fundi ea esse, quae fructus quaerendi cogendi conservandi gratia parata sunt . . . cogendi, quemadmodum torcularia, -es *eqs.* SERV. georg. 1, 165 vasa de vimine . . . ut qualos, -es et cetera). VARRO rust. 1, 50, 2 spicas coiciunt in -em atque in aream mittunt (1, 50, 3. *cf.* CIC. Sest. 82 messoria se -e contexit. PROP. 4, 2, 28 -is in imposito pondere messor eram. OV. met. 14, 644 quotiens habitu duri messoris aristas -e tulit *Vertumnus.* LIV. 2, 5, 3. 22, 1, 10 Antii metentibus cruentas in -em spicas cecidisse [VAL. MAX. 1, 6, 5 OROS. hist. 4, 15, 1]). VARRO rust. 1, 52, 2 frumentum, quod est ponderosum, purum veniat ad -em. BELL. Hisp. 5, 1 lapidibus -es plenos demisit *in flumen.* PAVL. FEST. p. 37 *v. l. 46.* PERS. 1, 71 ubi (*i. ruri*) -es et focus et porci et fumosa Palilia faeno. PETRON. 33 repositorium allatum est cum -e, in quo (*H*, qua *L*) gallina erat lignea. PLIN. nat. 16, 35. 75 *betulla* circulis flexilis, item -ium costis. 16, 174. 17, 86 cum ob id Cato in -bus (agr. 28, 1 corbula) transferri iubeat. 18, 73. IVV. 11, 73 de -bus isdem *adsunt in cena* aemula Picenis et odoris mala recentis. LAMPR. Heliog. 11, 2 cum ad vindemias vocasset amicos nobiles et ad -es sedisset. AMM. 20, 11, 18 iaciebantur -es in materias ferreae plenae flammarum. EVGRAPH. Ter. Andr. 769 p. 207, 6 -em supponendo puero repletum. PRVD. ditt. 147 implentur nimio micarum fragmine -es bis seni. *nota in proverbio*: PLAVT. Bacch. 712 si id *oppidum* capso, geritote amicis vostris aurum -bus. *est pro certa mensura*: CATO agr. 136 politionem quo pacto ⟨partiario⟩ dari oporteat. in agro Casinate et Venafro in loco bono parti octava -i dividat . . . in Venafro ager optimus nona parti -i dividat. COLVM. 6, 3, 5 si grano abstinemus, frondis aridae -is pabulatori[b]us modiorum XX sufficit (11, 2, 99. 101). VLP. dig. 18, 6, 1, 4 per -em venditorem *vini doliaris* mensuram facere et effundere.

deriv.: corbicula, corbio, corbita, ? corbitor, corbula, corbulo.

corbīta, -ae *f.* [*ab antiquis recte c.* corbis *conferri videtur. Th.*]. PAVL. FEST. p. 37 -ae dicuntur naves onerariae, quod in malo earum summo pro signo corbes solerent suspendi. NON. p. 533 -a est genus navigii tardum et grande. PLAVT. Poen. 507 homines . . . tardiores quam -ae sunt in tranquillo mari. 543 operam celocem (NON. p. 533, velocem *codd.*) hanc mihi, ne -am date. Cas. 778 -am cibi (*sc. plenam*) comesse possunt. CIC. Att. 16, 6, 1 -ane Patras an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum (*sc. navigaremus*). GELL. 10, 25, 5 *inter navium nomina* gauli, -ae *eqs.* *nota pro adiect.*: LVCIL. 483 (NON. p. 533. INSCR. Gauckler monum. de la fond. Piot XII [1905] p. 113 *in opere musivo*) *Cyclopi* maius bacillum quam mālus navi in (e *inscr.*) -a maximus ulla (ullast *inscr.*).

corbitor, -is *m. orig. inc., fort. cf. c.* corbis. FEST. p. 334 simpludiarea funera sunt quibus adhibentur d(um)t(axat) ludi⟨i⟩ -esque.

14 vel -o ex arbore sertum. MACR. sat. 3, 20, 2 arbores felices prunus, -us, lotus ... esse putantur. *per synecdochen hasta e corni ligno facta*: VERG. Aen. 9, 695 volat Itala -us aëra per tenerum (SERV. *ad l.* telum de Itala -u factum). 12, 267 sonitum dat stridula -us et auras certa secat (STAT. Theb. 8, 680 stridula -us in hostem it referens mandata ducis). OV. met. 12, 446*? v. p. 974, 28.* SEN. Phaedr. 547 non erat gracili levis armata ferro -us. VAL. FL. 3, 156 fixamque videt decrescere -um. SIL. 2, 124 letalem ... -um. 4, 142 petitum invenit vulnus caedemque accepit ab hoste -us et oblatae stetit inter tempora frontis. 4, 550 hinc pila, hinc Libycae certant subtexere -ūs densa nube polum. 7, 615 haeret humi -us motu tremefacta iacentis *Idmonis.* 8, 549 gestabant tela, ambustas sine cuspide -os. 10, 37 Labienus obit penetrante per ilia -o (cornu *OV*). 10, 118 vix prima momordit tegmina Callaici -us tremebunda metalli. 10, 121 sic propriā miseri transfigit pectora -o (cornu *Sang.*). 13, 204 validam torquebat tertia *dextra Geryonis* -um. 13, 235 effudit lacrimas pariter -umque sonantem Scipio. 14, 442. 15, 441 audax Scipiadae stridentem Sabura -um excepit. STAT. Theb. 2, 624 subit ore cavo Teumesia -us. 7, 647 -u deprensus Achiva *Abas.* CLAVD. 1, 122 immensaque -us in hastam porrigitur. 3, 353 largo saturatur vulnere -us. 8, 520 iam -us avita temptatur vibranda tibi. 15, 212 et levis excussa micuit rubigine -us. rapt. Pros. 2, 107 bellis accommoda -us.

derivata: 2. corneus (corneolus), cornetum. *comp.*: cornocerasium.

? **cornūto** *v. p. 974, 42.*

cornūtus, -a, -um [*a* cornu. *Th.*]. VARRO ling. 7, 25 dicere apparet -am a cornibus, *antecedit* TRAG. inc. 221 cornua taurum umbram iaci (*corrupt.*, in cornuatam tauram umbram iacit *O. Müller; sed* cornutam *sese legisse testatur Varro*). GLOSS. κεράστης. [*it.* cornuto, *francog.* cornu, *hisp.* cornudo. *M.-L.*]

i. q. cornibus praeditus. 1 *de bubus*: ACC. trag. 494 cum e somno in segetem agrestes -os cient *radii solis.* VARRO Men. 457 aspicio Triptolemum ... bigas sequi -as. *translate de se ipso*: HIER. adv. Rufin. 1, 31 -am bestiam petis. 2 *de capris*: COLVM. 1 praef. 26 caprinum ... aliter curatur mutilum et raripilum, aliter -um et saetosum. 7, 3, 4 quoniam est illud incommodum in -o, quod cum sentiat se ... armatum, frequenter in pugnam procurrit. 7, 6, 4 procelloso atque imbrifero *caeli statu* -a semper *pecus esse debet. ibid.* quia -i *capri* fere perniciosi sunt propter petulantiam. ARNOB. nat. 7, 18 quae est enim causa ... ut capris ille deus -is honoretur. *de bubus et capris et ovibus generatim*: HYG. fab. 201 p. 127, 18 ut quicquid *Autolycus* surripuisset, in quamcumque effigiem vellet, transmutaretur, ex albo in nigrum ... in -um ex mutilo, in mutilum ex -o. 3 *de elephantis* (*cf.* cornu *p. 967, 25*): VARRO ling. 7, 39 cum ... in Lucanis Pyrrhi bello primum vidissent elephantos, item quadripedes -as *appellaverunt*; nam quos dentes multi dicunt, sunt cornua. MART. epigr. 19, 3 occubuit tandem *taurus in harena* -o ut ab ore petitus (*Friedl.*, cornuto adore *codd.*) dum facilem tolli sic elephanta putat. ANTH. 195, 1 horrida -o procedit belua rostro (*sc. elephantus*). 4 *nomen piscis*: PLIN. nat. 1, 9, 43 de pisce qui noctibus lucet. de -o. de dracone marino. POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 16 *inter nomina natantium* sargus. scarus. -us. eppoe ... (*cf. p. 966, 4*). 5 *de serpentibus*: PAVL. MED. bened. 6, 1 *Dan* more colubri serpentisque terribilis fuit. ... -us describitur propter eximiam potestatem atque fortitudinem. 6, 2 serpens iste -us describitur (*ad gen. 49, 17* fiat Dan coluber in via, cerastes in semita. *cf. p. 976, 14*). 6 *de avibus*: MELA 3, 88 aves -ae tragopanes. 7 *de diis* (*cf. p. 966, 52*): TERT. nat. 3, 1, 14 sunt penes vos et de bove et de ariete et hirco -i dii, caprigenae vel anguini. apol. 16. 21. ANTH. 682, 1 -e, o Pan. HYG. astr. 2, 20 qui simulacra faciunt Ammonis, capite -o instituunt (PRVD. c. Symm. 2, 356 quasdam domitis Ammonis harenis Syrtica -as facies habuere tropaea). *ibid.* simulacra Libero -a fecerunt. SCHOL. Stat. Theb. 9, 423 falsa fronte, quia sunt -i Satyri. FVLG. myth. 1 praef. p. 10, 20 (*de Iove*) non mihi -us adulter arripitur. 8 *de luna*: SOL. 27, 57 simiae tristes sunt -o et cavo sidere. AMM. 14, 2, 2 lunā etiamtum -ā. 20, 3, 10 abunde nitens *luna* -ae habitu μηνοειδής est appellata. 27, 4, 5 loca formata in -i sideris modum. *de moenibus lunatis*: AMM. 20, 7, 17 muris velut sinuosis circumdatum et -is *munimentum.* 9 *in rebus Iudaicis et christianis*: a *de Mose*: VVLG. exod. 34, 29 et ignorabat, quod -a esset facies sua (ὅτι δεδόξασται ἡ ὄψις τοῦ χρώματος τοῦ προσώπου αὐτοῦ, ITALA Lugd. glorificata est). 34, 30 videntes autem ... -am Moysi faciem. 34, 35 qui videbant faciem egredientis Moysi esse -am. GILD. Brit. 69 chron. III p. 65 quis ... duas tabulas -amque faciem aspectu incredulis inhabilem et horrendam tropico sensu, ut Moyses, advexit. ALC. AVIT. hom. 5, 2 p. 107, 31 donec quiddam in levi fronte -um non asperitas videretur produxisse, sed claritas vati legifero Moysi. *cf. l. 79.* b *de Christo*: TERT. adv. Marc. 3, 18 p. 406, 25 hac denique virtute crucis et hoc more -us *Christus.* c *de nimbo sanctorum*: HIER. in Is. 9 pr. p. 369, 70 et cum Moyse ingrediamur nubem et caliginem, ut clarificetur vultus noster et iuxta Hebraicum -a sit facies. VEN. FORT. vita Germ. 7, 23 ecce beatus Germanus -a facie mihi videtur incedere. sanctum virum novo more cornibus radiantem. *in visione Danielis*: VVLG. Dan. 8, 6 et venit usque ad arietem illum -um. 10 *de syllogismo* (*cf.* cornu *p. 966, 11*): HIER. epist. 69, 2 sustinui Romae a viro eloquentissimo -um, ut dicitur, syllogismum. in Matth. 19, 1 ut quasi -o teneant cum syllogismo. virg. Mar. 16 ad calcem venio et te -a interrogatione concludo.

subst. **cornūtus,** -ī *m., numerus militum in exercitu Romano*: AMM. 16, 12, 43 -i et bracchiati. 16, 12, 63 Bainobaudes -orum tribunus. 31, 8, 9 tribunum scutariorum cum suis, -is et aliis peditum numeris. NOT. dign. occ. 5, 14 -i. 5, 24. 158 -i seniores. 5, 169 -i iuniores. 6, 48 equites -i seniores. or. 6, 9 -i. 6, 50. CORP. VI 32963 *Honorio et Theodosio cos.* ⟨de numer⟩o -orum seniorum.

cornūta, -ae *f.* a *quodvis animal domesticum cornutum*: VARRO rust. 2, 7, 2 aetas cognoscitur et equorum ⟨et⟩ fere omnium qui ungulas indivisas habent, et etiam -arum. b *genus piscis*: PLIN. nat. 32, 145 iam caniculae, -ae, gladii, serrae. APIC. 10, 454 iūs in -am (carnutam *codd.*). c *genus anguis* (GLOSS. κεράστης. genus serpentis): ITALA prov. 23, 32 (Ambr. hex. 5, 7, 19) tamquam a colubri ictu extenditur et tamquam a -a diffunditur venenum (ὑπὸ κεράστου, VVLG. regulus). RVFIN. hist. mon. 8 multos ... dracones et angues et -as manibus nostris peremimus. 24 cerastas, id est bestias, quas -as vocant, et angues. *v. etiam nom. propr.*

cornuum, -iī *n. a* cornu. ISID. orig. 16, 25, 10 ceratum oboli pars media est, ... hunc latinitas semiobolum vocat, ceratum autem graece, latine -um interpretatur. *Lambertz.*

cōro *v.* curo. **corocacīnus** *v.* coracīnus.

c(o)rocottās, -ae *m.*, κοροκόττας. *nomen bestiae, hyaena*: PLIN. nat. 1, 8, 30 de crocottis. 1, 8, 45 de -is. 8, 72 crocotas velut ex cane lupoque conceptos *Aethiopia generat*, omnia dentibus frangentes protinusque devorata conficientes ventre. 8, 107 huius generis (*sc. hyaenae*) coitu leaena Aethiopica parit -am. SOL. 27, 26. CAPITOL. Pius 10, 9 in quibus *muneribus* elephantos et -as et tigrides ... exhibuit. POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 6 corocatta. *cognomen suis*: TEST. porcelli M. Grunnius -a.

tetmalon (*i. tithymalus*) id est **corodian** id est lactuca agrestis GLOSS. III 577, 54. *latetne* caryites?

corofis *nomen herbae batrachii apud Tuscos*: GLOSS. (*v. l.* chorifis, clorisis. PS. APVL. herb. 9 ciorophis). *L.*

corolliticus *sim. v.* corall-.

corŏlla, -ae *f.* [*a* corona *deminutive. Th.*]. PAVL. FEST. p. 63 -a deminutivum est a corona. *de re cf. Mau, PW. IV 1636; Daremberg-Saglio II 1522.* [*it. dial.* corolla. *M.-L.*]

i. q. parva corona e floribus foliisve, sed vi deminutiva plerumque evanida: 1 *insigne laetitiae, comissationis, convivii sim., nec non in cultu deorum*: ENN. frg. var. 25 ibant malaci (*i. molles*) viere (*i. iungere*) veneriam -am. PLAVT. Bacch. 70 *v. infra l. 61.* Pseud. 1265 -as dare dapsiles. 1299 cum -a ebrium incedere. CATVLL. 63, 66 mihi floridis -is redimita domus erat. 64, 283 hos in distinctis plexos tulit -is. VERG. catal. 2, 6 mihi (*Priapo*) -a picta vere ponitur (3, 10 florido mihi ponitur picta vere -a). COPA 13 croceo violae de flore -ae sertaque purpurea lutea mixta rosa. PROP. 1, 3, 21 solvebam nostra de fronte -as. 1, 16, 7 mihi non desunt turpes pendere -as. 2, 15, 51 veluti folia arentes liquere -as. 2, 34, 59 me iuvet hesternis positum languere -is. PAVL. FEST. p. 63 -am nova nupta de floribus verbenis herbisque a se lectis sub amiculo ferebat. PETRON. 70 cum ante crura talosque -is vinxissent. PLIN. nat. 1, 21, 3 *et* 21, 5 *v. l. 71 sqq.* 8, 13 quandam in Aegypto -as vendentem. APVL. met. 2, 16 me pressim deosculato et -is revincto ac flore persperso. 3, 25 utinam vesperi de more nobis parassem -as. 3, 27 -is roseis ... ornatum. 11, 17 thallos, verbenas, -as ferentes. MART. CAP. 2, 119 virens -is. SIDON. epist. 9, 13, 5 vers. 62 iuvat ire per -as alabastra ventilantes. 2 *secundum* ISID. orig. 19, 30, 1 *Lucilius (1143) vocabulo, ut Homerus* στεφάνη, *pro insigni victoriae vel signo regii honoris usus est.* *per iocum* PLAVT. Bacch. 70 pro galea scaphium, pro insigni sit -a plectilis, pro hasta talos, pro lorica malacum capiam pallium. 3 *i. q. praemium histrionale*: *cf.* VARRO ling. 5, 178 *infra l. 79.* [*dubia*: PRIAP. 50, 7. CARM. epigr. 1109 haec dona unguentis et sunt potiora c⟨orollis⟩ *an* c⟨oronis?⟩.]

corŏllāria (*sc. fabula*), -ae *f. a* corolla. *nomen fabulae Naevianae*: VARRO ling. 7, 59 CHAR. gramm. I 196, 6 (9^ies^) DIOM. gramm. I 401, 1. [*titulus falsus* CORP. VI 3486*.]

corŏllārium, -iī *n. a* corolla *de re cf. Mau, PW. IV 1636.* GLOSS. -um ἐπιστεφάνωμα. εὐχάρισμα. εὐχαριστία.

1 *i. q. corolla e naturalibus vel metallicis floribus*: PLIN. nat. 1, 21, 3 quando primum corollae appellatae, quare -a dicta. 21, 5 paulatimque et Romae subrepsit appellatio corollis inter initia propter gracilitatem nominatis, mox et -iis, postquam e lamina tenui aera inaurata aut inargentata dabantur. GELL. 4, 14, 6 eum venire cum -o (*sc. comissabundum*) non decuisset. 2 *i. q. donum, auctarium, aliquid supra constitutum adiectum, praecipue de praemiis histrionum*: VARRO ling. 5, 175 *sqq.* eadem pecunia vocabulum mutat; nam potest item dici dos, arrabo, merces, -um. 5, 178 -um si additum praeter quam quod debitum, eius vocabulum fictum a corollis, quod eae, cum placuerant actores, in scaena dari solitae. DIOM. gramm. I 488, 1 alii a vino arbitrantur (*sc. τρυγῳδίαν tractam esse*) propterea quod olim τρύξ dictitabatur..., quia Liberalibus apud Atticos vinum cantoribus pro -o dabatur, cuius rei testis est Lucilius in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

duodecimo (*437*). CIC. Verr. 4,118 unde Apronio ad illos fructus arationum hoc -um nummorum adderetur. 4,184 de nummulis corrogatis, de nepotum bonis ac de scaenicorum -is. 5,49 ne sine -o de convivio decederet. SEN. benef. 6,17,1 gubernatori et opifici vilissimae mercis et in diem se locanti -um aspersimus. PETRON. 74 -um accipiet (PLIN. epist. 7,24,2 theatralis operae -um ab herede). SVET. Aug. 45 -a et praemia in alienis quoque muneribus ac ludis et crebra et grandia offerebat. APVL. met. 2,23 'sine cura sis' inquam 'modo -um idoneum compara'. 3,20 mihi iam fatigato de propria liberalitate Fotis puerile obtulit -um (*sensu obsceno, i. voluptatis auctarium*). AVSON. 412,6 ne sine -o poetico tabellarius tuus rediret. AVG. c. Iul. op. imperf. 4,35 ad quod tamen quasi -um peculiaris sceleris adiunxit. SIDON. epist. 7,2,8 non parvo etiam -o ... emungens. *nota*: PLIN. nat. 9,120 at illa (*Cleopatra*) -um id (*sc. cenam magnificam Antonio appositam*) esse et consumpturam eam cenam taxationem confirmans. **3** *technice, apud mathematicos i. q. consectarium*: BOETH. cons. 3,10 veluti geometrae solent demonstratis propositis aliquid inferre, quae porismata ipsi vocant, ita ego quoque tibi veluti -um dabo . . . sive porisma sive -um vocari mavis. 4,3 memento etenim -ii illius, quod paulo ante praecipuum dedi ac sic collige. *huc pertinet* AVG. epist. 121,1 ne sine -o mihi rescribas.

corolliticus, corollium *v.* corall-.

?lapacio **coromegen** GLOSS. II 544,61 (*κόρον μέγα Schmidt, Hermes 18, 534*). *v.* lapathum.

***corōna**, -ae *f.* [*a gr. κορώνη tractum esse videtur. cf. κορωνίς· στέφανος ap. Stesichorum, χορωνός eodem sensu ap. Simonidem. Th.*].
de originatione: PAVL. FEST. p. 37 -a cum videatur a choro dici, caret tamen aspiratione sive -ae dicuntur quod honorent eos quibus imponuntur. ISID. orig. 19,30,2 nomen -ae ex hac causa vocatum, quod initio circum aras curreretur atque ad imaginem circuitus vel chori est formata et nominata -a. *cf. etiam* PLVT. symp. 8,6,5 *τὸν . . . στέφανον 'κορῶναν' λέγεσθαι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, ὡς Ὅμηρος τὸ κράνος εἴκασέ που (H 12. K 30) στεφάνη.* ATHEN. 15,680^D^ *Ἀπίων ἐν τῷ περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου φησὶν τὸν στέφανον πάλαι 'χορωνόν' καλούμενον ἀπὸ τοῦ χορευτὰς ἐν τοῖς θεάτροις αὐτῷ χρῆσθαι.*
de scriptura: CIC. orat. 160 Orcivios tamen et Matones ... sepulcra, -as, lacrimas dicimus (*sc. sine aspiratione contra communem loquendi usum*), quia per aurium iudicium licet. PAVL. FEST. *v. l. 28.* QVINT. inst. 1,5,20 erupit brevi tempore nimius usus, ut choronae, chenturiones, praechones adhuc quibusdam inscriptionibus maneant (*nunc desunt, sed cf. p. 989, 35*), qua de re Catulli nobile epigramma (*84*) est. SCAVR. gramm. VII 14,11 quidam -am, nonnulli choronam dixerunt. CHAR. gramm. I 265,22 (*de barbarismo*) hoc vitium in scripto invenitur, cum aut choronam pro -a . . . legimus. DIOM. gramm. I 452,13 ut cum dicimus choronam cum aspiratione, cum debeant leviter (*an leniter?*) pronuntiari. MAR. VICTORIN. gramm. VI 21,23 has voces sine 'h' secundum consuetudinem nostri saeculi scribite, item -a.
per notam Ɔ *vel* ◌ *scriptum*: CORP. XII 3324. 3331. *apex*: ACT. Arv. a. 105 II 15 corónis. CORP. V 7003. XII 3167. *κορονα v. p. 988, 14.* *de re fuse apud Romanos egerunt Varro, fons primarius, ut videtur, posteriorum, Verrius, Masurius Sabinus (apud Gell. 5,6,1—27), Plin. nat. 16. 18. 21. 22 passim, Claudius Saturninus nescio quis, quem laudat Tert. coron. cf. etiam Marquardt, Staatsverw. II² p. 576 sqq.; Marquardt-Mau, Privatleben p. 168. 173; Blümner, Technologie II 143. 148; praecipue Fiebiger, PW. IV 1636—1643 et P. Steiner, Bonn. Jahrb. 114 (1906) p. 31—77 (de coronis militaribus adiecta titulorum collectione).* *in hexametris vox ultimam occupat sedem his paucis locis exceptis*: CATVLL. 66,61 (*secunda sede*), LVCR. 4,1132 (*tertia*), OV. am. 1,6,67 MART. 9,60,5 (*quinta*), *in pentametris semper ante extremum iambum. apud* HOR. (*15^ies^*) *ubique finit versum.* *omnino nunc deest* TER. LVCIL. CELS. MELAE ASCON. PERS., *singulis locis legitur apud*: SALL. SEN. rhet. CALP., *binis*: RHET. Her. CATVLL. CAES. TIB. PHAEDR., *ternis*: VAL. FL. *frequentant* CIC. (*56^ies^*) VITR. (*46^ies^*) LIV. (*87^ies^*) OV. (*54^ies^*) PLIN. nat. (*107^ies^*). [*dubia lectio*: STAT. Theb. 11,559. *caret sensu* VVLG. I par. 2,54, *prorsus aliter hebr. et gr.*] [*val.* cunună, *it.* corona, *francog.* couronne, *hisp.* corona. *M.-L.*]

I ***proprie*** *i. q. sertum sive e floribus foliis ramisve arborum plexus, sive ex metallo, gemmis sim. factus*: PLIN. nat. 21,3 tenuioribus -is utebantur antiqui, stroppos appellantes, unde nata strophiola. quin et vocabulum ipsum tarde communicatum est inter sacra tantum et bellicos honores (*v. p. 980, 16 sqq.*) -is suum nomen vindicantibus. cum vero e floribus fierent serta a serendo serieve appellabantur quod apud Graecos quoque non adeo antiquitus placuit. GLOSS. -a *στέφανος*. serta. -ae *στέφανοι. στέμματα.*

A ***generatim***: VARRO ling. 6,22 in fontes -as iaciunt (PLIN. nat. 31,29 in Eurymenis deiectae -ae in fontem lapideae fiunt). CIC. nat. deor. 1,28 commenticium quiddam -ae simile efficit, *στεφάνην* appellat (div. 2,68 quidquid in capite est, id -ae simile videri potest. COLVM. 5,6,8. SCHOL. Hor. ars 381 in similitudinem -ae. VVLG. IV Esdr. 5,42 -ae assimilabo iudicium meum. GLOSS. V 424,4). CIC. epist. 16, 18,2 abutor -is. OV. fast. 1,345 factis prati de flore -is (6,792 ubi fit doctā multa -a manu. PAVL. FEST. p. 220 -ae ex vario genere florum factae. PLIN. nat. 21,47 hibernas -as facit. 21,53 -as ... factitatas. 24,81). COLVM. 5,5,13 *palmites* velut in -am religantur. 5,6,22 coles in modum -ae contortos (PLIN. nat. 21,98 VVLG. I reg. 23,26. RVFIN. Basil. reg. 1 in modum circuli vel -ae. IORD. Get. 6). VELL. 2,59,6 velut -am . . . capiti imponens. PETRON. 60 cuius *circuli* per totum orbem -ae aureae cum alabastris unguenti pendebant. 135 vers. inter odoratas pendebant texta -as. PLIN. nat. 13,62 flos et -is iucundus. 20,247 *quod* inseritur -is. 21,2 in orbem, in oblicum, in ambitum quaedam -ae per -as currant. 21,13 -as nectemus. 21,14. 18 in -as addi (21,30). 21,33. 51 in -as admittitur. 35,125 inventricem -arum. *saep.* MART. 9,60,5 pulchrior ut nostro videare -a Sabino. 11,89,1 intactas quare mittis mihi, Polla, -as et te vexatas malo tenere rosas. 13,127 dat festinatas, Caesar, tibi bruma -as: quondam veris erat, nunc tua facta rosa est. APVL. met. 6,1 videt spicas frumentarias in acervo et alias flexiles in -a. 11,13 ob os ipsum meum -am exhibuit . . . -am, quae rosis amoenis intexta fulgurabat . . . devoravi. NEMES. ecl. 1,69 pictas dat Flora -as. HIER. adv. Rufin. 3,39 -am minime carpendam, id est leges urbium conservandas (*de praeceptis Pythagoricis aenigmatice dictis*). RVFIN. hist. 5,1,36 velut -am quandam variis floribus compositam (*in imagine de martyrio. cf. p. 985, 36 sqq.*). OP. imperf. in Matth. 34 p. 822 in -a cum sit rotunda, nihil invenies quod videatur esse initium aut finis. IORD. Get. 34 ad -ae speciem (CASSIOD. var. 8,32. 11,14). CASSIOD. or. frg. p. 481,11 margaritarum -ae . . . lacteae flexis auro circulis pulcherrima rotunditate clauduntur. GREG. M. epist. 1,68. *nota*: PLIN. nat. 21,12 invitavit Antonium, ut -as biberet (*i. vinum una cum foliis coronarum in scyphum iniectis*).

B ***speciatim** in rebus **divinis, publicis privatisque** adhibita*: **1** *rebus **corporeis**, praecipue templis, aris, simulacris deorum, statuis hominum, navibus, calicibus sim. imposita*: PLIN. nat. 21,11 iam tunc -ae deorum honos erant et Larum publicorum privatorumque ac sepulcrorum et manium summaque auctoritas pactili -ae. FEST. p. 363 (*e Quinctii tabula triumphali a. 380*) trientem tertium pondo -am auream dedisse se Iovi donum. PLAVT. Asin. 803 si -as, serta, unguenta iusserit ancillam ferre Veneri aut Cupidini (PROP. 4,7,43 tulit ad monumenta -as. OV. met. 9,337 nymphis latura -as). Aul. 25 dat mihi *Lari familiari* -as (PRIAP. 53,4 in Cereris crines una -a datur). 385 -*as floreas* imponentur ... Lari (VERG. georg. 1,304 [= Aen. 4,418] puppibus et laeti nautae imposuere -as. TIB. 2,1,59 de flore -am fecit et ... imposuit Laribus).
PLAVT. Men. 941 te sacram -am surripuisse Iovi scio (Trin. 84 Iovi -am de capite ex Capitolio. PORPH. Hor. sat. 1,4,94 -ae subreptae de Capitolio). Trin. 39 Larem -a nostrum decorari volo. CATO agr. 143,2 festus dies cum erit -am in focum indat. VARRO ling. 5,62 ideo haec *Victoria* cum -a et palma. frg. Non. p. 163,26 Delphos Apollini munera missa -a aurea pondo ducentum. CIC. Verr. 5,77 *Dianam* complesse -is et floribus. nat. deor. 3,84 Victoriolas aureas . . . -asque quae simulacrorum porrectis manibus sustinebantur . . . tollebat (= VAL. MAX. 1,1 ext. 3). div. 1,75 *in Lysandri statua* in capite -a subito extitit ex asperis herbis et agrestibus (2,68). HOR. carm. 3,27,30 debitae nymphis opifex -ae. PROP. 2,10,22 ponitur hic imos ante -a pedes (VITR. 9 praef. 9 *Hiero* auream -am votivam . . . in quodam fano constituisset ponendam *al.* PETRON. 71. IVV. 13,149 positas a rege -as. HIST. Apoll. rec. A 31. CORP. V 5907 rosae -as ternas ponerentur *in sepulcro*). PROP. 4,2,17 insitor hic solvit pomosā vota -ā. PRIAP. 40,3 cingit inauratā penem tibi ... -a (50,7 AVG. civ. 7,21 p. 299). OV. am. 3,11,29 mea votivā puppis redimita -ā (CVRT. 4,4,5 SVET. Vit. 10). met. 14,315 signum ... iuvenale . . . aede sacra positum multisque insigne -is. 14,733 postes ornatas saepe -is (VVLG. I Macc. 4,57. DRAC. Orest. 233 *puppis* ornata -is. Romul. 5,145 *moenia* ornata -is). fast. 1,614 protegat et vestras querna -a fores (fast. 4,738 [= rem. 32] tegat ornatas multa -a fores). 2,537 tegula porrectis satis est velata -is. trist. 3,1,35 Iovis haec . . . domus est? quod ut esse putarem augurium menti querna -a dabat. 3,13,15 fumida cingatur florentibus ara -is. 5,5,10 ara velet tepidos nexa -a focos. LIV. 27,11,3 Fortis Fortunae de capite signum quod in -a erat ... prolapsum. CVRT. 5,1,20 iter floribus -isque constraverat (9,10,25 *vicos* floribus -isque sterni iubet). PLIN. nat. 12,94 -as ex cinnamo interrasili auro inclusos primus omnium in templis Capitolii et Pacis dicavit *Vespasianus*. SIL. 7,85 omnis in auro pressa tibi (*Iunoni*) varia fulgebit gemma -a. IVV. 6,51 necte -am postibus (FRONTO p. 154, 19 N. ut necterentur ex eis Libero thyrsi, -a Sileno). 9,85 foribus suspende -as. 9,138 Lares quos tenui soleo exorare -a. 12,87 graciles ubi parva -as accipiunt fragili simulacra nitentia cera (VVLG. I Macc. 1,23 accepit . . . velum et -as). TAC. hist. 4,53 spatium omne quod templo dicabatur, evinctum vittis -isque. SVET. Vesp. 7 verbenas -asque . . . obtulisse ei (*sc. Serapidi*) visus est. CORP. V 5272 -ae myr(teae) ... micatae (*sensu prorsus dubio*) de (l)iliis . . . profundantur. CARM. epigr. 249,15 votorum more suorum centenas adicit numero crescente -as (*in templo Fortunae*). TERT. anim. 46 -am auream cum ex arce Athenae perdidissent, Sophocles . . . redinvenit. resurr. 16 *calix* -is quoque potatoris sui inornabitur. CAPITOL. Pius 3,4 ad statuam eius dei -a translata est. SPART. Carac. 5,7 -as imaginibus eius detraxerunt. PRVD. c. Symm. 2,727 quos spar-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gam flores, quibus insertabo -is atria? HIST. Apoll. rec. A 30 ut ferens ampullam inveheret (innecteret *coni. Ziehen*) -as.

2 ***ornamentum*** *circulare ab* ***hominibus*** *gestatum*: **a** *insigne* ***sollemnitatis,*** *plerumque* ***laetitiae,*** *raro maeroris*: VARRO ling. 5, 62 -a vinclum capitis. HYG. astr. 2, 15 p. 54 *Promethea* -am habuisse dixerunt, ut se victorem impune peccasse diceret: itaque homines in maxima laetitia victoriisque -as habere instituerunt, id exercitationibus et conviviis perspicere licet. LEX XII tab. (Cic. leg. 2, 60) ne sumptuosa respersio, ne longae -ae nec acerrae (*in funere*). PLAVT. Amph. 999 capiam -am mi in caput, assimulabo me esse ebrium (HOR. sat. 2, 3, 256 ex collo . . . carpsisse -as. OV. met. 15, 610 dempta . . . -a. fast. 2, 105 capit ille -am quae possit crines, Phoebe, decere tuos). Asin. 879 Cas. 767. 796 progreditur cum -a (Men. 463 cum -a exit foras). Men. 555. 563. 565. 629. 632 ante aedes cum -a florea vidi astare. Pseud. 1287. CATO orig. 112 mulieres opertae auro purpuraque diadema, -as aureas. COM. pall. inc. 32 (*fortasse Naevii*) sibi cum tetulit -am ob colligandas nuptias. TVRPIL. com. 201 -am, mensam, talos, vinum. VARRO Men. 121 -am ex auro et gemmis fulgentem gerit. 307 capitis -a. 413 populum *ἀσύμβολον* cum -a laurea demitteret cubitum. CIC. Verr. 6, 27 -am habebat unam in capite, alteram in collo. or. frg. A VI 1 humus erat . . . -is languidulis et spinis cooperta piscium. *ibid.* unguentis oblatus, redimitus -a (rep. 4, 5 Homerum redimitum -is et delibatum unguentis. LVCR. 5, 1399 caput atque umeros plexis redimire -is. OV. fast. 3, 269 frontem redimita -is. SEN. Ag. 375 tibi nexilibus turba -is redimita venit. CVRT. 9, 10, 26 ibant amici et cohors regia [*sc. comissabundi*] variis redimita floribus -isque). CIC. de orat. 2, 250 *Scipione* -am sibi in convivio ad caput accomodante. Tusc. 5, 62 iam ipsae defluebant -ae. Att. 14, 19, 3 de coronatis (*ludis Parilibus; cf.* 14, 14, 1) . . . rescripsit se -am habuisse honoris Caesaris causa, posuisse luctus gratia (*i. deposuisse.* VAL. MAX. 5, 10 ext. 2 nec ideo *Xenophon* institutum deorum cultum omittendum putavit, sed tantum modo -am deponere contentus fuit. SIDON. epist. 1, 5, 11 -am [*sc. coniugalem*] sponsus . . . deponit). LVCR. 3, 913 ubi discubuere tenentque pocula saepe homines et inumbrant ora -is. 4, 1132 pocula crebra, unguenta, -ae, serta parantur. NEP. Ages. 8, 4 unguenta, -as . . . dispertiit. VERG. Aen. 1, 655 *dant* duplicem gemmis auroque -am (OV. ars 1, 582 huic detur capiti missa -a tuo. 3, 68. met. 13, 704 dant . . . auro gemmisque -am). HOR. carm. 1, 7, 23 uda Lyaeo tempora populeā fertur *Teucer* vinxisse -ā (*i. quasi sacrificabundus, non recte* PORPH. *ad l.* OV. met. 11, 91 vinctumque -is. CLAVD. 10, 336 vincire -a [*in nuptiis celebrandis*]). HOR. carm. 1, 17, 27 scindat haerentem -am crinibus. 1, 26, 8 apricos necte flores, necte meo Lamiae -am (1, 38, 2 displicent nexae philyrā -ae. 4, 11, 3 nectendis apium -is. CLAVD. 10, 203 geminas . . . necte -as. 13, 2 *comas* molli necte -a). 2, 7, 24 quis udo deproperare apio -as, curatve myrto? 3, 14, 17 pete unguentum . . . et -as. PROP. 4, 2, 29 cum est imposta -a, clamabis capiti vina subisse meo (OV. met. 15, 615 festam imposuere -am. HYG. fab. 78 p. 80 ut cui vellet nubere -am imponeret. *cf.* VVLG. Ezech. 23, 42 posuerunt -as speciosas in capitibus). DECRET. decur. Pis. de L. Caesare (Corp. XI 1420) 24 sí quí prívatim velint manibus eius inferias mitter⟨e nive quis⟩ amplius uno cereo unave face -ave mittat. OV. epist. 20, 165 proicit ipsa suas deducta fronte -as (VAL. MAX. 6, 9 ext. 1 -am capite detractam proiecit. *cf.* PORPH. Hor. sat. 2, 3, 254 -as abicere [*in convivio*]). OV. am. 1, 6, 38 madidis lapsa -a comis (MART. 11, 8, 10 quod modo divitibus lapsa -a comis). ars 2, 269 missaque -a te memorem dominae testificere tuae. met. 2, 27 Verque novum stabat cinctum florente -a (fast. 5, 335 tempora sutilibus cinguntur pota -is. Pont. 3, 1, 11 neque ver sentis cinctum florente -a. CALP. ecl. 3, 80 tu cingebare -is). met. 3, 555 madidi murra crines mollesque -ae. 14, 708 madidas lacrimarum rore -as postibus intendit. fast. 1, 403 vina dabat Liber, tulerat sibi quisque -am. 2, 739 fusis per colla -is. 5, 261 forsitan in teneris tantum mea regna -is esse putes. Ib. 603 ut nova Phasiaca comprensa est nupta -a. PAVL. FEST. p. 68 quas *aves* Aegyptii inter potandum cum -is devincire soliti sunt. VAL. MAX. 2, 6, 1 unguenti -arumque in convivio dandarum . . . consuetudinem. 9, 1, 5 convivia celebrabat demissasque lacunaribus aureas -as veluti caelesti capiti recipiebat. SEN. dial. 4, 33, 4 unguentum et -as misit. 4, 33, 5. 6, 13, 1 *pater Xenophon* in ipso sacrificio nuntiata filii morte -am capiti detraxit (VAL. MAX. 6, 9 ext. 1 *l. 54.* MART. 1, 6, 67 non laetis detracta -a capillis. AVG. c. Iul. 1, 7, 35 luxuriae -is capite detractis [*de Polemone temulento scholam Xenocratis intrante; cf.* c. Iul. 1, 4, 12]). LVCAN. 10, 164 accipiunt sertas nardo florente -as (ACT. Arv. a. 241, 20 ⟨unguenta⟩ acc⟨eperunt⟩ et coron⟨as⟩ conviva⟨les⟩). LVCAN. 2, 358 *v. p. 984, 67.* PETRON. 65 oneratusque aliquot -is et unguento. PLIN. nat. 2, 235 postquam sacrificatura ad aras accesserat, -a igne rapto. 7, 185 -am e capite suo in eam transtulit. 10, 122. 16, 154. 21, 7. 8 cum -a rosacea interdiu e pergula sua in forum prospexisse dictus (ACT. Arv. a. 87 II 23 post epulas magister . . . cum -a pactili rosacea. a. 105 II 20. a. 219, 10). 35, 70. VAL. FL. 5, 447 pallam et gemmiferae donum exitiale -ae apparat. 8, 235 ipse suam duplicem Cytherea -am donat. MART. 3, 65, 8 quod madidas nardo passa -a comas. 9, 61, 17 hesternisque rubens deiecta (*i. deflexa*) est herba -is (*de Baccho Faunisque comissantibus*). 9, 90, 6 frontem sutilibus ruber -is. SVET. Galba 18 sacrificanti -am de capite excidisse. APVL. met. 4, 27 unguentis madidum, -is floridum. TERT. idol. 8 -as quoque magis luxuria quam sollemnitas erogat. LAMPR. Alex. 41, 1 -a cum qua sacrificium faceret. SPART. Sept. Sev. 22, 4. IVST. 9, 4, 1 non -as aut unguenta sumpsit. VVLG. Iudith 3, 10 excipientes eum cum -is et lampadibus. Esth. 8, 15 -am auream portans in capite. Is. 61, 10 quasi sponsum decoratum -a. thren. 5, 16 cecidit -a capitis nostri. CLAVD. 15, 183 mixtis redolens unguenta -is. 21, 88 roseis evincta -is . . . Europa. carm. min. 25, 96 marcentes cupio quassare -as. 30, 184 iugalem promeruit . . . -am. rapt. Pros. 2, 150 libertatemque comarum iniectā . . . frenare -ā. 3, 247 caligantes marcebant fronte -ae. HIST. Apoll. rec. A 16 -a caput coronavit (rec. B decoravit) et . . . introivit triclinium. PASS. Petr. 12 angelos stantes cum -is de floribus rosarum et liliorum.

b *insigne* ***virtutis,*** *primitus ex floribus, mox ex auro factum*: α *dona militaria*: AMM. 25, 3, 13 Sicinium Dentatum ornatum militarium multitudine -arum. ISID. orig. 19, 30, 1 primum ornamentum -a insigne victoriae. *cf.* GELL. 5, 6, 1—27 *et P. Steiner l. c. de re fuse agentes.* -a *muralis, στέφανος πυργωτός. est antiquissima -arum bellicarum, sed epitheton ipsum militari sensu non ante* LIV. *nunc legitur*: LIV. 26, 48, 5 praecipuum muralis -ae decus eius esse qui primus murum ascendisset. GELL. 5, 6, 16 muralis est -a, qua donatur ab imperatore qui primus murum subiit inque oppidum hostium per vim ascendit. idcirco quasi muri pinnis decorata est. SERV. Aen. 6, 772 muralis dabatur ei qui prior murum ascendisset. GLOSS. -a muralis quam accipiunt illi qui muros ascendunt. CATO or. frg. 14, 1 iam principio quis vidit -a donari quemquam cum oppidum captum non esset aut castra hostium non incensa essent? CIC. Verr. 4, 185 Rubrium . . . -a et phaleris et torque donasti. 6, 110 eum tu ob virtutem -a ante donaras. CORP. I 624 (= X 3886 [*a. 46 a. Chr.*]) donat(us), torq(uibus) armil(lis) paler(is) -a. LIV. 23, 18, 7 -a aurea muralis proposita est. SEN. benef. 1, 5. CORP. III 6809. VI 3539. III 5334. SIL. 13, 366 tempora murali cinctus turrita -a. 15, 257 CORP. V 546. IX 4753. X 1202. 5829. VI 1598. III 1193 VOPISC. Aurelian. 13, 3. *vallaris, τειχωτός (cf. Athen. Mitth. 22 [1897] 39)*: GLOSS. -a vallaris quam accipiunt illi qui ob seditiones vallaverunt civitatem. CORP. IX 1614 don(ato) hasta pura -a vallari (*Augusti aetate*). VAL. MAX. 1, 8, 6 cum consul *C. Fabricius* . . . vallarem -am ei se servare dixisset a quo castra erant oppressa nec inveniretur qui id praemium peteret. CORP. XI 390 (*Vespas. aetate*). III 10224. XI 5992. VI 798 (*Domit. aetate*). II 4461. VI 3584 (*Traiani aetate*) *al.* VOPISC. Aurelian. 13, 2 Prob. 5, 1. *huc pertinere videtur* CARM. poet. min. V 81, 14, 6 textum pampineae gessi (*sc. Scaeva*) sublime -ae. *vallaris et muralis* -a: LIV. 30, 28, 6 CORP. XIV 3612. X 135 (*sub Domit.*). SVET. Aug. 25. CORP. VIII 9990 (*sub Traiano*). XI 6339 (*sub Hadriano*). VIII 217. *castrensis fere i. q. vallaris*: PAVL. FEST. p. 57 castrensi -a donabatur qui primus hostium castra pugnando introisset, cui insigne erat ex auro vallum. GELL. 5, 6, 17 castrensis est -a qua donat imperator eum qui primus hostium castra pugnans introivit, ea -a insigne valli habet. AMM. 24, 6, 16 navalibus donavit -is et civicis et castrensibus. *navalis, classica, rostrata, in titulis uno loco excepto* (CORP. X 8291) *semper* classica *legitur, sed numquam sola laudatur* (*v. p. 981, 1 sqq.*): PAVL. FEST. p. 163 navali -a solet donari qui primus in hostium navem armatus transilierit. PLIN. nat. 16, 7 rostratae (*v. p. 981, 9*). GELL. 5, 6, 18 navalis est qua donari solet maritimo proelio qui primus in hostium navem vi armatus transiluit. ea quasi navium rostris insignita est . . . fieri ex auro solent. VARRO frg. Char. gramm. I 138, 5 -a navali. VERG. Aen. 8, 684 cui (*Agrippae*) belli insigne superbum, tempora navali fulgent rostrata -a (VELL. 2, 81, 3 insigne -ae classicae quo nemo umquam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa singulari virtute meruit. SEN. benef. 3, 32, 4 Agrippa navali -a insignis, unicum adeptus inter dona militaria decus. PLIN. nat. 16, 9, *sed* 7, 115 *per errorem idem honor attribuitur Varroni*). SVET. Claud. 17 inter hostilia spolia navalem -am fastigio Palatinae domus iuxta civicam fixit. CORP. X 8291 -a mur(ali) vallari, navali (*sub Traiano*). VOPISC. Aurelian. 13, 2 -as navales. *post Vespasianum saepe pro qualibet re bene gesta donabatur.* *aurea, quod epitheton saepe subaudiendum*: LEX reg. Macr. sat. 3, 11, 6 ornamenta vero clipei -ae et huiusmodi donaria. LIV. 7, 37, 1 praeter militaria alia dona aurea -a et centum bubus . . . donat. 10, 44, 3. 26, 21, 9 *al.* CORP. X 4862. III 2018 (*sub Augusto*). VAL. MAX. 3, 1, 1 -am mereri (5, 4, 2). CVRT. 9, 1, 6 CORP. XI 395. XIII 5093. V 7003 (*sub Claudio*) *persaepe in titulis usque ad Sept. Sev.* *huc referri possunt* SIL. 16, 299 pulchrae certent de laude -ae. TREB. Claud. 3, 7 statuis, vexillis, -is . . . principem honoraverit. IVST. 9, 7, 10 capiti . . . -am auream imposuit (*quasi victori*). 18, 7, 13 *quid* in purpura ista -isque aliud quam victoriarum mearum titulos geris. AVG. civ. 2, 24 cui -a aurea ipsius victoriae illustrissimum signum in vitulino iecore apparuit (*bis*). VAL. CEM. hom. 15, 5 voluntarium . . . militem . . . cito protegit -a victoriae. *nota singulare*: CORP. VI 1441 (*sub Traiano*) donato hastis puris VIII vexillis VIII -is muralib. II vallarib. II classicis II auratis II. *muralis, vallaris, aurea*: CORP. XI 6163. V 7165 (*sub Claudio*). 7003 (*sub Nerone*). X 6659. XI 5211 *saepe usque ad Sept. Sev.* *muralis, vallaris,*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

classica, aurea: CORP. V 7165 (*sub Claudio*). V 531. VIII 12536 (*sub Vespasiano*). III 4013 (*sub Domitiano*). TAC. ann. 2, 9 torquem et -am aliaque militaria dona memorat. CORP. V 6976 (6977. 6978. 6980). XII 3169 (*sub Traiano*). VI 1497. III 1457. VI 1377. 1540 (*sub Hadriano*). *civica (primitus quernea, iliginea)*: PAVL. FEST. p. 42 civicam -am civis salutis suae causa servatus in proelio dabat quae erat ilignea. PLIN. nat. 1, 16, 3. 16, 7 civicae -ae militum virtutis insigne clarissimum ... cedunt his murales vallaresque et aureae ... cedunt et rostratae. 16, 11—13 civica iligna primo fuit *eqs.* GELL. 5, 6, 12—15 civica -a appellatur quam civis civi, a quo in proelio servatus est ... ea fit e fronde quernea ... fuit etiam ex ilice ... Masurius autem Sabinus ... civicam -am tum dari solitam dicit, cum is qui civem servaverat, eodem tempore etiam civem occiderat neque locum in ea pugna reliquerat, aliter ius civicae -ae negat concessum *eqs.* SERV. Aen. 6, 772 civica debuit dicere ... querceam autem -am accipiebant qui in bello civem liberassent *eqs.* CLAVD. 24,75 mos erat in veterum castris, ut tempora quercu velaret, validis fuso qui viribus hoste casurum potuit morti subducere civem. at tibi quae poterit pro tantis civica (*sc. corona*) reddi moenibus? aut quantae pensabunt facta -ae? GLOSS. -a civica quam accipiunt illi qui civem (vicem *cod.*) in bello servaverunt. *perraro in titulis.* CAECIL. com. 269 advehitur cum iligna -a et chlamyde. CIC. Planc. 72 ut -am dent civicam. Pis. 6 mihi ... civicam -am deberi a re publica. FAST. Praen. Ian. 14 (Corp. I² 1 p. 231) -a quern⟨a uti super ianuam domus imp. Caesaris⟩ Augusti poner⟨etur senatus decrevit quod rem publicam⟩ P. R. restitui⟨t⟩. *cf.* MON. Ancyr. 6, 17 ⟨corona⟩que cívica super iánuam meam fíxa est (*de eodem senatus consulto*). LIV. 23, 23, 6 civicam -am accepissent. 42, 34, 11. VAL. MAX. 2, 8, 7 ob cives servatos -a danda est (SEN. clem. 1, 26, 5). PHAEDR. app. 8, 30 hostis abscidit caput victorque rediit ... -a, miles, equidem te dono libens. PLIN. nat. 7, 106. 16, 14. TAC. ann. 2, 83 querceae -ae. 3, 21 gregarius miles servati civis decus rettulit ... Caesar addidit civicam -am. 15, 12 praecipua servati civis -a imperatoria manu tribueretur. 16, 15 civicam -am apud Britanniam meritus. SVET. Iul. 3 -a civica donatus est. Tib. 26 civicam in vestibulo -am recusavit. Cal. 19 phalerato equo insignisque quercea -a. SOL. 1, 105 solus accepit -am ... -as civicas rettulit. VOPISC. Aurelian. 13, 2 Prob. 5, 2; 3 CAPITOL. Aur. 12, 8 PRVD. perist. 2, 556 CASSIOD. var. 2, 28, 1 INSCR. Revue archéol. 1900, 2 p. 365 n. 95. *confunditur cum -a obsidionali apud* SCHOL. Cic. Bob. p. 144, 8 Hild. -am civicam dando quam traditur de gramine fieri solitam. *nota*: CORP. VIII 6981 Iovis (*nomin.*) victor *argenteus* in Kapitolio habens in capite -am argenteam querceam foliorum XXX (VIII 6982). *murales, civicae*: LIV. 6, 20, 7 SEN. benef. 1, 5, 6 PLIN. nat. 7, 103 *al.* *civicae, vallares, murales*: LIV. 10, 46, 3. *nota*: CLAVD. carm. min. 30, 181 saepe duces meritis bello tribuere -as: hunc cingit muralis honos, hunc civica quercus nexuit, hunc domitis ambit rostrata carinis. *obsidionalis (primitus graminea)*: PAVL. FEST. p. 97 -a graminea in re militari maximae est honorationis. p. 190 obsidionalis -a est quae datur imperatori ei qui obsidione liberavit ab hostibus obsessos. ea fit ex gramine viridi fere ex eo loco decerpto, in quo erant inclusi. herbam autem victoriae ... quae -a magnae auctoritatis fuit (*fere idem* GELL. 5, 6, 8 *sq.*). p. 193 inter obsidionalem et civicam hoc interesse, altera singularis salutis signum est, altera diversorum civium servatorum. *fusius de hac -a egit* PLIN. nat. 22, 6—13 *ex quo loco afferri sufficiat* 22, 6 -a quidem nulla fuit graminea nobilior. 22, 7 graminea numquam nisi in desperatione summa contigit ... ceteras *-as* imperatores dedere, hanc solam miles imperatori. *usque ad Plinii aetatem octies tantum donata, postremum Augusto* (22, 13 adeo civica non satis videbatur). LIV. 7, 37, 2 legiones gramineam -am obsidionalem clamore donum approbantes Decio imponunt. FEST. p. 190 fertur *Dentatus* ... -is donatus XXVI, in his aureis VIII, civicis XIV, muralibus tribus, obsidionali una (= GELL. 2, 11, 2). VELL. 1, 12, 4 in Hispania murali -a, in Africa obsidionali donatus est. VAL. MAX. 3, 2, 24 praeferebantur enim aureae -ae ... civicae ... murales ... obsidionalis ... torques ... armillae ... hastae (*sc. purae*) ... phalerae. *nota*: AMM. 24, 4, 24 qui fecere fortissime, obsidionalibus -is donati (*haec corona ab Iuliano restituebatur quidem, sed non amplius ex more antiquo donabatur*).

β triumphalis (primitus laurea, oleaginea), ovalis (myrtea), postea utraque aurea: PAVL. FEST. p. 192 oleagineis -is ministri triumphantium utebantur, quod Minerva dea belli putabatur. p. 367 triumphales -ae sunt quae imperatori victori aureae praeferuntur quae temporibus antiquis propter paupertatem laureae fuerunt. GELL. 5, 6, 5 *sqq.* triumphales -ae sunt aureae quae imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. id vulgo dicitur aurum coronarium. haec antiquitus e lauru erant, post fieri ex auro coeptae. PAVL. FEST. p. 195 ovalis -a est murtea quam habebant qui ovantes introibant, cum bella non erant indicta aut sine sanguine confecta (PLIN. nat. 15, 125 Postumius Tubertus ... qui primus omnium ovans ingressus urbem est, quoniam rem leniter sine cruore gesserat, myrto Veneris Victricis coronatus incessit ... haec postea ovantium fuit -a). GELL. 5, 6, 20 *sq.* ovalis -a murtea est; ea utebantur imperatores qui ovantes urbem introibant. DIFF. Suet. 283 ovare et triumphare hoc differt, quod triumphans ... coronatus laurea -a subsequitur pompam, qui autem ovat ... murtea -a cinctus pompam praecedit. LIV. 10, 7, 9 quos ... -a triumphali laureaque honoraritis. 23, 11, 5 sicut coronatus laurea -a. 38, 47, 4 currum triumphalem me conscendere prohibent, -am insignem capiti detrahunt. VELL. 2, 40, 4 ut is (*Pompeius*) ... -a aurea et omni cultu triumphantium uteretur (VAL. MAX. 3, 6, 5 proque laurea -a ... myrtea usus est *Papirius.* PAVL. FEST. p. 144 murtea -a Papirius usus est, quod Sardos in campis Murteis superasset. PLIN. nat. 15, 126 triumphantes myrtea usos ... duabus -is utebatur, laurea et myrtea [*auctore Sabino*]). VAL. MAX. 3, 7, 1ᵉ capitique suo -a triumphali imposita. 5, 1, 10 eius caput tribus -is triumphalibus spoliatum. 5, 1 ext. 6 -a donatum laurea. PLIN. nat. 33, 11 vulgoque sic triumphabant et cum -a ex auro Etrusca sustineretur a tergo. CORP. V 3348 ⟨c⟩orona vallari, triumphali (*incertae aetatis*).

c *insigne* ***honoris***: *α rei cuiuslibet bene gestae causa summis viris publice decretum vel a civitatibus al. documentum deditionis, fidei sim. missum*: LEX XII tab. (Cic. leg. 2, 60) '-am virtute partam' ... ei qui peperisset ... lex impositam iubet (CIC. Flacc. 75 imponeretur aurea -a mortuo [*ex publico decreto*]. LIV. 7, 37, 2. SVET. Iul. 79 statuae eius -am lauream ... imposuisset. Aug. 18). CIC. Pis. 58 quid est quod -am illam lauream tibi tantopere decerni volueris a senatu (LIV. 45, 25, 7 *al.*). opt. gen. 19 ut -a aurea donaretur (*de Demosthene cuius oratio de -a persaepe a* GRAMM. *laudatur.* NEP. Hann. 7, 2 LIV. 26, 48, 14. 30, 15, 13 *al.* PLIN. nat. 34, 32 *al.*). CIC. Att. 14, 16, 2 -am auream per forum ferre posse (*de Bruto*). BELL. Alex. 70, 8 miserat ei Pharnaces -am auream (LIV. 2, 22, 6 -am auream Iovi donum in Capitolium mittunt. IVST. 11, 10, 10. 18, 2, 9). NEP. Pel. 5, 5. Thras. 4, 1 huic pro tantis meritis honoris causa -a a populo data est. 4, 3. LIV. 3, 29, 3 ut exercitus -am auream dictatori libram pondo decreverit. 3, 57, 7 *donum* Iovi O. M. -am auream in Capitolium tulere parvi ponderis (28, 39, 15. 37, 46, 4 *tulit* -as aureas, dona sociarum civitatium *praelata in triumpho.* 39, 7, 1 *saepe*). 4, 20, 4 -am auream libram pondo ex publica pecunia populi iussu in Capitolio Iovi donum posuit (7, 38, 2. 32, 27, 1. 36, 35, 13. 43, 6, 6). 7, 10, 14 dictator -am auream addidit donum. 7, 26, 10 aureaque -a donat (30, 15, 11. 31, 15, 6 *al.*). 30, 2, 9. 37, 58, 4 in eo triumpho undequinquaginta -ae aureae translatae sunt. VITR. 9 praef. 3 PAVL. FEST. p. 363 VAL. MAX. 2, 6, 5. 4, 3, 10 *filium suum* titulo trium librarum aureae -ae decoravit *eqs.* (PLIN. nat. 33, 38). CVRT. 4, 2, 2. 4, 5, 11. 8, 12, 15. PETRON. 50 cocus potione honoratus est et argentea -a. PLIN. nat. 15, 137 triumphans postea Caesar (*Augustus*) laurum in manu tenuit -amque capite gessit. 33, 38 -as ex auro dedere et civibus. 33, 54. 37, 14 -as ex margaritis XXXIV (*in triumpho Pompei*). SVET. Iul. 45 ius laureae -ae perpetuo gestandae (Tib. 69 numquam non -am lauream capite gestavit. APVL. met. 9, 16 dignus solus -am auream capiti gestare. PS. PROB. Verg. ecl. 6, 42 Iuppiter -am et anulum gestanda *Prometheo* tradidit, ut ... in -a vinculorum forma remaneret). SVET. Galba 12 quodque oblatam a Tarraconensibus e vetere templo Iovis -am auream ... conflasset (AMM. 23, 3, 8 oblata ex auro -a. VVLG. II Macc. 14, 4 offerens ei -am auream et palmam). FLOR. epit. 4, 2, 91 in theatro distincta radiis -a (*de Caesare*). IVV. 10, 39 ferentem ... magnaeque -ae tantum orbem quanto cervix non sufficit ulla (*cf. Friedl. ad l.*). APVL. met. 11, 12. VOPISC. Aurelian. 34, 3 praeferebantur -ae omnium civitatium aureae. Prob. 15, 14 CAPITOL. Max. Balb. 12, 4. VVLG. I Macc. 13, 39 remittimus ... -am quam debebatis (*pacis causa*). act. 14, 12 *al.* *huc pertinere videtur* CIC. inv. 2, 118 meretrix -am auream ne habeto; si habuerit, publica esto.

β corona agonalis, donatica, victrix (lemniscata, laurea, oleaginea, apiaca, pinea) necnon a curatore ludorum praesideve certaminum gestata: PLIN. nat. 16, 65 -arum lemniscis celebres antiquorum honore. 21, 6 Crassus Dives primus argento auroque folia imitatus ludis suis -as dedit, accesseruntque et lemnisci quos adici ipsarum -arum honor erat, propter Etruscas, quibus iungi nisi aurei non debebant. SERV. Aen. 5, 269 puniceis taeniis: vittis roseis et significat lemniscatas -as quae sunt de frondibus et discoloribus fasciis et, sicut Varro dicit, magni honoris sunt. 6, 772 *-ae* agonales i. e. lemniscatae (GLOSS. V 553, 56). PAVL. FEST. p. 69 donaticae -ae dictae quod his victores in ludis donabantur quae postea magnificentiae causa institutae sunt super modum aptarum capitibus quali amplitudine fiunt, cum Lares ornantur. p. 115. ENN. scaen. 52 is habet -am vitulans (*i.* παιανίζων) victoriā. ACC. trag. 445 pro se quisque cum -a clarum conestat caput. 446 cuius (*sc. apri*) exuvias et -am huic muneravit virgini. RHET. Her. 3, 22, 37 si aliquas *imagines* exornabimus, ut si -is aut veste purpurea. 4, 47, 60 uti citharoedus cum prodierit ... cum clamyde purpurea ... cum -a aurea (*om. codd. mutili*) magnis fulgentibus gemmis illuminata. CIC. Tusc. 5, 9 ut illic alii corporibus exercitatis gloriam et nobilitatem -ae peterent (opt. gen. 8 non ab Olympiis -am petant). epist. 5, 12, 8 qui (*praecones ludorum*) cum ceteris -as imposuerint (AMM. 14, 11, 12 capiti Thoracis aurigae -am imposuit, ut victoris) victoribus ... cum ipsi ante ludorum missionem -a donentur *eqs.* NEP. Alc. 6, 3 quod numquam antea usu venerat, nisi Olympiae victoribus, -is laureis ... donabatur (HOR. ars 250 GELL. 18, 2, 4). VERG. Aen. 2, 66 Herculeaeque arbos um-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

brosa -ae. 5, 110 locantur ... viridesque -ae et palmae pretium victoribus. 5, 355 primam merui qui laude -am (Ov. hal. 68. Ivv. 8, 226 Graiaeque apium meruisse -ae). 5, 556 omnibus in morem (*sc. ludi*) tonsā coma pressa -ā (*perperam de galea* Serv. *ad l.*). Ov. ars 1, 727 Palladiae petitur cui palma -ae (*i. oleaginea -a qua olympionicae coronantur*). met. 10, 598 tegitur festa victrix Atalanta -a. Pont. 3, 4, 102. Liv. 33, 33, 2 -as lemniscosque iacientium (*praecedit* ludis dimissis). Gratt. 229 primae spes ambitiosa -ae. Vitr. 9 praef. 1 cum palma et -a ferant laudes (*de athletis*). Vell. 2, 40, 4 *Pompeius* scaenicis *ludis* autem praetexta -aque aurea uteretur (Plin. nat. 16, 147 cuius *hederae* -is poetae utuntur. Ivst. 16, 5, 10 veste purpurea et cothurnis regum tragicorum et aurea -a utebatur). Phaedr. 5, 7, 34 rogare populus hunc -am existimat. Sen. Tro. 849 -is Elida claram. dial. 1, 4, 2 descendisti ad Olympia ... -am habes, victoriam non habes. epist. 78, 16 quorum praemium non -a nec palma nec tubicen est *eqs.* Petron. 83 poeta sum et, ut spero, non humillimi spiritus, si modo -is aliquid credendum est, quas etiam ad imperitos (*i. versifices*; immeritos *Bücheler*) deferre gratia solet. Plin. nat. 8, 161. 15, 36 pinea -a victores apud Isthmum coronantur. 34, 94 in -is histrionum. Sil. 14, 54 sacrae portantem signa -ae (*de ludis Olympiacis.* Tac. ann. 15, 33 insignesque et antiquitus sacras -as adeptus *Nero.* Svet. Nero 25). Sil. 16, 434 veluti delapsa -a victoris capiti foret. 16, 505 prima -ae spes. 16, 525 viridi redimita -a (Mart. 12, 52, 1 tempora Pieria solitus redimire -a). Stat. silv. 3, 1, 153 parva suae simulacra -ae. 5, 3, 224 prensā vovet expirare -ā. 5, 3, 226 Chalcidicae Ceralia dona -ae ... tuli. Mart. 8, 33, 1 de praetoricia folium mihi, Paulle, -a mittis (*i. aurea ludis Apollinaribus a curatore gestata*). 9, 23, 4 venit ad has ultro nostra -a comas (*i. victor -am suam capiti statuae principis imposuit*). 9, 24, 5 non solam tribuit Pallas tibi, Care, -am. 9, 40, 1 Tarpeias Diodorus ad -as Romam cum peteret (*i. de agone Capitolino; cf.* Flor. Verg. p. 183 ne Africa -am magni Iovis attingeret. p. 184 -am ereptam manibus et capiti meo vidi). 9, 72, 1 Amyclaea frontem vittate -a (*de pugillatu*). Ivv. 6, 320 posita -a. Tac. ann. 16, 4 *senatus* offert imperatori victoriam cantus adicitque facundiae -am. Svet. Cal. 45 participes victoriae novo genere ac nomine -arum donavit, quas distinctas solis ac lunae siderumque specie exploratorias appellavit. Nero 12 orationis quidem carminisque latini -am ... concessam sibi recepit. 21. 22 citharoedorum -as ad ipsum mittere. 25 -amque capite gerens Olympiacam *eqs.* (Avson. 195, 7 sertum -ae praeferens Olympiae. 388, 1 primus *Iuppiter* Olympiacae sacravit festa -ae). 32 revocavit et praemia -arum quae umquam sibi civitates in certaminibus detulissent. 53 post scaenicas -as ... descensurum eum ad Olympia inter athletas (Heges. 3, 1, 1). Vesp. 19 *citharoedis* -as aureas dedit. Dom. 4 certamini praesedit crepidatus purpureaque amictus toga Graecanica, capite gestans -am auream cum effigie Iovis ac Iunonis Minervaeque. Avr. Fronto p. 26, 19 N. cape -am. Papin. dig. 42, 1, 40 quae *commoda* propter -as sacras praestantur (*in ludis sacris*). Gell. 18, 2, 3 -am e lauro plexam *al.* Tert. nat. 2, 5 non tibias aut citharas -am ad praemium adiudicatis. scorp. 6 *bis.* spect. 7. 11 si vel apparatus agonum idololatria conspurcat de -is profanis. 12. 18. Itala I Cor. 9, 24 (Cypr. testim. 3, 26) nescitis, quia qui in stadio currunt ... unus tamen accipit -am? (τὸ βραβεῖον, Vvlg. bravium. Hyg. fab. 74 p. 79 in quibus *ludis* victores apiacam -am accipiunt. Vvlg. I Cor. 9, 25 ut corruptibilem -am [στέφανον] accipiant). Sol. 1, 74 ex Olympico certamine pancratii -am reportavit. 1, 97. Papyr. Lips. 44 ii 6 (*saec. IV in.*) ne sub specie -arum declinandi munera civilia potestas omnibus detur (*cf.* Inst. Iust. 10, 54, 1). Paneg. 4, 13 -ae testimonium petunt (*in sacris certaminibus*). 7, 21 Apollinem tuum comitante Victoria -as tibi laureas offerentem. Treb. Gall. 12, 3 -am venatori misit. Arnob. nat. 4, 36 irrisoribus numinum (*i. histrionibus*) dona instituuntur ... immunitas et vacatio cum -is. Ps. Prob. Verg. georg. 3, 19 sumpta apiacea -a. Ambr. psalm. 118 serm. he 27 de viridi luctantes -a. Vvlg. apoc. 6, 2 data est ei -a et exivit vincens. Clavd. 17, 288 *Calliope* Palaemoniis manus explorata -is adsit et Eleo pubes laudata Tonanti. Cassiod. var. 8, 22, 1 certantes in stadio numerosior -a glorificat. Corp. XII 3324 Ↄ (*i. -arum*) xxxvii (*de essedario victore*). 3331 L(*iberatus*) Ↄ (*-arum*) ix (*de gladiatore*). *fortasse huc pertinet*: Varro Men. 206 (*in imagine*) non subsilies ac plaudes et ab Arato posces astricam -am? quid enim hoc mirius?

d *insigne cuiuslibet* **dignitatis,** *officii, -a regalis, sacerdotalis, diadema; cf.* Gell. 7, 7, 8 cuius sacerdotii (*sc. fratrum Arvalium*) insigne est spicea -a et albae infulae. Verg. Aen. 7, 75 accensa -am insignem gemmis. 8, 505 ipse oratores ad me regnique -am cum sceptro misit. Cvrt. 10, 1, 32 -a aurea imposita amiculo cui adsueverat ipse, solium ... velavit (Amm. 31, 10, 21 ambigenti super -a capiti imponenda Iuliano Caesari. Vvlg. psalm. 20, 4 posuisti in capite eius -am de lapide pretioso. Zach. 6, 11 facies -as et pones in capite Iesu ... sacerdotis magni. *cf. etiam p. 984, 24*). Plin. nat. 18, 6 spicea -a ... sacerdotio ei pro religiosissimo insigni data (*ibid.* quae spicea prima apud Romanos fuit -a honosque is nonnisi vita finitur. Act. Arv. a. 87, 2, 24 fratres Arvales ... -is spiceis vittatis lucum Deae Diae ad summotum escenderunt. 2, 29 *saepe. cf. supra l. 74. p. 984, 49*). Svet. Dom. 4 capite gestans -am auream ..., assidentibus Diali sacerdote et collegio Flavialium pari habitu nisi quod illorum -is inerat et ipsius (*Domitiani*) imago. Fronto p. 19, 1 N. idem evenit floribus et -is. alia dignitate sunt quam a coronariis veneunt, alia quam a sacerdotibus porriguntur. Apvl. met. 11, 6 sacerdos ... roseam manu dextera ... gestabit -am. 11, 24 caput decore -a cinxerat ... sic ad instar Solis exornato *eqs.* Tert. idol. 18 -ae aureae sacerdotum provincialium. Act. lud. saec. Sept. Sev. 3, 79 pilum de fron⟨te⟩ hos⟨tiae⟩ secavit ⟨et ac⟩cita -a (3, 80). 4, 4 praetextis sumptis et -is ... rem divinam fece⟨runt⟩. Act. Arv. a. 219, 5. Epist. quindecimvir. (Corp. X 3698 [*a. 289*]) 24 occavo et -a dumtaxat intra fines coloniae vestrae uti *sacerdotes.* Paneg. 9, 25 *tibi* Italia scutum et -am, cuncta aurea dedicarunt ... debetur virtuti scutum et -a pietati (*cf. p. 992, 53*). Capitol. Aur. 4, 3 -as omnibus in pulvinari ex more iacientibus (*sc. Saliis*) huius (*Aurelii*) velut manu capiti Martis aptata est. Treb. trig. tyr. 25, 4 accipiens ab his sceptrum, -am. Amm. 21, 1, 4 inter exordia principatus vili -a circumdatus erat (26, 2, 3 principali habitu circumdatus et -a). 25, 9, 4 oblatam ei -am aliquamdiu recusans. 27, 6, 11 -a (*sc. principali*) indumentisque supremae fortunae ornatum filium. 29, 5, 16 -am sacerdotalem cum ceteris quae interceperat. Vvlg. Iob 19, 9 abstulit -am de capite meo. 31, 36 prov. 27, 24. Sirach 32, 3 ornamentum gratiae accipias -am (*alii aliter interpretantur*). 40, 4. 45, 14. 47, 7 in offerendo illi -am gloriae (*i. insigne regium*). Ezech. 16, 12 dedi -am decoris in capite tuo. 24, 17 -a tua circumligata sit tibi. 24, 23 I Macc. 10, 20 apoc. 4, 4. 10. 14, 14. Clavd. 22, 92 lapidum distinctas igne -as dividis ex aequo (*i. insigne regium*). Vincent. Ler. 5, 7 *ut* deiectas sacerdotum -as reponeret. *nota*: Sidon. epist. 2, 13, 3 potestatis immensae vertiginem sub -a patiebatur *Maximus imperator* (*ibid.* principalis apex).

-a spinea Christo diadematis loco per ludibrium imposita: Lact. inst. 4, 26, 21 -a spinea capiti eius imposita (Hil. in Matth. 33, 3 Vvlg. Marc. 15, 17 Ioh. 19, 2). Hier. epist. 54, 14 pro -a spinea. *saepe.* *nota metonymice in allocutione papae, episcoporum, i. q. sanctitas tua*: Priscill. tract. 2 p. 38, 6 haec ideo apud venerabilem -am tuam (*i. Damasi.* p. 39, 21 ut sciat -a venerabilitatis tuae. p. 42, 13). Hier. epist. 142 precor -am tuam. Pavl. Nol. epist. 3, 3 ad venerabilem socium -ae tuae. 14, 4 tota illa benedictio super caput tuum et in -ae tuae cumulum supertexta florescat. Avg. epist. 33, 5 per -am nostram nos adiurant. Epist. pontif. Thiel 14. 1 Leo M. epist. 3, 1. 65, 1. 4 obsecramus -am sanctimoniae vestrae. 99, 5 -am vestram venerans saluto *al.* Avell. p. 72, 3. 667, 26 a vestra venerabili -a directus est. p. 673, 19. 674, 9 a sancta -a vestra. Sidon. epist. 6, 3, 2 auctoritas -ae tuae *al.* Ennod. epist. 3, 17 p. 85, 3. 6, 17 p. 159, 9. 9, 27 p. 248, 25 *persaepe.*

3 *ornamentum capitale* **deis** *attributum, plerumque e floribus, velut -a laurea Apollinis, hederacea Bacchi, oleaginea Minervae, spicea Demetris* (*cf.* Arnob. nat. 7, 3, 2 dei sertis, -is afficiuntur et floribus): Enn. scaen. 51 volans de caelo cum -a et taeniis (*sc. Paris quasi deus*). Hor. carm. saec. 30 tellus spicea donet Cererem -a (Tib. 1, 1, 15 *tibi Cereri* -a spicea quae templi pendeat ante fores. Germ. frg. 4, 16 spicea pendet ante Larem ... perfecta messa -a. *possunt etiam ad I B 1 referri*). Ov. fast. 4, 945 venit variis florum dea nexa -is. 5, 219 accedunt Charites nectuntque -as sertaque caelestes implicitura comas. Vell. 2, 82, 4 redimitus hederis -aque velatus ... Liber pater (Mart. 12, 98, 1 Baetis [*deus Amnis*] olivifera crinem redimite -a). Bass. gramm. VI 255, 3 hedera te -is hasta viridis armet. Stat. silv. 1, 2, 228 hic enthea lauro tempora (*sc. Apollo*), Minoa crinem premit illa -a. Apvl. met. 10, 30 irrupit alia quam putares Minervam caput contecta fulgenti galea et oleaginea -a tegebatur ipsa galea (*praecedit* diadema candida Iunonis). 11, 3 -a multiformis variis floribus sublimem distinxerat verticem (*sc. Lunae*). 11, 4. 27 magno deo (*Osiridi*) -as exaptat. *nota alia deorum ornamenta in modum -ae conformata* (*cf. etiam p. 981, 41*): *Cybeles*: Lvcr. 2, 606 muralique caput summum cinxere -a eximiis munita locis quia sustinet urbes. Ov. fast. 4, 219 cur turrifera caput est onerata -a (6, 321 turrigera frontem Cybele redimita -a. Lvcan. 2, 358 turritaque premens frontem matrona -a *in nuptiis*). *radiata -a, plerumque Solis*: Stat. Theb. 3, 411 auratae textum sublime -ae deripiunt *Horae.* 6, 366 textumque illustre -ae subligat. Lact. Phoen. 139 arquata est ... radiata -a Phoebi referens verticis alta decus. Mart. Cap. 1, 75 erat illi in circulum ducta fulgens -a. *Iovis*: Svet. Aug. 94, 6 videre visus est filium cum sceptro exuviisque Iovis O. M. ac radiata -a. Drac. Orest. 243 Iuppiter fronte -am fundebat. *Minervae*: Mart. Cap. 1, 40 septem radiorum -am solivaga virginitas renudavit. *huc referri potest*: Vvlg. apoc. 12, 1 in capite eius (*mulieris*) -a stellarum duodecim. *Isidis*: Corp. X 2215, 11 -am analempsiacam (XIV 21, 4 add.). *de sensu ambiguo cf. vol. II p. 15, 64 et Mau, PW. I 2055.*

C *quasi* **technice:** **1** *-a herbarum in arte medica adhibita*: Scrib. Larg. 271 sertulae Campanae -as decem. Plin. nat. 20, 152 dignior e puleio -a Varroni quam e rosa ... nam et capitis dolores imposita dicitur levare (21, 130 crapulam et gravedines capitis impositis -is ... discutiunt. 21, 138. 22, 64. 24, 108. 176. 27, 117). Ser. Samm. 92 tempora languentis medica redimire -a. **2** *sub*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-a vēnire, vendere, venumdare, emere (*praeter has locutiones* sub -a *non legitur nisi* SIDON. *p. 984, 28*): CAEL. SAB. Gell. 6 (7), 4, 3 sicuti antiquitus mancipia iure belli capta -is induta veniebant et idcirco dicebantur ʻsub -aʼ venire. ... ea -a signum erat captivorum venalium. PAVL. FEST. p. 306 sub -a venire dicuntur, quia captivi coronati solent venire. GELL. 6 (7), 4, 4 est autem alia rationis opinio (*sc. atque Sabini*) cur dici solitum sit captivos ʻsub -aʼ venumdari quod milites custodiae causa captivorum venalium greges circumstarent eaque circumstatio militum -a appellata sit (*v. p. 986, 58*). PLAVT. Hort. frg. 1 praeco ibi adsit cum -a quique liceat veneat (LIV. 2, 17, 6. 8, 37, 11. 9, 42, 8. 21, 51, 2. 34, 16, 10. 35, 36, 10. 38, 29, 11. 41, 11, 7. 42, 63, 10. 43, 4, 10 VAL. MAX. 9, 10, 1 CVRT. 9, 8, 15 GRAN. LIC. p. 26, 2). VARRO rust. 2, 10, 4 sub -a emit. CAES. Gall. 3, 16, 4 omni senatu necato reliquos sub -a vendidit (LIV. 5, 22, 1. 24, 42, 11. 42, 63, 12 FRONTO p. 220, 21 N. VOPISC. Aurelian. 7, 1 IVST. 8, 3, 3. 11, 4, 8. 34, 2, 6 OROS. hist. 3, 12, 17. 3, 16, 2. 4, 7, 6 *saepe*). LIV. 4, 34, 5 aliis sub -a venumdatis (TAC. hist. 1, 68 ann. 13, 69 FLOR. epit. 4, 12, 52).

II ***in imagine*:** A *de laude poetica*: LVCR. 1, 118 Ennius . . . qui primus amoeno detulit ex Helicone perenni fronde -am. 1, 929 (= 4, 4) iuvatque novos decerpere flores insignemque meo capiti petere inde -am. 6, 95 te (*Calliope*) duce ut insigni capiam cum laude -am. HOR. sat. 1, 10, 49 neque ego illi (*Lucilio*) detrahere ausim haerentem capiti cum multa laude -am. epist. 2, 2, 95 audi, quid ferat et qua re sibi nectat uterque -am. PROP. 3, 1, 20 mollia, Pegasides, date vestro serta poetae, non faciet capiti dura -a meo. 4, 1, 61 Ennius hirsuta cingat sua dicta -a, mi folia ex hedera porrige, Bacche, tua. 4, 10, 4 dat mihi gloria vires, non iuvat e facili lecta -a iugo. OV. Pont. 3, 4, 64 quid mirum, lectis exhausto floribus horto, si duce non facta est digna -a suo? 4, 14, 55 tempora sacrata mea sunt velata -a, publicus invito quam favor imposuit. trist. 1, 7, 4 ista *serta* decent laetos felicia signa poetas, temporibus non est apta -a meis. STAT. silv. 2, 1, 116 crinemque decorum fregisset (pressisset *alii*) rosea lasciva Thalia -a. MART. 8, 70, 5 Pieriam tenui frontem redimire -a.

B *merces, praemium, summum decus, cacumen, gloria sim., plerumque cum genet. rei incorporeae, apud* ECCL. *saepe de martyrio*: EVCHER. form. 9 p. 59, 1 -a: aeternae gloria pro iustitia merces. VAL. MAX. 2, 1, 3 quae uno contentae matrimonio fuerant -a pudicitiae honorabantur. TERT. mart. 3 in quo *agone* -a aeternitatis bravium angelicae substantiae est. DOCTR. apost. 6, 5 per haec sancta certamina pervenies ad -am. LACT. inst. 4, 25, 10 virtus perfecta -am vincentibus et mercedem immortalitatis impertit. 6, 4, 11 dabitur ei -a virtutis (HIER. epist. 3, 5 fruatur ille virtutis -a. 96, 20 super omnia quasi culmen et -a virtutum. PETR. CHRYS. serm. 147 p. 595^A VAL. CEM. hom. 12, 7). LACT. epit. 68 (73), 5 -am fidei vel praemium immortalitatis adipisci. mort. pers. 1 sempiternam sibi -am pro fidei meritis quaesierunt. 16 cum tibi parata esset victrix -a. FIRM. err. 29, 4 vobis caelestis victoriae -a collata est (HIL. in Matth. 33, 3 ex quibus *spinis* Christo victoriae -a contexitur). PS. HIL. libell. 14 martyrii -am (HIER. epist. 7, 6 RVFIN. apol. Orig. 8 p. 603 hist. 5, 1, 34. 55. 6, 5, 7 -as martyrii impetratas. CLAVD. carm. min. 30, 189 magnisque -is coniugium fit causa tuum. AVG. civ. 20, 13 serm. ed. Mai 19, 1. 56, 1 martyrialem sortitus est ... -am. VICT. VIT. 3, 27 PAVL. MED. vita Ambr. 52 VAL. CEM. hom. 16, 1 FAVST. REI. serm. 13 p. 275, 24 OROS. hist. 7, 32, 9). PRISCILL. tract. 2 p. 42, 25 -am aeterni sacerdotii non omittat. VEG. mulom. 1, 56, 38 difficultatem -am (*i. laudem*) velocitatis optantibus ingerit. AMBR. virg. 2, 4, 23 venit -ae dies. inst. virg. 16, 98 -am capiti eius aeternae pietatis imposuit. obit. Valent. 70 tamquam rex, peccati victor et caelesti -a redimitus ascendit. AMBROSIAST. in Philem. 1, 22 ut animae suae et corpori -as immortalitatis acquireret. *sim. saepe*. HIER. epist. 22, 5 virginitatis -am et nuptiarum perdidit voluptatem. 23, 2 -am iam securitatis accepit. 54, 1 viduitatis -am ... conservare. 92, 5 -am iustitiae praestolemur (VVLG. II Tim. 4, 8 reposita est mihi -a iustitiae. PAVL. NOL. epist. app. 1, 7 extr. ut accipies -am iustitiae et diadema gloriae demum domini. SVLP. SEV. epist. 2, 7 cui ... reddita est -a iustitiae). HIER. epist. 98, 1 ubi (*in angelorum choris*) -ae et praemia et certa victoria est. 100, 5 -am ... victores lubricae voluptatis ... possident. VVLG. prov. 4, 9 dabit capiti tuo augmenta gratiarum et -a inclyta proteget te. 12, 4 mulier diligens, -a est viro suo (*i. decus.* CARM. epigr. 92, 3 vere -am te [*uxorem*] accepi). prov. 14, 24 -a sapientium, divitiae eorum. 16, 31 -a dignitatis senectus. 17, 6 -a senum filii filiorum. psalm. 64, 12 benedices -ae anni benignitatis tuae (*v.* HIL. *ad l., sed potest etiam de anno absoluto intellegi*). Sirach 1, 11 timor dei ... laetitia et -a exultationis. 1, 22 -a sapientiae timor domini. 6, 32 -am gratulationis superpones tibi. 25, 8 -a senum multa peritia. Is. 28, 1 vae -ae superbiae, ebriis Ephraim (28, 3 pedibus conculcabitur -a superbiae). 28, 5 erit dominus exercituum -a gloriae (62, 3 Ier. 13, 18 I Thess. 2, 19. I Petr. 5, 4 percipietis immarcescibilem [VICT. VIT. 3, 41. CARM. epigr. 1617, 3 meruit immarcibile(m) -am] gloriae -am. RVFIN. hist. 8, 9, 6 -a splendoris gloriae Christi [*deest gr.*]. VAL. CEM. hom. 16, 4 FACVND. defens. 2, 3 p. 571^A). VVLG. Zach. 6, 14 -ae erunt Helem et Tobiae. Phil. 4, 1 fratres mei ... gaudium meum et -a mea. Iac. 1, 12 accipiet -am vitae (apoc. 2, 10 dabo tibi -am vitae). apoc. 3, 11 ut nemo accipiat -am tuam. AVG. civ. 8, 27 p. 366 nos ad imitationem talium -arum atque palmarum ... adhortemur? SVLP. SEV. dial. 1, 12, 3 ubi durior pugna, ibi gloriosior est -a. OROS. hist. 7, 21, 2 plurimos sanctorum ad -as Christi ... misit. ZACCH. 3, 9 sublimium -arum honore fulgebunt. SACR. Leon. p. 344 *apostolos Petrum et Paulum* una dies in aeternum et una -a (*fortasse i. martyrium*) sociavit. VAL. CEM. hom. 17, 4 discite quae sit pompa vulnerum, quae -a lacrimarum. VICT. VIT. 1, 50 confortatur Saturus ad -am. 2, 30 festinant hilares ad -as [*v. l.* -am] (2, 34 pergitis ad -as [*v. l.* -am]). ALC. AVIT. carm. 6, 84 -as miserit in caelum. 6, 202 matris gemina gaudere -a. 6, 513 quod famam violare cupit, dedit inde -am. CASSIOD. inst. div. 32 in agone sanguinis ... positae ... -ae. DAMAS. epigr. 47 sanguine quod proprio Christi meruere -as (CARM. epigr. 317). PASS. Mar. Iac. 1 gloriam -ae suae. 2 -ae locum (*i. symbolum martyrii.* 11) gloriam -ae suae. 7 -am divinae dignationis. CARM. epigr. 749, 3 -am pacis habes. INSCR. christ. Rossi II p. 71, 42. 101, 23. 127, 6. 257, 1 *al.* (*de martyrio*). INSCR. Revue archéol. 1906 p. 209 perpetuitatis -a accept(a).

III ***translate*** *de qualibet re in speciem -ae, anuli, orbis, circuli conformata*: A *i. q.* ***circulus hominum*** *qui aliquid vel aliquem circumdant*: 1 *generatim i. q. coetus, caterva, turba sim.*: LACT. inst. 4, 26, 21 -a dicitur circumstans in orbem populus. CIC. Verr. 4, 49 populo se ac -ae daturum. Flacc. 69 vox in -am turbamque effunditur. Mil. 1 non enim -a consessus vester cinctus est, ut solebat (LVCAN. 1, 321 iudicium insolita trepidum cinxere -a. STAT. Theb. 2, 227 casta matrem cinxere -a). Brut. 192 si a -a relictus sim (289). 290 -a multiplex ... -a silentium. orat. 21. nat. deor. 2, 1 -a tibi et iudices defuerunt. Tusc. 1, 10 tibi ipsi pro te erit maxima -a causa dicenda. fin. 2, 74 si -am times. 4, 74 aliquid etiam -ae datum. Att. 9, 8, 1. CATVLL. 53, 1 risi nescio quem modo e -a. VERG. Aen. 9, 548 *fera* densā venantum saepta -ā. HOR. ars 381 ne spissae risum tollant impune -ae. OV. met. 13, 1 vulgi stante -a. LIV. 28, 29, 10 exercitus -a contionem circumdederat. SEN. contr. 9, 4 (27), 18 tristem circa -am iudicii. VAL. MAX. 6, 8, 1 stabat in -a. 8, 10, 2 *Aesopum* illo causas agente in -a frequenter astitisse. SEN. dial. 3, 12, 3 ad -am (*i. plebem*) venis. 4, 7, 3 -a ... corrupta. 10, 20, 2 imperitae -ae assensiones (epist. 20, 2). epist. 114, 12 corrupta excipi non tantum ⟨a⟩ -a sordidiore, sed ab hac quoque turba cultiore. LVCAN. 2, 120 innumeras inter carpentis membra -ae. PLIN. nat. 8, 145 magna populi Romani -a. MART. 1, 41, 6 vendit qui madidum cicer -ae. 6, 38, 5 densumque -a vulgus. 7, 72, 10 unctae det favor arbiter -ae. QVINT. inst. 12, 10, 74 vulgi -a. PLIN. epist. 2, 14, 6 ingens -a collegitur. 6, 33, 3 densa circumstantium -a latissimum iudicium (SVET. Aug. 93 APVL. met. 2, 13 flor. 14 p. 49). 7, 17, 9 si latior scaena et -a diffusior. LAMPR. Heliog. 10, 1 per -as iacere sermones. Alex. 9, 4 per populi et honestorum -as una vox. AMM. 23, 5, 15 -a celsarum circumdatus potestatum. VVLG. Sirach 50, 13 circa illum -a fratrum. CLAVD. 5, 393 ensiferae stupuit rumore -ae. 27, 16 circumfusi sacra -a chori. rapt. Pros. 2, 56 socia stipant utrimque -a (caterva *alii codd.*). CYPR. GALL. exod. 390 si rara -a omnia non carpsit, vicinum adiungere fas est. SIDON. carm. 23, 216 raucae acclamatio sibilans -ae. OROS. apol. 3, 4 exposui vestrae -ae breviter. 7, 7 a vestra -a corrogati. CASSIOD. var. 1, 4, 1 -am vestram (*i. senatum*). *nota de bestiis*: CORIPP. Ioh. 2, 94 pecus varium densa vallante -a ponit.

2 *speciatim de manu militum urbem, hostes al. circumvallante, cingente vel de acie in modum -ae instructa, cf.* GELL. 6, 4, 4 (*v. p. 985, 6*): CIC. Phil. 2, 112 cur armatorum -a senatus saeptus est. CAES. Gall. 7, 72, 2 totum opus -a militum cingeretur (VERG. Aen. 10, 122 [= 11, 475] rara muros cinxere -a. LIV. 7, 27, 7. 10, 43, 1. 23, 27, 7. 24, 2, 10 SIL. 7, 589 TAC. hist. 3, 27. AMM. 19, 2, 5 urbem ... terribili -a cinxerunt). BELL. Afr. 17, 1 -am hostium ... dividit. 70, 2. Hisp. 13, 7 -a circumdata (LIV. 4, 47, 5. 23, 18, 5. 23, 44, 3 CVRT. 4, 6, 10. 7, 6, 19 TREB. Gall. 7, 2. AMM. 24, 2, 9 armatorum triplici -a circumdatis muris). VERG. Aen. 9, 506 qua rara est acies, interlucetque -a non tam spissa viris. 12, 744 densa Teucri inclusere -a. HOR. epist. 1, 18, 53 scis, quo clamore -ae proelia sustineas campestria. LIV. 4, 19, 8 -a primum vallum defendit (4, 27, 7. LVCAN. 3, 374 moenia clausa ... et densa iuvenum vallata -a [SIL. 13, 140]. *non alibi de defensione*). 26, 45, 5 scalis et -a capi urbem non posse (43, 18, 7 CVRT. 7, 6, 16. 9, 1, 14. 9, 4, 4 HIER. in Ier. 21, 3). LIV. 34, 38, 3 -a oppugnandum ratus omnibus copiis (37, 5, 5). 37, 4, 10 -a moenia est aggressus. 42, 63, 5. LVCAN. 6, 289 ut parva disponeret arma -a. SIL. 5, 200 circumfundente -a (7, 308 FRONTIN. strat. 3, 17, 4). STAT. Theb. 1, 612 virûm stipante -a. 5, 17 simili procerum vallante -a. 11, 422 FRONTIN. strat. 1, 5, 23 HIER. in Ier. 6, 6.

B ***de rebus*:** 1 *t. t. agrimensorum, i. q. summus agrorum margo*: CATO agr. 6, 3 circum -as et circum vias ulmos serito. PLIN. nat. 12, 9 saxea intus crepidinis -a muscosos complexa pumices. LIB. col. I p. 217, 1 vias cavas, itinera, -as. 218, 3 riparum et -arum natura. TRACT. de agr. insp. grom. p. 282, 12 sunt etiam et -ae plerumque vepribus quas in limitibus serunt. *adde*: VVLG. Ezech. 43, 17 -a in circuitu eius dimidii cubiti (43, 20 pones ... et super -am in circuitu).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *de -is caelestibus*: **a** *de sole, luna, arcu, circulo sidereo al., saepe etiam i. q.* ἅλως: SEN. nat. 1, 2, 1 hunc *circulum* Graeci halo vocant, nos dicere -am aptissime possumus. VARRO frg. Plin. nat. 18, 348 nisi si -am circa se habebit *luna.* MANIL. 1, 755 an maior densā stellarum turba -a contexit flammas (*de orbe lacteo*). SEN. nat. 1, 2, 3. 5. 6. 7 -ae cum delapsae sunt. 1, 2, 10. 1, 9, 10 (*ter*). 1, 14, 1. 1, 15, 6. 7. 7, 12, 8 -ae quae solem lunamve cingunt. PLIN. nat. 2, 98 circa solis orbem ceu spiceae -ae et versicolores circuli ... existunt eaedem -ae circa lunam et circa nobilia astra caeloque inhaerentem. APVL. mund. 16 -a non discolora. AVSON. 372, 6 proxima fraternae succedit Luna -ae (*de sole*). HYG. astr. 2, 27 ante huius (*sc. Sagittarii*) pedes stellae sunt paucae in rotundo deformatae, quas -am eius (*sc. Croti*) ... nonnulli dixerunt (3, 26). 3, 26 -a autem Centauri est stellarum VII. AVSON. 369, 30 toto fovet igne -ae (*de zodiaco.* MART. CAP. 1, 66 *Iuppiter* apponit primum vertici regalis serti flammantem -am). **b** *de Ariadnes sidere*: OV. fast. 5, 345 Bacchus amat flores, Baccho placuisse -am ex Ariadneo sidere nosse potes. PORPH. Hor. carm. 2, 19, 13/14 Ariadnes -am significat quam Liber pater inter sidera collocavit. GLOSS. -a duodecim signis proxima, in qua Ariadne (mariane *cod.*) Liberi uxor figurata est. HYG. astr. 2, 5 -a: haec existimatur Ariadnes fuisse a Libero patre inter sidera collocata ... alii dicunt hanc -am Thesei esse. SCHOL. Germ. Bas. p. 61, 17 -a dicitur esse Ariadnes. p. 62, 10. CIC. Arat. 351 cedit delapsa -a. 409. 448. frg. 12^b. CATVLL. 66, 61 ex Ariadneis aurea temporibus fixa -a foret. VERG. georg. 1, 222 Cnosiaque ardentis decedat stella -ae. PROP. 3, 20, 18 testis sidereae torta -a deae (*alii cum Passeratio tota scribentes de nocte intellegunt*). OV. epist. 6, 115 Bacchi coniunx redimitā -ā. 17, 151 spectet claramque -am. ars 1, 558 reget dubiam Cressā -a ratem (fast. 3, 459 -am Gnosida [STAT. silv. 1, 6, 88 Gnosiacae facem -ae]. GERM. 590 Minoae serta -ae [692 AVIEN. Arat. 1080]). OV. fast. 3, 513 sintque tuae tecum faciam monumenta -ae ... aurea per stellas nunc micat illa novem. *sed cf.* fast. 5, 345 *supra l. 16.* met. 8, 178 sumptam de fronte -am immisit *Liber* caelo. 8, 181 specie remanente -ae. trist. 5, 42 vicinaque sidera vincat coniugis in caelo clara -a tuae. MANIL. 1, 319 claro volat orbe -a. 5, 269 Virginis hoc anni poscunt floresque -ae. 5, 21 Ariadneae caelestia dona -ae. 5, 253 cara Ariadneae quondam monumenta -ae. VITR. 9, 4, 4 -am tangit. 9, 4, 5. GERM. 71 clara Ariadnaeo sacratast igne -a. 87 stella sub aetheria lucet crinita (clinata *coni. Maass*) -a. 391. 636. 667 totius serta -ae. COLVM. 11, 2, 51. 73. 74 PETRON. 39 PLIN. nat. 18, 224. 269. 312. 313 CARM. poet. min. V 58, 4. 68, 8 AVIEN. Arat. 199. 247. 1083. 1150. 1211. AVSON. 325, 33 vanae simulacra -ae. 370, 2 HYG. astr. 2 praef. 3, 4. 4, 12 *al.*

3 *t. t. architect. i. q. cornix, antepagmentum,* κυμάτιον: VITR. 1, 1, 5 insuper mutulos et -as collocaverit. 1, 2, 6. 2, 8, 18 proiecturas -arum (3, 5, 11). 3, 4, 5. 3, 5, 11 -a cum suo cymatio. 3, 5, 12 frons -ae. 7, 3, 5 -is explicatis. *42^ies*. PLIN. nat. 36, 183. PALLAD. 1, 11 structura testacea cum -is prominentibus. *huc referendum fere i. q. crepido*: CVRT. 9, 4, 30 angusta muri -a. VLP. dig. 34, 2, 19, 14 in -is mensarum gemmae cedent et hae mensis (*bis*). ITALA deut. 22, 8 (Lugd.) si ... feceris -am tecto (*ποιήσεις στεφάνην τῷ δώματί σου*, VVLG. facies murum tecti per circuitum). VVLG. exod. 25, 11 *faciesque* supra (*sc. arcam foederis*) -am auream per circuitum (25, 25 *facies* ipsi labio -am interrasilem. 25, 27. 30, 3. 37, 2 *al.*).

4 *de montibus, arboribus sim. quasi in modum circuli vel semicirculi sitis*: LVCAN. 2, 411 populea fluvium ripas umbrasse -a. PLIN. nat. 6, 73 hos Indus includit montium -a circumdatos et solitudinibus (IORD. Get. 74 *quae patria* -a montium cingitur). STAT. Theb. 6, 255 collibus incurvis viridique obsessa -a vallis in amplexu nemorum sedet. SIDON. epist. 2, 2, 18 silvarum -a. *de fluviis circuitum efficientibus*: IVL. HON. cosmogr. A 8 ex se duo effecti *fluvii* in -am occupant montem. B 8 ad eandem -am revertitur. B 10 ad unum redacti magnam faciunt -am *al*

5 *i. q. semicirculus hirsutus super pedem equi*: COLVM. 6, 15, 2. 6, 29, 3 -ae mediocres superposita sunt (PELAGON. 2). PELAGON. 129 (*gr.* κύκλον). 256 si equus -am torserit. CHIRON 20. 21. 52. 163 *saepe.* VEG. mulom. 1, 13, 1. 1, 38, 12 *persaepe.*

6 *de variis rebus rotundis*: LIV. 38, 29, 7 -as modici circuli magno ex intervallo loci assueti traicere non capita solum hostium vulnerabant *funditores eqs.* MANIL. 4, 595 ipsa natat tellus pelagi lustrata -a (MACR. somn. 2, 9, 2 prior eius *Oceani* -a per zonam terrae calidam meat ... flexum circi aequinoctialis imitata).
STAT. Theb. 4, 168 squalet triplici ramosā -a (*i. flexu*) hydra recens obitu. MART. 3, 47, 10 illic -am pinguibus gravem turdis (*fere i. turdos in orbem quendam deinceps iungere* 13, 51, 2). *similiter* 12, 32, 19 a pulei. 13, 35, 2 filia Picenae venio Lucanica porcae: pultibus hinc niveis grata -a datur. MART. 11, 18, 7 clusae cui folium rosae -a est (*i. rotunda florum area*). VOPISC. Aurelian. 35, 1 bilibres -as populo promisisse et cum aureas populus speraret ... -as eum fecisse de panibus qui nunc siliginei vocantur. *cf.* GREG. M. dial. 4, 55 p. 417^B presbyter duas secum oblationum -as detulit (*i.* προσφοράς, *cf.* GLOSS. V 424, 4 duas -as: duo panes pertussos similes -ae). SERV. georg. 1, 304 aut revera -as aut spiras funium accipimus. *i. q. contextus, florilegium*: HIER. vir. ill. praef. illi potuerunt quasi de ingenti prato non parvam opusculi sui -am contexere. epist. 122, 4 p. 898 de speciosissimis floribus (*i. locis sacrae scripturae*) -am tibi texere paenitentiae. 123, 1 varios testimoniorum flores in unam pudicitiae -am texuimus. CASSIOD. gramm. VII 145, 15 erit itaque propositum nostrum quae ... ab antiquis tradita sunt quasi in unam -am redigere. NICET. p. 52 de totis enim scripturis haec sub brevitate collectae sunt tamquam gemmae pretiosae in una -a compositae.
VVLG. I Macc. 10, 29 -as remitto et tertias seminis (*de tributo*). 11, 35. 13, 37. CHIRON 511 planta -ae bubulae (*i. cunila bubula* 524. 950. 953 *al.* APIC. 4, 144. 145). MVTIAN. Chrysost. hom. 6, 4 clara est omnis eius (*sc. caeli*) -a. ISID. orig. 11, 1, 38 circulus quo a pupilla partes albae oculi separantur discreta nigredine -a dicitur. TAB. devot. Audollent 247, 6 in ampiteatri -a (250 B 7 desub ampiteatri -a. 252, 12 κορονα αμπιθεατρι. 254 A 7). ENNOD. opusc. 1, 57 p. 276, 23 -am curiae (*i. senatum*) innumero flore velasti. *cf.* CASSIOD. var. 1, 4. 19. *nota*: CASSIOD. in psalm. 100 extr. ut merito hunc numerum (*sc. centum*) obtinuisse videatur qui speciem desiderabilis -ae digitorum dexterae manus inflexione designat (*mystico sensu*). *de crinibus*: DRAC. laud. dei 3, 699 scaena capillorum fundens a fronte -am.

iuncturae verbales selectae: subiect.: circumdat, defendit, delabitur, disponit, excidit, labitur, marcent, protegit, sociat, stat, tegit, volat. *obiect. vel in passivo*: accipere, accomodare, adipisci, bibere, capere, carpere, circumligare, collocare, concedere, conservare, contexere, corrumpere, dare, decernere, deicere, demere, demittere, deponere, detrahere, devorare, dispertire, exaptare, explicare, facere, factitare, ferre, fundere, gerere, gestare, habere, iacere, indere, impertire, imponere, intendere, locare, mereri, mittere, nectere, obsecrare, offerre, pati, petere, plectere, ponere (*i. deponere*), porrigere, portare, praestolari, proicere, promittere, proponere, protegere, quaerere, quassare, recipere, reddere, referre, remittere, reportare, sacrare, scindere, serere, servare, sociare, sumere, superponere, surripere, suspendere, tangere, texere, tollere, torquere, traicere, tribuere, transferre, venerare. *cum abl.*: abuti, cingere, circumdare, consternere, decorare, donare, ornare, redimire, sternere, uti, velare, se vincire.

epitheta selecta: aetheria, agonalis, analempsiaca, angusta, apiaca, argentea, aurata, aurea, bilibris, caelestis, civica, classica, corruptibilis, Cressa, densa, diffusa, discolor, donatica, ensifera, florea, frequens, fulgens, gemmifera, Gnosiaca, gracilis, graminea, hederacea, hesterna, hiberna, iliginea, immarcessibilis (immarcibilis?), inaurata, insignis, interrasilis, lactea, languidula, laurea, lemniscata, martyrialis, maxima, mediocris, Minoa, mollis, multiplex, muralis, myrtea, navalis, nexilis, obsidionalis, odorata, oleaginea, olivifera, Olympiaca, ovalis, pactilis, pampinea, parva, patria, pinea, pomona, populea, praetoricia, profana, prominens, pulchra, quercea, (querna, quernea), radiata, rauca, rosacea (rosea), rostrata, sacerdotalis, sacra, sancta, scaenica, sempiterna, socia, sordida, speciosa, spicea, spinea, spissa, stipans, sutilis, tenuis, turrifera, turrita, tristis, triumphalis, uncta, vallans (vallata), vana, venerabilis, victrix, vilis, viridis, votiva.

deriv.: corolla, coronalis, coronarius, coroniola, coronula.

corōnālis, -e *a* corona. APVL. met. 1, 10 flammis -bus (*i. quae ex corona erumpunt*). IVL. VAL. 1, 7 -ia (*T*, coronaria *P*) obsequia eidem (*Alexandro*) undique confluebant (*fere i. favoris documenta quae ex -is constant*). CHIRON 657 sed si evenerit, ut eisdem locis super venas -es (*v. p. 987, 64*) duritias habeat ... sanguinis detractionem facies. PS. APVL. herb. 79 libanotis alia est -is a Sorano appellata ... quam Latini rosmarinum appellant.
CASSIOD. in psalm. 14 concl. hic vere numerus -is (*i. quasi perfectus, mystico sensu cf. p. 988, 16*). CASSIOD. in psalm. 93, 14 propter -e praemium. CASSIOD. in psalm. 110 concl. denarius quoniam -is (*i. rotundus*) est; unus, quia finem penitus non habebit *dominus.*

corōnāmen, -inis *n.* [*cf.* coronamentum. *Th.*]. *i. q. coronatio*: APVL. met. 11, 9 verno florentes -e *mulieres.*

corōnāmentum, -ī *n.* [*a* coronare; *cf.* στεφάνωμα. *Th.*]. *de re cf. Blümner, Technolog. I 305. i. q. flores coronales, nonnumquam de semine florum*: CATO agr. 8, 2 hortum omne genus, -a omne genus ... facito uti serantur (PLIN. nat. 21, 1 in hortis seri et -a iussit Cato). PLIN. nat. 1, 21, 1 naturae florum et -orum (22, 119). 1, 22, 7 medicinae ex reliquis -is. 18, 244. 21, 14. 40. 53. 55. 58. 70. 22, 53. ITALA Matth. 27, 29 (cod. δ) flectentes -um vel coronam (στέφανον, VVLG. coronam). *i. q. corona ipsa vel coronatio*: TERT. coron. 1 -o in manu otioso (*i. inutili, inepto*). [*dubia lectio* PLIN. nat. 21, 52.]

corōnāria, corōnārium *v. infra s.* coronarius.

corōnārius, -a, -um. **1** aurum -um *i. q. donum honorificum coronae aureae vice donatum, postea tributum impositum*: GELL. 5, 6, 6 id (*sc. corona triumphalis*) vulgo dicitur aurum -um. SERV. Aen. 8, 721 aurum -um dicit, quod triumphantibus hodieque a victis gentibus datur. imponebant autem hoc imperatores propter concessam immunitatem *eqs.* GLOSS. V 562, 8 aurum -um, quia imperatoribus coronatis offerebatur. *cf. etiam Marquardt, Staatsverw. II² 285.*
LEX Cic. leg. agr. 1, 12 *quod* pervenerit ... ex auro -o. CIC. leg. agr. 2, 59. Pis. 90 mitto aurum -um quod te ... torsit. MON. Ancyr. 4, 26

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

auri -i pondo triginta et quinque millia ... conferentibus (*ubi vide Mommsenum*). 4,29 aurum -um non accepi. SPART. Hadr. 6,5 aurum -um remisit (LAMPR. Alex. 32,5). CAPITOL. Pius 4,10 aurum -um quod ... oblatum fuerat, Italicis totum reddidit (COD. Theod. 12, 13,6 [*a. 387*] aurum -um his reddi restituique). COD. Theod. 12,13,3 (*a. 365*) curialibus quos pro substantia sua aurum -um offerre convenit. 16,8,29 (*a. 429*) quam *formam* patriarchae quondam -ii auri nomine postulabant (= COD. Iust. 1,9,17). COD. Iust. tit. 10,76 (14) de auro -o. **2** *i. q.* *ad coronam pertinens, coronae faciendae idoneum*: VITR. 9 praef. 16 dempto auro tantundem argenti in id -um (*i. -ae faciendae*) opus (PLIN. nat. 15,131) admixtum esse. PLIN. nat. 1,21,39 anemone -a (*i. ad coronam plectendam adhibita.* 21,164 anemonas -as tantum diximus). 14,42 -o naturae lusu stephanitis (*i. de natura quasi per lusum herbas coronae similes gignente*). 33,131 miscentur argento tertiae aeris Cyprii tenuissimi quod -um (*sc. aes*) vocant (34,94 in Cyprio -um [*sc. aes*] et regulare est utrumque ductile coronarum tenuatur in lamnas. *cf.* ISID. orig. 16,20,5 -um *aes* ex ductili aere tenuatur in lamminas). TERT. coron. 10 causas iam ipsas -as inspici superest (*i. quibus effectum, ut coronentur*). IVL. VAL. 1,28 -as opificinas. **3** *t. t. architect.* (*v. p. 987, 44 sqq.*): VITR. 7,4,4 nec camerarum -o opere subtilis ornatus.

substantiva: **corōnārium,** -iī *n.* GLOSS. -um ἐπιστεφάνωμα. στεφανοπλόκιον. CORP. VI 30707 (*Tiburti*) Forte F⟨ortunai⟩ violaries rosaries -ies (*abl. plur. de festis diebus, non recte vulgo pro nom. plur. habetur*). AMM. 25,4,15 inter quae (*sc. liberalitatis testimonia*) indicta sunt tributorum admodum levia, -um indultum (*v. p. 988,76 sqq.*). EVSTATH. Bas. hex. 5,6 p. 915^A quin etiam quae -a (στεφανωματικά) vocitantur, roseta dico et myrteta et laureta.

corōnārius, -iī (-a, -ae). *de re Blümner, Technol. I 305; Daremberg-Saglio II 1521. 1537; Mau, PW. IV 1643.* GLOSS. -us στεφανοπλόκος. coronas faciens. *artifex coronarum, is qui vendit vel facit coronas*: PLIN. nat. 21,4 Glycerae -ae. 21,54. 68. 177. 34,111. FRONTO p. 19,2 N. cum a -iis veneunt. TERT. coron. 7 CORP. I 1193 (= X 6125). VI 4414, 15 sociorum -o(rum). 7009 ser(vus) coronar(ius). 9227. 9282. 9283 coronar(ius) de sacra v(ia). IX 2688. X 1917. 5372 choronarius (*sic etiam* XI 1450). 6125. XI 1554 (*Faesulis*) Reminiae ... -ae.

corōnātio, -ōnis *f.* *a* coronare. *i. q. actus coronandi, impositio coronae.* GLOSS. -o παστὸς ἐπὶ νύμφης πα⟨σ⟩τός. AVG. civ. 7,27 p. 309 -e virilium pudendorum.

corōnātor, -ōris *m.* *a* coronare. *is qui coronat*: AVG. in psalm. 134,11 intus testis est, iudex, approbator, adiutor, -r. serm. 64,4 *dominus* -r noster (PS. FVLG. RVSP. serm. 18. 70). 116,7 ubi Stephani -r? (*in lusu verborum.* 318,3). 165,4 ipsum deum adiutorem ... ipsum -em. 300,6 ut simul sonet et nomen persecutoris et memoria -is. 324 ut habeam eum ante conspectum -is tui. PS. AVG. serm. 222,1 se *dominus* promisit victoriae -em. PS. FVLG. RVSP. serm. 18 donec suum cerneret -em. 70 aderat ... patientiae -r.

coronea *v.* corylus.

corōniola, -ae [*a* corona *ductum esse videtur. Th.*]. *genus rosaceum*: PLIN. nat. 21,19 inter has *rosas* media magnitudine autumnalis quam -am appellant.

corōnis, -idis *f.*, κορωνίς. *i. q. linea brevis ab inferiore parte flexa quae in librorum calce apponebatur*: NOT. Suet. gramm. VII 535, 22 -is tantum in fine libri apponitur (= ISID. orig. 1,21,26). *pro ipso libri fine*: MART. 10,1,1 si nimius videor seraque -e longus esse liber, legito pauca: libellus ero. AVSON. 215 *in titulo.* [*it.* cornice. *M.-L.*]

***corōno,** -āvī, -ātum, -āre *a* corona. *inde a* PLAVTO, *frequentant* PLIN. nat. (*31^ies*) *et* AVG. ARNOB. nat. 5,7 -ier (*infinit.*). *saepissime legitur part. perf. pass.* corōnata: INSCR. christ. Rossi II p. 70 n. 40^a, 6. GLOSS. στεφανῶ. στέφω. -atur redimitur. -amus velamus. -atus στεφανηφόρος. [*dubia*: PLIN. nat. 21, 49. 52. 25, 104.] [*val.* cununá, *it.* coronare, *francog.* couronner, *hisp.* coronar. *M.-L.*]

I ***proprie*** *i. q. coronam capiti imponere, corona ornare, decorare*: **A** ***de rebus*****: 1** *aliquid*: VARRO ling. 6,22 puteos -ant. VERG. georg. 2,528 socii cratera -ant (*in imag.*: ARATOR act. 1,609 quo surgat vinea Christi, calicem domini convivia festa [*i. convivae*] -ant). Aen. 1,724 (= 7,148) crateras magnos statuunt et vina (*i. pateras*) -ant (*varias explicationes dat* SERV. Aen. 1,724; *locutio ex Homericis A 470* κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο. *K 232* κρητῆρας ἐπιστεφέας οἴνοιο *male, ut videtur, intellectis orta est.* STAT. Theb. 8,225 ubique serta -atumque merum). COPA 36 -ato vis lapide ista legi (MIN. FEL. 3,1 in lapides ... effigiatos et unctos et -atos). TIB. 2, 1,8 -ato stare boves capite (VAL. MAX. 5,10 ext. 1. SEN. Ag. 312 tibi *Phoebo* festa caput turba -at. MIN. FEL. 38,2. HIST. Apoll. rec. A 16 corona caput -vit. POTAM. epist. ad Athan. p. 1417^A. 1418^D). PROP. 3,10,19 -atas ubi ture piaveris aras (OV. met. 8,264 templa. SIL. 12,743 delubra. 15,420 -atis ... signis. STAT. Theb. 10,604 -atos ... amplectitur ignes [*i. altaria*]. MIN. FEL. 24,3 sacra. CARM. epigr. 1559,8 aram). PROP. 3,24,15 -atae portum tetigere carinae (4,7,59 -ato ... phaselo. OV. met. 15,696 -atae ... navis. fast. 4,335 puppem. 6,779 lintres. VAL. FL. 1,301 carinae). OV. epist. 20,161 -atis ... capillis (MART. 10,50,4 mitte -atas ... comas). met. 2,713 -atis ... canistris. fast. 5,341 -ata ... fronte. LVCAN. 2,354 festa -ato non pendent limine serta. PLIN. nat. 13,71 ad deos (*i. signa*) -andos (21,168 QVINT. decl. 321 p. 263,7). STAT. silv. 3,4,2 -ato ... auro. TAC. dial. 13 statuar tumulo non maestus et atrox, sed hilaris et -atus (CORP. V 7906 statuam tergerent et -rent. VIII 9052 statuam ... tergeat et unguat et -at *bis*). APVL. apol. 56 lapidem unctum aut ramum -atum. TERT. idol. 10 Florae scholae -andae. 15 ianuam. ANTH. 941,2 thalamum. PANEG. 12,37 portas virentibus sertis -atas. ARNOB. nat. 5,7 sacras velarier et -arier pinos. AVG. civ. 7,24 pudenda virilia -bat. DRAC. Romul. 10,337 *postes* serta -ant. HIST. Apoll. rec. A 49 plateae. FAST. Philocali (Corp. I² p. 266) Colossus -atur. **2** *aliquid aliqua re*: VERG. Aen. 4,506 locum sertis et fronde -at. HOR. carm. 3,23,15 -antem marino rore deos fragilique myrto. VITR. 2 praef. 1 oleo corpus perunxit caputque -vit populea fronde. SEN. apocol. 4 Lachesis redimita comas, ornata capillos Pieria crinem lauro frontemque -ans. PLIN. nat. 1,21,27 qui frutices flore -ent ... qui folio. QVINT. inst. 8,6,32 'laureati postes' pro illo 'lauru -ati'. APVL. flor. 1 p. 4 ara floribus redimita aut spelunca frondibus inumbrata aut quercus cornibus onerata aut fagus pellibus -ata. mund. 7 hunc terrarum orbem ... continuatione ut quibusdam sertis -ent.

B ***de animantibus*****: 1** *generatim i. q. corona redimire, ornare festa qualibet occasione*: **a** *aliquem*: CATO ad fil. frg. 16,2 ut populus sua opera potius ob rem bene gestam -atus supplicatum est, quam ne male gesta -atus veneat (*in lusu verborum. v. infra l. 77.* LIV. 25,12,15. 43,13,8. FAST. Praenest. 6 Mart. [Corp. I 1² p. 233] populus -atus feriatus). CIC. Phil. 2,85 sedebat in rostris ... -atus. leg. 2,63 quas *epulas* inibant propinqui -ati. Att. 14,14,1 -atus Quintus noster Parilibus? FAST. Caeret. April 21 *a. 9 a. Chr.* (Corp. I 1² p. 213) Roma cond(ita) fer(iae) -atis omn(ibus) *celebrandae.* PROP. 3,1,10 nata -atis Musa triumphat equis (OV. fast. 5,52 -atis alta triumphat equis. Pont. 2,1,58 trist. 2,178. 4,2,22). 3,3,47 -atos alienum ad limen amantes. 4,1,21 -atis pauper gaudebat asellis (OV. fast. 6,311 IVV. 11,97). OV. fast. 1,663 state -ati plenum ad praesepe iuvenci (AMM. 24,1,9 bovem). 2,643 te ... -ant. LIV. 23,11,5 -atum navem ascendere. 34,55,4 -ati ad omnia pulvinaria supplicaverunt (36,37,5. 40,37,3). FEST. p. 313 -ati ambulent (COMM. apol. 876 -ati procedant. IVST. 24,3,6 filios ... -atos occurrere iubet. HIER. epist. 14,3 vir fortis -atus incedas). CVRT. 9,7,20 oleo nitens et -atus. ACT. Arv. a. 58,1 recinatus -atus (a. 69 II 9 *et persaepe*). PLIN. nat. 9,64 -atis ministris. 16,9 victimis simul -atis. 21,9. 36,98. 35,111 Satyrus cum scypho -atus. STAT. silv. 3,1,57 -at emeritos Diana canes. Theb. 10,315 Echecli ... -ati. IVV. 5,36 -ati ... bibebant. 6,297 -atum (*sc. in comissatione*) et petulans madidumque Tarentum (*i. Tarentini, per metonymian*). 13,63 -ata ... agna. SVET. Aug. 98 candidati -atique et tura libantes. MIN. FEL. 38,3 nec mortuos -amus. TERT. spect. 23 sacerdos -atus. PORPH. Hor. carm. 3,13,2/3. 4,11,16. 17. SCHOL. Iuv. 6,297 -atum in conviviis. HIER. epist. 60,5 -atus in contione disseruit. PALLAD. hist. mon. I 2 p. 258^D in nuptiis iussus est -ari. BARNAB. 7,9 quare is qui maledictus -atus? (ἐστεφανωμένον). *nota*: *res personata*: INSCR. christ. Rossi II p. 70, 40^a, 6 dives multiplici laetatur silva colore arboribus mixtis fert -ata comas. *metonymice*: STAT. Theb. 4,233 -ato contenta est funere (*i. filio mortuo*) mater. **b** *aliquem aliqua re*: PRISC. gramm. III 359,1 Attici στέφεται τῶδε καὶ τόδε et Romani '-atur illam rem' et 'illa re'. VARRO ling. 6,14 anus hedera -atae (HIER. in Os. 1,1 p. 5 II Macc. 6,7). LIV. 23,11,5 -atus laurea corona (27,37,13 PAVL. FEST. p. 110 SVET. Tib. 17 PASS. Petr. Paul. long. 54). PETRON. 66 porcum poculo (botulo *Gronov.*) -atum. PLIN. nat. 1,21,7 quem floribus -verit populus (PS. PROB. Verg. ecl. 2,48 CORP. VI 9024). 16,155. 21,66. TERT. adv. Marc. 3,23 p. 417 ex quibus *spinis* dominum -erat (LACT. inst. 4,18,7 HIL. in Matth. 33,3. HIER. tract. p. 384,29 *Christum* sentibus -atum. AVG. civ. 16,32. 18,23 corona spinea -atur. 20,30 *al.*). TERT. patient. 3 foedis vestitur, foedioribus -atur. CYPR. GALL. gen. 1289 anulo digitum vatis fulgente -at. PORPH. Hor. carm. 1,38,5 myrto -eris. FIRM. math. 3, 6,10 -ari infulis et coronis. VIGIL. ad Ioh. 3 p. 553^D luctuosis ornatibus -ati. SCHOL. Germ. Bas. p. 62,2 qua *corona* nova nupta -ata est. VVLG. cant. 3,11 quo *diademate* -vit illum mater. sap. 2,8 -emus nos rosis, antequam marcescant. *cum acc. graeco*: HOR. carm. 2,7,7 -atus nitentes malabathro Syrio capillos. **c** *ex vel de pro abl.*: PLIN. nat. 16,240 ex quo *oleastro* ... -atus est. MART. CAP. 2,141 ex herba quadam rurestri ... virginem -vit. *cf. l. 60.* AVG. serm. ed. Mai 11,2 *Iudaei* de spinis deum -erunt. *saepe.* **d** -ari *i. q.* se -are: PLIN. nat. 15,135 Tiberium ... tonante caelo -ari ea *laurea* solitum ferunt. 27,28 -antur illa Cappadoces. MACR. sat. 1,18,2 hedera -antur Bacchico ritu. *nota technice* (*cf. p. 985,1 sqq.*): CATO ad fil. frg. 16,2 ne *re* male gesta -atus *populus* veneat (*i. sub corona veneat*). **2** *speciatim*: **a** *de victoribus corona redimiendis*: *aliquem*: HOR. epist. 1,1,50 magna -ari contemnat Olympia (*ex graeco* τὰ μεγάλα Ὀλύμπια στεφανοῦσθαι). VAL. MAX. 2,8,5 -atos intueri senatus cupiebat, iustiori tamen reservandos laureae putavit. PLIN. nat. 16,10 in quibus *certaminibus* hodieque non victori dantur *coronae*, sed patriam ab eo -ari pronuntiatur (*cf. p. 991,43*). 16,144 -ato exercitu. 19,158 -are victores sacri certaminis Ne-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

meae (CASSIOD. in psalm. 33,1 quae *laurea* solebat -are victores). MART. 5,10,9 rara -ato plausere theatra Menandro. 7,8,7 -atus ... miles. QVINT. inst. 2,8,14 utroque certamine ... -batur *Nicostratus*. 10,1,66 multi *poetae* -ati sunt. 11,2,11 pugili -ato. CORP. IX 2860 (= 5252, *a. 106*) claritate ingenii -atus est inter poetas Latinos. PLIN. epist. 10,118,1 athletae ... -ati (VLP. dig. 27,1,6,13 GELL. 15,26,1). SVET. Claud. 11 comoediam (*i. auctorem comoediae*) de sententia iudicum -vit. Nero 24 Olympiis ... -atus est *Nero*. Dom. 13 de oratoribus -atum. GELL. 15,20,3 Theseo certamine pugnavit et -atus est. CORP. X 3716 (= XIV 2977, *M. Aurelii aetate*) *Apolausto* pantomimo sui temporis primo solo in urbe -ato. MIN. FEL. 23,2 Plato ... Homerum illum inclytum ... -atum de civitate eiecit (TERT. nat. 2,7 Plato censuit ... Homerum sane -atum civitate pellendum. *cf. Plat. rep. 3 p. 398A* ἐρίῳ στέψαντες Ὅμηρον). TERT. scorp. 6 exultemus etiam -ati (*seq.* certamina Graecorum). 29 in quibus *agonibus* ipsi -amur. ITALA I Cor. 9,24 (Ps. Cypr. laud. mart. 28) sic currite, ut omnes -emini (καταλάβητε, VVLG. ut comprehendatis). TREB. Gall. 12,4 homo ineptissimus -etur. VVLG. II Tim. 2,5 non -atur (στεφανοῦται) nisi legitime certaverit. CORP. VI 33992 gymnico agone saepius -atus. VIII 10627. IX 1663 poeta Latinus -atus in munere patriae suae. XI 5283 (*non ante Constantinum*) C. Matrinio Aurelio ... v(iro) p(erfectissimo) -ato. *aliquem aliqua re*: HOR. epist. 1,18,64 alterutrum velox Victoria fronde -et. VAL. MAX. 2,2,3 gemina lauru -atam senectutem tuam (*i. te senem*). PLIN. nat. 15,19 Athenae quoque victores olea -ant (15,36 pinea corona victores apud Isthmum -antur. 15,46. 125 myrto Veneris victricis -atus ... laurea -atus. 15,126. 127). 16,11 frondea -vit Hostum Hostilium. 21,4 arborum enim ramis -ari in sacris certaminibus mos erat. DIFF. Suet. 317 triumphans ... -atus laurea corona. PORPH. Hor. carm. 1,1,29 his *hederis* poetae -antur. *nota metonymice*: STAT. silv. 4,2,62 saepe -atis iteres quinquennia lustris. **b** *fere i. q. insigne regium imponere*: AMM. 20,4,18 ut -atus speciem superioris praetenderet potestatis. 25,9,4 ita, imperator, a civitatibus residuis -eris. LIB. pontif. p. 135,9 -atus est Iustinus Augustus. CHRON. min. I p. 296,3 Gratianus -atus est in imperio (ἐστεφάνη ἐν βασιλείᾳ). MARCELL. chron. II p. 61,25, 383,2 Arcadius ... -atus est. IORD. Rom. 340 Zenonem -ans imperatoremque constituens. GREG. M. epist. 13,1 Theodosio iam -ato. *adde de mitra pontificali*: INSCR. christ. Rossi II p. 54,6 quem (*Iohannem*) rite -at urbis Romanae pontificalis apex.

I ***transitive*:** A *proprie i. q. versare, rotare, agitare, vibrare, fulgurare*: DOSITH. gramm. VII 435, 26 -o: κραδαίνω (GLOSS.). VERG. Aen. 5, 642 infensum vi corripit ignem sublataque procul dextra conixa -at et iacit. 8, 661 duo quisque Alpina -ant (-at *P*) gaesa manu. 10, 650 strictumque -at mucronem (SIL. 17, 458. 533). 12, 431 hastamque -at (HOMER. 393). 12, 887 telumque -at (12, 919 SIL. 1, 434. 10, 298). VAL. FL. 2, 228 ferrumve super Bellona -et. SIL. 4, 783 saevamque -ans lampada. STAT. Theb. 4, 222 clipeo victum Pythona -at (*i. Pythonem in clipeo pictum*). 12, 432 alternosque apices abrupta luce -ant. Ach. 1, 470 septemque Aiax umbone -et (*i. concutiat*) armenti reges atque aequum moenibus orbem. IVV. 12, 6 quatit hostia funem Tarpeio servata Iovi frontemque -at. APVL. Socr. 134 vel fulminibus iaculandis vel nubibus -andis. AVIEN. Arat. 638 *Cycnus* os flagrans et guttura longa -ans. 1466 acumina tenta -ans. HIL. in psalm. 143, 12 dissipabuntur etiam per -atas coruscationes (PSALT. Rom. 143, 6 -a coruscationes tuas [ἄστραψον, VVLG. fulgura coruscationem]). CLAVD. carm. min. 53, 67 hic iuga conixus manibus Pangaea -at. B *in imagine*: PS. RVFIN. in psalm. 7, 13 terrores impiis -bit. AVG. in psalm. 121, 9 deus -vit miracula, tonabat terrores, pluebat consolationes. DRAC. laud. dei 2, 219 te, *o deus*, nubila crassa -ant (*i. laudant te fulmine*). SISEBVT. vita Desid. (Script. Merov. III) 2 opera luminis a vero lumine condonata multis in regionibus corruscavit.

II ***intransitive*:** A *generaliter i. q. vibrare*: 1 *proprie*: LVCR. 2, 320 satiati agni ludunt blandeque -ant (*i.* κερατίζουσιν). VERG. georg. 4, 73 *apes* tum trepidae inter se coeunt pennisque -ant. OV. met. 4, 494 linguisque -ant *colubrae*. IVV. 3, 255 longa -at (*male* SCHOL. apparet) serraco veniente abies. TERT. pudic. 14 p. 249, 2 virga, quam minabatur, sententia quam exequebatur *apostolus*: illam adhuc -antem, hanc statim fulminantem. 2 *in imagine*: CIC. or. frg. B 21 caput opponis cum eo -ans (*Guil. Freund*, cornificans *Bonnell*, conificans *codd.*). *cf.* LVCR. 2, 320 *l. 51.*

B *speciatim*: 1 *proprie*: a *i. q. fulgurare*: α *personaliter*: GLOSS. Iovis -ans: Ζεὺς ἀστράπτων. PACVV. trag. 413 flamma inter nubes -at, caelum tonitru contremit. PLIN. nat. 2, 112 esse tonitrua impactorum ignium plagas, ideoque protinus -are igneas nubium rimas. VAL. FL. 5, 304 ex alta cum Iuppiter arce -at. APVL. mund. 15 ita prius -are caelum creditur et mox tonare. HIL. in psalm. 134, 12 -are . . . fulgura (134, 13. HIER. in Matth. 12, 38 mugire tonitrua, -are fulgura. PELAG. in II Thess. 2 p. 873A VVLG. Ezech. 1, 14. Luc. 17, 24 sicut fulgur -ans [ἀστράπτουσα] de sub caelo). HIL. in psalm. 143, 11 cum -antibus coruscationibus dissipantur potius quam illucescunt. SCHOL. Hor. carm. 1, 34, 6 qui nubilo caelo tonare vel -are consuevit. VVLG. IV Esdr. 16, 10 *deus* -bit et quis non timebit? tonabit et quis non pavebit? CYPR. GALL. Ios. 341 et licet hinc enses, hinc fulmina clara -ent. DRAC. Romul. 2, 25 *Iuppiter* mucrone -et et clipeo rutilante tonet. CASSIOD. in psalm. 127, 1 timendum . . . dominum cum tonat, cum -at, cum terras tremore concutiat. β *impersonaliter*: GLOSS -at: ἀστράπτει. APVL. mund. 15 quando illa (*procella*) perfracta nubecula patefecerit caelum, ignescunt penetrabiles spiritus emicatque lux clara; hoc dicitur -are. et ordine quidem tonare prius oportet, postea -are. AVIEN. Arat. 1695 de Bistonio mundi procul axe -at. b *i. q. vibrando splendere, micare*: GLOSS. coriscabat (*Goetz*, caristabat *codd.*) cassidatus aut galeatus fulgebat. VERG. georg. 4, 98 elucent aliae *apes* et fulgore -ant. GRATT. 78 haec clara luce -ant. PLIN. nat. 18, 352 si -bunt (*Mayhoff*, cura stabunt *codd.*, cursitabunt *Gelen.*) *stellae* (37, 134 APVL. met. 11, 4). VAL. FL. 1, 703 fremit obice ponti clausa cohors

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

telisque salum facibusque -at. 4,670 prima -anti signum dedit aegide virgo fulmineam iaculata facem. APVL. met. 2,9 aurum -ans (MART. CAP. 9,909). 3,28 -at in modum ortivi solis ignis et mucro. 4,26 nudis et infestis mucronibus -ans (CORIPP. Ioh. 6,656). 5,1 totique parietes solidati massis aureis splendore proprio -ant. 11,23 nocte media vidi solem candido -antem lumine. TERT. anim. 9 et cerauniis gemmis non ideo substantia ignita est, quod -ent rutilato rubore. cult. fem. 1,1 si margaritae canderent et ceraunia -rent. SOL. 15,28 cyaneus *smaragdus* e Scythia est, optimus si caerulo -bit. 37,24 anthracias -at vel scintillantibus stellis. IVL. VAL. 3,35 ut... splendor... sudo quodam et ignoto lumine -ret. 3,42 coronam auream adamantibus -antem. LACT. inst. 6,1,8 dummodo auro -ent, argento gemmis vestibus fulgeant. AMM. 19,1,2 cuncta armis stellantibus -bant. AMBR. in psalm. 118 serm. 17,29 *terrae* gemmarum quoque monilia -antia transfundunt finitimis, quod ipsa radiaverint. AVIEN. Arat. 162 stella subit, dextri quae temporis igne -ans aemula vicinis accendit lumina flammis. 388 dispar chelarum flamma -at (DRAC. laud. dei 2,497 plusque -antes flammas quam fulmina vibrat. MART. CAP. 1,14 auratus ac fulgidus et flammis -antibus rutilans *amnis*). AVIEN. Arat. 460 ingenti ... luce -ans. 745 neque multa luce -ant. 805 summa qua lux pistrice -at desuper. 834 sic hyades tauri toto procul ore -ant. 1435 flammigero Phoebus temone -ans. AVSON. 151,11 nec -antis oculos lacessunt fulgura lucis. 369,21 fulgor tetragono aspectu vitale -at, clarum et bene micans. SCHOL. Hor. carm. 1,7,19 fulgentia: splendentia aut luce -antia. VVLG. sap. 16,22 ignis ardens in grandine et pluvia -ans (διαστράπτον). CLAVD. 1,99 Mavors adamante -at. CYPR. GALL. deut. 232 ignis e domini -at ore. iud. 349 agmina flammarum laevis protenta -ant. Ios. 242 ferrumque -at. HIL. gen. 74 regia summi picta parens varia stellarum luce -at. PRVD. apoth. 579 ipsa -antis monitum sacra virgo ministri credidit. AVG. mor. Manich. 2,16,42 quosdam vermiculos atque muscas, quae omnia, etiam in tenebris, luce propria -ant. serm. ed. Mai 37,2 surrexit hodie Christus et post supplicia multa illaeso corpore -vit. 56,1 inter lanigeros confessores ... sanctus Laurentius variati decoris fulgore -at. AVELL. p. 43,18 basilicas auro -antes. PROSP. sent. 273 saeviat et fremat mundus, increpet linguis, -et armis. SIDON. epist. 8,4,1 domicilium thermis ... late -ans. DRAC. laud. dei 2,155 te monente pluunt nubes et ab imbre -ant. Romul. 6,58 subito venit aliger ignis ore micans ac fronte minax et crine -ans. Orest. 51 pepla -bant variis gemmata lapillis. EVG. TOLET. carm. 8,16 hic (*in bibliotheca*) Pauli monita doctrinae flore -ant. MART. CAP. 1,75 inter quarum (*flammarum*) virorem feta mari lumina -ans (coruscatus β) fronti quaedam integrior suavitas resplendebat. 1,77 sinistra... manu clipeum -antem, dextera ardentem facem praeferebat. CORIPP. Ioh. 2,427 flammis hinc terra -at, inde polus stellis. 4,459 cassisque novo splendore -ans. 4,528 ipse licet medius cristis et casside fulgens emineat, ferrique novo splendore -ans. ANNIAN. Chrysost. hom. 1,1 -ante fulgore. 2,2 fulgorem urbis procul -antis. SERM. Caspari anecd. p. 323,1 unus ... ignis -at. PASS. Theclae A 34 p. 94,7 vituli marini videntes ignem fulgoris -antem mortui supernatabant. INSCR. christ. Leblant 165,17 brachia nobilium lapidum fulgore -ant. INSCR. christ. Rossi I p. 139,29,5 praesulis eximii votis pictura -at.

2 *in imagine*: TERT. anim. 49 in omnem terram et in terminos orbis euangelio -ante (AMBR. serm. 4,3 HIER. epist. 39,3a. 46,9 de quibus *locis* primum euangelium de patibulo -verat. in Is. 2,7 p. 36 virg. Mar. 22 praef. Vulg. Esdr. Iob I. PS. RVFIN. in Am. 8,11 -antis euangelii fulgore. CASSIAN. conl. 8,23,3. 17,18,2 MARCELL. chron. II p. 98,512,6). TERT. apol. 33 et utique *imperator* hoc magis gaudet tanta se gloria -are. PS. ORIG. tract. 6 p. 69,22 donec Christus ... -ret. ANTH. 376,30 Carthago -at. AMBR. serm. 4,2 novus iustitiae sol -at. PS. AMBR. prec. 2,16 etiam qui miraculis -erunt, similiter lamentabuntur repulsi (PS. RVFIN. in psalm. 35,6. 56,11 deus tonat praeceptis et -at miraculis. LEO M. epist. 28,4 unum horum -at [διαλάμπει] miraculis. SALON. in eccles. p. 1010^A VEN. FORT. vita Leob. 27,88. 4,6 p. 329^D GREG. M. epist. 4,30. 8,29 moral. 3,28. *cf. p. 1076, 25*). HIER. in Matth. 16,18 p. 124 quorum martyria videat -are. in Is. 9,1 p. 130 adveniente Christo et praedicatione illius -ante. VVLG. exod. 40,33 maiestate domini -ante. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 2,8 miles dei in galea salutis -at. in Ios. 11,1 in quibus gestorum lumen -at. PS. RVFIN. in psalm. 34,2 arma ... luce sapientiae -antia. PRVD. perist. 10,440 natura fervens sola ferventissimae divinitatis vim -antem capit. AVG. in psalm. 18,2,3 deum putantes, praeceptis tonantes, sapientia -antes. lib. arb. 2,16,41 in hoc tenebroso itinere -antibus *bonis*. PS. AVG. serm. 121,2 in eximio partu virginea viscera -bant. CASSIAN. conl. 3,1,1 Pafnutium vice luminaris magni claritate scientiae -antem. LEO M. serm. 28,1 nativitatis dominicae sacramento nobis clarius -ante. 31,3 ad -antem gratiam luminis sempiterni (GREG. M. moral. 4,19 SERM. Casp. anecd. p. 338,4). 60,2 et festivitas ... nobis -et in lucem. 66,2 sed in id ipsum -antibus ... legis testimoniis. 67,5 licet in ipso ortu -rent in eo signa deitatis. epist. 10,1 divinae religionis cultum, quem in omnes gentes ... dei voluit gratia -are. SACR. Leon. p. 337 luminaria multiplicis beatique martyrii -are tribuisti. PROSP. epist. ad Aug. 5 nec ulla eis aut legis aut euangelii illuminatio -vit. sent. 273 saeviat et fremat mundus, increpet linguis, -et armis. PS. PROSP. vocat. gent. 1,15 quibus (*populis*) per tot saecula nulla caelestis doctrinae adnuntiatio -vit. SALON. in eccles. p. 995^D sancti praedicatores doctrinis -ant (*syn.* emicare). SIDON. epist. 7,12 consulis iste -at annis. carm. 14,1 prosper consulis dies -at. CASSIOD. in psalm. 61 lampat fides, -at veritas. ENNOD. opusc. 4 p. 385,4 -antem germinis sui lampadem actuum serenitate transcendit. NOVELL. Iust. 47 pr. (*a. 537*) ex quo pure Romanorum nomen apud homines -vit. VEN. FORT. vita Albin. 3,6 qui sunt ... carmine -antes. 8,22 -bat inter fratres oboedientiae radius. carm. 1,4,3 cui (*Martino*) vitae merito fiducia tanta -at. 1,6,7 Martini meritis et nomine fulta -ant *delubra*. 1,15,43 *templa* flore iuventutis senio fugiente -ant. 1,15,105 moribus ingenio meritorum luce -ans. GREG. M. epist. 6,6 sicut ... magnae lampadis splendor in taetrae noctis obscuritate luminis sui claritate fulgescit, ita fidei vestrae claritas inter aliarum gentium obscuram perfidiam rutilat atque -at. 7,34 quantisque virtutibus sacerdotes ... -arunt. VIGIL. THAPS. c. Arrian. 2,49 divinarum -ant miracula virtutum. CORIPP. Iust. 4,99 clara -antem lux auxerat altera lucem, cum terris gaudente polo prodibat uterque, sol radians et consul ovans. ARATOR act. 1,854 voce -ans nuntius aeternis fixit mandata lavacris. ISID. reg. monach. 3,2 tanto humilitate clarescat, quanto plus ceteris culmine virtutum -at. INSCR. christ. Leblant 194,11 virtutum flamma -at. INSCR. christ. Rossi II p. 78,1,2 atque -antis splendida imago patris ad nos descendit. p. 129,12,3 fulguris in specimen mentis splendore -at. PAPYR. Marini 55 (*a. 368*) ad basilicam..., ubi ipsi (*martyres*) corpore requiescunt et in virtutum miraculis -ant.

coruscus, -a, -um [*cf. c.* coruscare. *Th.*]. *legitur* corruscus: SYMPH. 221 *cod. S* GREG. TVR. Mart. 2,29. coriscae: GLOSS. IV 37,31. *cf. l. 37.* scoruscus: ITALA Luc. 17,24 (cod. d). ARVS. gramm. VII 459,22 -us hac re (*Verg. Aen. 2,470*). PROB. app. gramm. IV 198,32 -us non scoriscus. SERV. Verg. Aen. 2,172 -um alias fulgens, alias tremulum est. DVB. nom. gramm. V 573 -um et vibratum et crispum: Vergilius pro tremulo (*Aen. 1,164*) item pro rutilo (*georg. 1,233*) item pro vibrato (*Aen. 12,887. 919*) telum coruscat. GLOSS. -ae: crispae aut resplendentes. *legitur inde a* PLAVTO, *frequentant* VERG. (*11ies*) VAL. FL. (*9ies*) SIL. (*22ies*) STAT. (*11ies*); *ante* GELL. *non invenitur in oratione soluta.* [*portug.* corisco. *M.-L.*]

I *i. q. vibrans, tremulus, crispus*: A *proprie*: GLOSS. crispum. VERG. Aen. 1,164 silvis scaena -is (SERV. *ad l.* hoc est silvarum -arum id est crispantium ... alii -is tremulis vel vibrantibus accipiunt) desuper horrentique atrum nemus imminet umbra (MAR. VICTOR aleth. 1,255). 8,391 tonitru cum rupta -o ignea rima micans percurrit lumine nimbos. 9,675 armati ferro et cristis capita alta -i (coruscant *M*). 12,701 -is cum fremit ilicibus. VAL. FL. 3,458 quas *dapes* protinus angues . . . linguis rapuere -is (*cf. l. 74*). B *translate*: PLAVT. Rud. 526 nam omnia -a prae tremore fabulor. GELL. 17,20,4 videsne ἐνθύμημα crebrum et -um et convexum.

II *i. q. splendidus, rutilus, fulgidus*: A *proprie*: GLOSS. ἀστραποειδής, splendidus. -o micanti aut relucenti. -ae fulgentes; fulminis coruscantis. -um ἀστραπή. VARRO Men. 557 nec -us imber alto nubilo cadens multus. CIC. Arat. 96 illae quae fulgent luces ex ore -o (COLVM. 10,290). carm. frg. 33,31 iace ... in me vim -am fulminis. LVCR. 5,295 -is fulguribus (PETRON. 122,122). 6,203 *venti*. 6,237 fervore -o. 6,283 luminibus. VERG. georg. 1,233 sole (2,482 SIL. 8,434. FIRM. math. 1,10,4 -i solis incensa luminibus ... ignito colore perpetui ruboris inficitur. DRAC. Romul. 8,195). 1,328 ipse pater media nimborum in nocte -ā fulmina molitur dextrā (PRVD. perist. 4,9 dextram quatiens -am. SEN. Oed. 1029 -a saeva tela iaculetur manu [Phaedr. 156]). Aen. 2,172 arsere -ae luminibus flammae arrectis (AETNA 54 MANIL. 1,860). 2,333 stat ferri acies mucrone -o stricta (SIL. 2,242 HOMER. 296 STAT. Theb. 1,614. 9,542. 10,774 CLAVD. 20,446 GILD. Brit. 71 chron. III p. 66,21). 2,470 vestibulum ante ipsum primoque in limine Pyrrhus exultat, telis et luce -us aena. 2,553 -um ... ensem. 9,161 purpurei cristis iuvenes auroque -i. CIRIS 529 quippe aquilis semper gaudet deus ille -is. HOR. carm. 1,34,6 igni -o (OV. fast. 6,635 SIL. 11,338 STAT. silv. 1,5,6 ARNOB. nat. 5,23). OV. met. 1,768 radiis insigne -is. 12,247 lampadibus ... -is. EPICED. Drusi 321 -is fulminibus (VAL. FL. 6,555 SIL. 6,605. 15,143. 712 STAT. Theb. 1,216 DICT. 1,21 AVIEN. Arat. 6. AVSON. 413,5 flammis -i fulminis vibratior). SEN. Phaedr. 898 -um lucis aetheriae iubar. LVCAN. 2,270 imaque telluris ventos tractusque -os flammarum accipiunt. 3,498 -as ... faces (VAL. FL. 1,622 SIL. 8,650 APVL. met. 10,32). PETRON. 89,44 angues -i (*cf.* 6,185 -um extulit ... caput *serpens*. 12,9 STAT. Theb. 5,572. *cf. l. 45*). VAL. FL. 1,486 Acastum horrentem iaculis et parmae luce -um. 1,805 sed reduces iam iamque viros auroque -um cernat iter. 3,129 late fumanti nube -us. 5,182 aethere ... -o. 6,517 Absyrtus clipei radiis curruque -us Solis avi. 7,567 -i ira Iovis. SIL. 1,463 saeva luce -um scintillat sidus. 2,353 -os Apenninus agat scopulos. 2,397 -is . . . cristis (17,524). 4,118 -ae ... galeae (5,307. 16,523). 5,238 alacres arma agglomerant geminaque -i fronte micant, paribus fulgent capita ardua cristis. 8,636 crine -o. 10,102 cum subitus galeae fulgor conoque -ae maiore intremuere iubae. 12,435 arce -a (STAT. Theb.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4,175). 13,640 luce -ā (STAT. silv. 1,1,71 Ach. 2,2. PANEG. 10,29 fulget nobilis galea et -a luce gemmarum divisum verticem monstrat. CORIPP. Ioh. 4,256 CARM. epigr. 787,40). STAT. Theb. 4,9 ferroque auroque -is . . . viris. 9,644 cum fratrem in nube -a aspicit (PRVD. cath. 11,102 peccator intueberis celsum -is nubibus). MART. 10,6,1 -um solibus Arctois sideribusque ducem. SYMPH. 221 *in speculo* fulgor inest intus radianti luce -us (-ans *βγ Riese*; IVL. VAL. 3,36 CYPR. GALL. deut. 271). PANEG. 10,14 flagrabant verendum nescio quid umbones -i et caelestium armorum lux terribilis ardebat. IVL. VAL. 1,31 *versus* vides sereno vel -o lumine (AMM. 16, 10,8). CHALC. comm. 71 cum . . . sol consecutus primum eam (*stellam*) -o splendore condit. AMM. 19,2,2 -i globi turmarum impleverunt cuncta. 24,2,5 -i galeis. 24,6,10 cristatis galeis -i. 24,7,8 quem adesse -us nitor indicabat armorum. 25,1,1 -i thoraces longe prospecti adesse regis copias indicabant. AVIEN. Arat. 525 ultima Chelarum qua bracchia quaque -o circulus axe means rutilum secat Oriona. 899 Cratera -um. 1101 splendens ense -o. 1242 -i verticis. 1471 cornibus. HIER. epist. 3,6 -a . . . metalla radient. HIL. euang. 51 faciemque -am. MACR. sat. 5,11,29 heroos describit luce cristarum -os. CYPR. GALL. exod. 1094 gemmae. CLAVD. 1,264 ostro -o. 3,373 nec forti genitore minor nec fratre -o (*i. Arcadio purpurato*). 10,99 -o . . . solio. 11,1 princeps -o sidere pulchrior. 22,276 tremit orbe (*clipei*) -o iam domus et summae tangunt laquearia cristae. PHYSIOGN. 35 p. 52,5 lumen autem non ita bonum est, si -i sint oculi (p. 52,6 oculi enim -i, si quidem glauci sunt et sanguinolenti, temeritatem indicant. p. 52,9 nigri -i taeterrimi oculi). MART. CAP. 1,39 de quodam purgatioris vibratiorisque loco allapsa sensim Pallas -a descendit. 1,42 licet numquam ille de sede -a descenderet. 9,914 Phoebus -us. RVT. NAM. 2,64 nominis est auctor sole -a soror. MAR. VICTOR aleth. praef. 54 terrasque simul sedemque -am angelico praebere gregi (CASSIOD. or. frg. p. 481,5). 2,130 raptimque -am vertitur in glaebam siccus liquor. SIDON. epist. 9,13,5 laquearibus -is. SEDVL. carm. pasch. 1,231 -is in caelum transvexit equis. DRAC. Orest. 306 diadema -um. 713 mucrone -us. BOETH. cons. 4,1 carm. 12 -i sideris. CORIPP. Ioh. 4,475 auroque -us. 6,631 capulumque -um. Iust. 1,278 gemmisque -a. 3,181 sic omnia clara, sic numeris bene compta suis, ita luce -a. 3,227 luce -us. 4,371 luce -us. GREG. M. dial. 4,36 p. 381^C angelum -i (ἀστραπτούσης) habitus apparuisse fatebatur. *nota acc. neutr. sing. pro adverbio*: SIL. 16,119 rutilante -um vertice fulsit apex. **B** *in imagine et translate*: OPT. PORF. carm. 5,5 hos rupes Cirraea sonet videatque -os Ponti nobilitas, altera Roma, duces. 20a,17 *Roma* dat munera et coronas, auro ferens -as victorias triumphis. TRACT. in Luc. 5,8 non fero solem -um iustitiae sustinere. AMBROSIAST. in I Cor. 12,8 datur illi prudentia non ex litteris sed -o spiritus sancti igne. CLAVD. 28,359 vultusque palam confessa -os Roma (DRAC. Romul. 2,6). PS. AVG. serm. 119,2 adest exoptatissimus dies, . . . candore consueti hominis illustratus . . . radiantis uteri fulgore -us. MART. CAP. 6,568 quod dux sanguineo praesulque -a duello. RVST. HELP. benef. 61 et cui terra iacet, pelagus silet atque -is obsequiis servire minor vix sufficit aether. BOETH. cons. 4,1 carm. 22 rerum -us arbiter. CASSIOD. in psalm. praef. vere -us liber, sermo lampabilis (*sc. psalterium*). 129,2 *deus* de se et per se -us. INSCR. christ. Hisp. 213 -o fruitur caelitus gaudio. 218 vita rigidus et fine sole -us.

subst. **coruscus, -ī** *m.* *genet. sing.* coruscūs *v. l. 60. genet. plur:* coruscuum *v. l. 59.* *nom.* coruscum *l. 63.* *i. q. fulgor*: **1** *proprie*: ITALA Luc. 17,24 (cod. d) sicut scoruscus (ἀστραπή, VVLG. fulgor coruscans) qui scoruscat desub caelu scoruscat. IV Esdr. 6,2 (Sangerm. 4) antequam sonarent voces tonitruum, et antequam splenderent nitores coruscuum (VVLG. coruscationum). 10,25 (Sangerm. 4) facies eius fulgebat valde subito et species -us fiebat vultus eius. CASSIOD. in psalm. 71,6 papae Leonis -o similis sermo resplenduit. 118,101 quando se ipsa -o similis declarat auctoritas. GREG. TVR. Franc. 8,17 nubes ceu -um valide fulgorantes. Mart. 2,29 splendor -o similis. GREG. M. dial. 2,33 inter -os et tonitruos. epist. 11,36 p. 306,27 inter -os et tonitruos. PASS. Thom. 144,20 venit -us (curciscus *P*; o *ex* u, u *ex* ci *p*; choruscus *Q*, choruscatio tam splendida *G*) super eos. MAR. VICTOR aleth. 2,268 sensim sublustri intexta -o linea caeruleae sine fine intermicat umbrae. **2** *in imagine*: RVFIN. Basil. reg. 2 si fulgura, si -um adhibeat vel comparet sermo, non patietur, non recipiet auditus. PS. AVG. quaest. test. I 112 corda eorum illuminata sunt spiritali -o. PETR. CHRYS. serm. 37 p. 506^A cum toto resurrectionis -o ad fidem non veniunt. 146 p. 591^C virginei partus fulgor toto orbe diffunditur flammeo -o. GILD. Brit. 8 chron. III p. 30,23 sol (*i. Christus*) universo urbi praefulgidum sui -um ostendens. VEN. FORT. epist. (carm. 3,4) 2 oculos, quos mihi aperuistis tonitruo, clausistis -o: tantus enim exercitati claritate colloquii vestrae linguae iubar effulsit. 10,6,131 virtutis merito fidei radiante -o nec tacet extingui nec latet umbra rei. GREG. M. in Ezech. 1,5,8 *sanctus spiritus* ex se ipso flammas amoris proicit, ut -i more per terrorem feriat. *Burger*

corvus, -ī *c.* [*cf. c. ind.* kāravah, karaṭah *'cornix'*, *gr.* κόραξ *et c.* cornix. *Th.*]. ISID. orig. 12,6,13 -i a cordis voce dicti, quia grunniunt pectore. *de o correpta v. Gröber, Archiv 6 (1889) 383 et cf.* DIONYS. ant. 15,1 κόρβους . . . οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι τοὺς κόρακας. *formae*: *nom. sing.*: *cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VII 14 voces, quas alii numero singulari et plurali indifferenter per u et o scripserunt ut . . . -os. *traditur ex. gr.* PLAVT. Asin. 260 Aul. 624. 669. 670. VARRO ling. 9,55 dici -um, turdum, non dici corvam, turdam. 9,56 in usu . . . horum discrimina, -us et corva non *dicitur*, quod sine usu id, quod dissimilis natura⟨e⟩. MARTYR. gramm. VII 191 -us promiscue hic et haec. GRAMM. suppl. 96 alia . . . *nomina* promiscua masculino articulo manifestant ut hic -us. 103 promiscua ut hic et haec -us. 145. GLOSS. V 185,25 -os femini generis dicit esse Donatus. *generis feminini exempla desunt.* PAVL. NOL. epist. 25,28 corax id est -us. GLOSS. κόραξ. III 621,16 calvus (*cf. p. 1080,4*) κόραξ. 556,41 κόραξ calvus vel corvus. 369,4 κορακίσκος. *legitur inde a* PLAVTO. *loci dubii*: CAES. Gall. 3,13,6 OV. met. 5,329. [*val.* corb, *it.* corvo, *francog. vet.* corp, *hisp.* cuervo. *M.-L.*]

I *nomen avis, quae graece* κόραξ *dicitur*: *v.* PLIN. nat. 10, 31—33. **A** *generatim*: CIC. nat. deor. 2,125 miluo est quoddam bellum quasi naturale cum -o; ergo alter alterius ubicumque nanctus est ova frangit (PLIN. nat. 10,20,3 dissident . . . -us et chloreus noctu invicem ova exquirentes, simili modo -us et miluus. *cf.* 10,205 aesalon . . . ova -i frangens, cuius pulli infestantur a vulpibus). HOR. sat. 1,8,38 merdis caput inquines albis -orum. epist. 1,17,50 tacitus pasci si posset -us (PORPH. *ad l.* -us cum accedit ad cibum strepitu vocis alias aves arcessit . . . ut solus pasci non possit. *ibid.* ita divitem peti ab amicis, ut a -is cadavera. alii putant a -o et vulpe hoc translatum, sed male). PRIAP. 61,12 non . . . mihi . . . -us nocuit siticulosus (*cf. p. 1079,67*). CELS. 2,18 (*de carne*) teneriores, tamen duri sunt . . . -us. PERS. 3,61 sequeris -os testaque lutoque securus. PLIN. nat. 1,10,15. 1,29,14—40. 1,30,8—53. 7,174 *animam* visam evolantem ex ore . . . -i effigie. 8,102 -us occiso chamaeleone . . . lauro infestum virus extinguit. 10,8 perenopterus . . . imbellis et degener, ut quam verberet -us. 10,124 Crateri . . . -orum opera venantis. 10,165 -us aliquando et quinos *parit*. incubant . . . *tricenis* diebus. 11,194 renibus et parte tantum altera intestino iungitur *fel* in -is. 11,201 carent eo (*gutture*), sed gula patentiore utuntur . . . -i. 29,56 anser -usque ab aestate in autumnum morbo conflictari dicuntur. 29,109 -i ovum . . . nigritiam capilli affert. 30,130 ovum -i . . . gravidis . . . abortum per os faciat (*cf.* 10,32 ore eos parere aut coire vulgus arbitratur. RVFIN. Clement. 8,25 per os conciperet -us). 30,137 fimum -i lana adalligatum infantium tussi medetur (30,26). 30,147 porcos sequi eum, a quo cerebrum -i acceperint in offa. 35,23. TERT. idol. 24 si . . . -us et miluus et lupus . . . in ecclesia erit. VVLG. gen. 8,6 Noe . . . dimisit -um. Iob 38,41 quis praeparat -o escam suam? (DRAC. laud. dei 1,721). psalm. 146,9 pullis -orum invocantibus eum. Is. 34,11 ibis et -us habitabunt in *Edom*. Soph. 2,14. Luc. 12,24 considerate -os, quia non seminant (TERT. adv. Marc. 4,21. 29). PHYSIOGN. 83 quibus origo narium tenuis est impudentes esse: referri ad speciem -orum. CLAVD. 18,349 nigrantibus alis audiretur olor, -o certante ligustris. SERV. georg. 1,414 Plinius (?) in naturali historia dicit -os esse obliviosos. SVLP. SEV. chron. 1,3,3. MART. CAP. 5,434 Tisias . . . superpositum -um commune pignus filiamque memorabat (*ibid.* corax). EVSTATH. Bas. hex. 8,7 p. 954^B aquarium genus *avium* . . . pedes . . . non habet fissos, ut -us. POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543,23.

B *speciatim*: **1** *de proprietatibus corvorum, quae in proverbium venerunt (cf. Weyman, Archiv 13 [1904] 269. Otto, Sprichwörter p. 95)*: *longitudo vitae*: PRIAP. 83,12 tibi senexve -us . . . feriret . . . caput. SEN. benef. 2,29,1 vincant . . . spatio aetatis -i. PLIN. nat. 7,153 Hesiodus . . . cornici novem nostras attribuit aetates, quadruplum eius cervis, id triplicatum -is. AVSON. 365,5. MACR. sat. 7,5,11 non minus edacitatis habent, quam de longaevitate eorum opinio fabulatur. *de rapacitate et esca*: VARRO rust. 3,7,6 redeunt *columbae* nisi a -o occisae. CATVLL. 108,5 effossos oculos voret atro gutture -us (VVLG. prov. 30,17 effodiant eum [*oculum*] -i de torrentibus. *cf.* GREG. TVR. Franc. 5,18 impletur in te proverbium illud, quod -us oculum -i non eruit). HOR. epist. 1,16,48 non pasces in cruce -os (PETRON. 58 crucis offa, -orum cibaria). COLVM. 12,46,2 ne aut -is . . . pomum laceretur. PETRON. 116 cadavera quae lacerantur aut -i qui lacerant (*in imag. de heredipetis*). PLIN. nat. 17,37 alites vomerem comitantes -ique aratoris vestigia ipsa rodentes. IVV. 8,252 numquam attigerant maiora cadavera -i. HIER. epist. 78 mansio 24 abactis -is, qui hominum frumenta vastabant. tract. in psalm. I p. 297,24 puto -os . . ., qui semper persequuntur cadavera mortuorum, . . . daemones esse. p. 298,1 pulli . . . -orum dicuntur de rore vivere (CASSIOD. in psalm. 146,9 pulli . . . -orum . . . caelesti rore vescuntur et . . . cadaverum fetores beneficio aetatis ignorant). AVG. serm. ed. Mai 137,2 -us . . . immundum est animal; quod tangit immundum facit (PRVD. c. Symm. 2,1034 grana . . . immundisque iacent foeda ad ludibria -is). MACR. sat. 7,5,11 omnibus inhiare cadaveribus, . . . seminibus insidiari, fructus arborum persequi; . . . non minus edacitatis habent, quam . . . . PROSP. in psalm. 146,9 patres . . . idola venerantes -orum habuerunt figuram mortua et immunda sectantes. PS. PROSP. prom. 1,7,11. *opponitur columbae*: IVV. 2,63 dat veniam -is, vexat censura columbas. AVG. in euang. Ioh. 6,2 -i sunt, non columbae. SEDVL. hymn. 1,104 discedant -i, sola columba redit. ANTH.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

390,30 iunctaque cum -o pulchra columba cubat. *cf. p. 1078,62.* *color*: PETRON. 43 niger tamquam -us. MART. 1,53,8. 3,43,2 *opp.* cygnus. IVV. 7,202 -o quoque rarior albo. APVL. Socr. 4 p. 110 *opp.* olor. HIER. tract. in psalm. I p. 159,23 -us niger est et nihil in se habet album. VVLG. cant. 5,11 comae eius ... nigrae quasi -us. RVFIN. apol. adv. Hier. 2,25 quem ante -um dixerat et totum tenebrosum. EVCHER. form. 4 p. 23,6 -us nigredo peccatoris vel daemonis (HIER. tract. in psalm. I p. 297,24 puto -os nigri coloris ... daemones esse. CASSIOD. in psalm. 146,9 -i sunt irreligiosi viri, qui peccatorum nigredine ... vestiuntur). BOETH. in Porph. comm. sec. p. 280,18 nigrum ... esse inseparabiliter -o et Aethiopi accidit, potest autem subintellegi et -us albus et .... *adde*: ISID. sent. 3,43,5 -us dum suos pullos viderit albi coloris, nullis eos cibis alit sed ... attendit donec ... nigrescant. *vox et loquacitas* (*cf. etiam l. 31 sqq.*): VARRO ling. 5,75 ab suis vocibus *nomen acceperunt* ... -us. VERG. georg. 1,423 ovantes gutture -i (AVSON. 76,5 AVIEN. Arat. 1743). OV. met. 2,535 loquax (*v. infra l. 64*). SVET. frg. p. 250 -orum *est* crocitare (ISID. diff. 1,607. PAVL. FEST. p. 53 crocatio -orum vocis appellatio). AVG. in euang. Ioh. 6,2 habet vocem -i; vox enim -i clamosa est, non gemebunda. *nota*: PHAEDR. app 21,9 (*narratur fabula*) -us ... supervolans ʻave' usque ingessit (MART. 3,95,2 quod [*have*] prior et -us dicere saepe solet. *cf.* 14,74,1 -e salutator). AVG. serm. 82,14 cras cras -i vox est. 224,4 dicis cras cras, factus es -us (*cf.* serm. ed. Mai 61,4 cras cras vox corvina est). *cf.* cra. *discit humanam vocem imitari*: VARRO ling. 6,56 in -is ... verba non esse verba, quod non loqu[eb]antur. PERS. prol. 13. APVL. flor. 13 p. 45 -us et psittacus nihil aliud quam quod didicerunt pronuntiant. EVG. TOLET. carm. 49,1 -us ... verba referre solent. *narrantur fabulae de corvis loquentibus*: PLIN. nat. 10,121 (1,10,60 propter -um loquentem seditio populi Romani). MACR. sat. 2,4,29—30.

2 *de praesagiis corvorum*: *praedicit tempestatum mutationes*: LVCR. 5,1085 mutant cum tempestatibus una raucisonos cantus ... -orum ... greges. VERG. georg. 1,382 numquam imprudentibus imber obfuit: ... -orum increpuit ... exercitus. 1,410 ex imbri soles ... prospicere ... poteris: ... tum liquidas -i presso ter gutture voces aut quater ingeminant (SERV. georg. 1,388 cornicem rauca voce et solam pluviam praedicere, -os vero et plures et voce tenui et purissima contra naturam suam). PLIN. nat. 8,102. 18,362 (*describitur*). AVIEN. Arat. 1715 tenui cum stridunt gutture -i ... instantes praenoscere protinus imbres. 1743. DRAC. laud. dei 1,527 -us hirundo praedicunt pluvias nec clam praesagia fallunt. *auguria*: PROB. Verg. ecl. 9,13 bonum augurium erat, si -us dextra, cornix sinistra volaret. PLAVT. Asin. 260 -os parra ab dextera consuadent. Aul. 624 non temere est quod -os cantat mihi nunc ab laeva manu. 669 ni subvenisset -os, periissem miser. nimis hercle ego illum -om ad me veniat velim, qui .... CIC. div. 1,12 Iuppiterne cornicem a laeva, -um ab dextera canere iussisset. 1,85 quid *habet* augur, cura dextra -us, a sinistra cornix faciat ratum. 2,16 quam haec signa nulla sint ... -i cantus (*cf.* AVG. civ. 4,30). HOR. carm. 3,27,11 oscinem -um prece suscitabo. LIV. 10,40,14 ante consulem haec dicentem -us voce clara occinuit. FEST. p. 197 oscinum tripudium est ... cum cecinit -us. *ibid.* oscines aves ... esse ... quae ore canentes faciant augurium ut -os. PHAEDR. 3,18,12 partes sunt vobis datae: ... augurium -o. SEN. nat. 2,32,5 cur ... hic honor datus est, ut magnarum rerum faceret auspicia; ... -o. AMBR. Noe 17,62 plerique quasi annuntium futurorum -um aestimant. MART. CAP. 9,894 in argumentum praescientiae mihi (*Phoebo*) -us alludit. SIDON. epist. 2,2,14 oscines -os voce triplicata ... Aurorae facem consalutantes. *prodigia*: LIV. 21,62,4 -um in aedem Iunonis devolasse atque in ipso pulvinari consedisse. 24,10,6 in aede ... -os nidum fecisse. 30,2,9 aurum in Capitolio -i ... crediti ... edisse. CVRT. 4,6,11 praetervolans -us glebam ... amisit. SVET. Aug. 96 aquila ... duos -os ... afflixit et ad terram dedit.

3 *fabulae de corvo*: *de corvo albo in nigrum mutato*: *narratur fabula* OV. met. 2,531 *sqq.* HYG. astr. 2,40 fab. 202 p. 128 SERV. Aen. 7,761. LVCR. 2,822 -os ... ex albis album pinnis iactare colorem et nigros fieri. *de corvi ad sidera translatione*: *narratur fabula* HYG. astr. 2,40 SCHOL. Germ. Bas. p. 100. *de corvis Alexandro in deserto viam monstrantibus*: CVRT. 4,7,15 ITIN. Alex. 21. *de M. Valerio Corvo vel Corvino et corvo*: *narratur fabula* LIV. 7,26 GELL. 9,11. PROP. 3,11,64 cui cognomen -us habere dedit. OV. fast. 1,602 -i titulos auxiliaris habent. VAL. MAX. 8,15,5. QVINT. inst. 2,4,18 an sit credibile super caput Valeri pugnantis sedisse -um, qui .... AMPEL. 22,2 Valerius Corvinus ... -us galeam eius insedit. PRVD. c. Symm. 2,567 Corvinum -us Apollineus penna vel gutture iuvit. OROS. hist. 3,6,5 confecit hanc pugnam M. Valerius auxiliante -o, unde postea Corvinus est dictus. *cf.* PALLAD. hist. mon. I 6 circa oculos eius ac vultum -orum more volantes *daemones*. *de corvo a vulpe decepto*: *narratur fabula* PHAEDR. 1,13 APVL. Socr. 4 p. 108. HOR. sat. 2,5,56 -um deludet hiantem (PORPH. *ad l.* hoc allegorice posuit ex fabula Aesopi [*narratur*]). PORPH. Hor. epist. 1,17,50 *v. p. 1078,25.* SCHOL. Hor. ars 437 quasi vulpes in Aesopi fabulis contra -um. *de corvis Heliae cibum portantibus*: VVLG. III reg. 17,1 *sqq.* (TERT. ieiun. 9 ITIN. [Silv.] 16,3 FILASTR. 154,1 SVLP. SEV. chron. 1,43,3 ITIN. Anton. Plac. rec. A 9). *de corvo furtum detegente*: PALLAD. hist. mon. I 31.

II *nomen* ***aliarum avium***: A *avis marina*: PLIN. nat. 11,130 quaedam animalium naturaliter calvent sicut ... -i aquatici, quibus apud Graecos nomen inde (10,133 phalacrocoraces. *cf.* GLOSS. *p. 1078,11.* SERV. georg. 1,360 *cod. R* mergi ... sunt quos nonnulli -os aquaticos vocant). GLOSS. mergi -i marini vel fustis cerrae. mergus -us marinus. merguli -i marini. -us maritimus ebius (? *cf.* αἴθυια. -us maritimus mercoris pullos. *cf.* -us agrestis ebius). B *i. q. nycticorax*: EVCHER. instr. 2 p. 157,12 nycticorax ... sunt qui asserunt esse orientalem avem, quae nocturnus -us appelletur. CASSIOD. in psalm. 101,7 nycticorax graeco vocabulo dicitur noctis -us, quem quidam bubonem, quidam noctuam esse dixerunt. alii magis -o magnitudine et colore consimilem. GLOSS. nocturnus -us νυκτικόραξ.

III *nomen* ***piscis***: PLIN. nat. 32,145 peculiares ... maris ... -us. AVSON. 393,62 duraturi post bina trihoria -i. PLIN. VAL. 5,43 omnem aspratilem piscem, videlicet ut sunt lupi, -i. POL. SILV. chron. I p. 544,8 nomina natantium .. -us. GLOSS. κορακῖνος.

IV *nomen* ***sideris*** (*de quo v.* SCHOL. Germ. Bas. p. 101 *et Haebler, PW. IV 1665*): CIC. Arat. 220 extrema *hydra* nitens plumato corpore -us rostro tundit. 292 hydra tenet flexu crateram, -us adhaeret. VITR. 9,5,1 in qua (*angue*) inest -us. OV. fast. 2,243 tria sidera, -us et anguis et medius crater. GERM. 430 huic (*hydro*) ... ulteriores *tortus* vocali rostro -us forat. omnia lucent, et -us et .... 505. HYG. astr. 3,24 virgo ... inferiorem corporis partem supra -um ... habere perspicitur. 3,39 *hydrae* cauda ... sustinet -um rostro corpus eius tundentem et toto corpore ad cratera tendentem (*enumerantur stellae*). 4,3 crater cum -o velut fixus esse circulo conspicitur. AVIEN. Arat. 900. 1005. SERV. georg. 1,205 *anguis* australis in quo sunt crater et -us.

V *i. q.* ***machina bellica***: VITR. 10,13,3 -um demolitorem, quem nonnulli gruem appellant. CVRT. 4,2,12 ferreae ... manus ... -ique et alia tuendis urbibus excogitata. 4,3,26 -i ... et ferreae manus ... plerosque rapiebant (*v. Fiebiger, PW. IV 1665*).

VI *in re medica i. q.* ***scapelli genus***: CELS. 7,19 *tunicam* ferramento, quod a similitudine -um vocant, incidere.

deriv.: corvinus. *Wulff.*

? **corux** *v.* corucem.

cōrycēum, -ī *n.* [*κωρυκεῖον, *cf.* corycus. *Th.*]. VITR. 5,11,2 sub dextra *porticu* coryceum *collocetur i. exedra, ubi coryco corpus exerceant ephebi.*

cōrycomachĭa, -ae *f.*, κωρυκομαχία. CAEL. AVR. chron. 5,11,133 volutatione in palaestra varia quam Graeci celadian atque corycomachian vocaverunt.

cōrycus, -ī *m.*, κώρυκος. *follis, quo athletae vires exercent, hinc in imag.* CIC. Phil. 13,26 -us laterum et vocis meae, Bestia. *cf. p. 1082,19.*

corydalus, -ī *m.*, κορυδαλλός. *nomen avis*: SERV. ecl. 2,1 Corydona a Vergilio ficto nomine nuncupari ex eo genere avis, quae corydalis (coridalis *codd.*) dicitur, dulce canens. MARCELL. med. 29,30 -us avis, id est quae alauda vocatur, quae animos hominum dulcedine vocis oblectat. GREG. TVR. Franc. 4,35 avis coredallus, quam alaudam vocamus. DIOSC. 2,33 de cori id est pugione (2,54 W. κορυδαλλός). *cf. etiam* coredulus.

corylētum, -ī *n.* [*a* corylus. *Th.*]. OV. fast. 2,587 in silvis inter -a iacebat *Iuturna*. PRISC. gramm. II 123,25 GRAMM. suppl. 69,23. [*francog.* coudraie. *M.-L.*]

corylus, -ī *f.* [*i. q. hibern.* coll *theodisc.* hasal *anglosax.* hæsel ʻ*corylus*'. *Th.*]. PRISC. gramm. II 36,22 -us et lympha ex ipsa scriptura a Graecis sumpta non est dubium, cum per y scribantur ἀπὸ τοῦ ʻκαρύον' (κορυον, καρυλον, κορυνος *v. l.*) καὶ τοῦ ʻνύμφη'. GLOSS. λεπτοκάρυον id est nucleus. arbor abellanus. ποντικέα (*cf.* GLOSS. II 116,54 coronea ποντικέα. κάρυα ποντικά). ποντικέον. haesl (*anglosax.*). -os avellanas. avellanas vel nuces. [*francog.* coudre, *it. septentr.* coler. *M.-L.*]

nomen fruticis: CATO agr. 18,9 orbem ex ulmo aut ex -o facito. VERG. ecl. 1,14 inter densas -os (corulos *codd. praeter P*). 5,3 hic -is mixtas inter consedimus ulmos. 5,21. 7,63. georg. 2,65 durae -i (*cf.* SERV. *ad l.*). 2,299 neve inter vites -um sere (corulum *R.* SERV. auct. *ad l.* -os antipharmacon esse aiunt). VERAN. Macr. sat. 3,20,2 felices arbores putantur esse quercus ... -us. OV. met. 10,93 -i fragiles. COLVM. 7,9,6 nemora sunt convenientissima, quae vestiuntur quercu ... -is. PLIN. nat. 16,74 descendunt et in plana cornus, -us *etc.* 16,75 facibus carpinus, -us familiarissimae. 16,176. 228 *fraxinus* hastis -o melior. 17,67. 151. 240. 31,83. NEMES. ecl. 2,87 inter pinus -um frondescere fas est. [PS. SOL. add. p. 221,2 *dub.*] MACR. sat. 3,18,5 nux haec Avellana seu Praenestina, quae est eadem, ex arbore est quae dicitur -us. SIDON. epist. 2,9,8 antro ... -is flexibilibus intexto. VEN. FORT. carm. 3,9,23. *nota in proverbio*: PAVL. NOL. carm. 11,37 si confers ... castaneis -os, ... me compone tibi.

derivata: colurnus (SCHOL. Hor. sat. 1,8,1). coryletum.

corymbāta navis GLOSS. (*fort. deest interpretatio* corymbo ornata). *a* corymbus *p. 1081,68.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

corymbiās, -ae *f.* [κορυμβίας. *Th.*]. *genus ferulae*: PLIN. nat. 19, 175 duo ⟨ex⟩ ea (*ferula*) genera *olerum*, caules et racemi: -an hanc vocant corymbosque quos condiunt.

corymbiātus, -a, -um *a* corymbion, *cf.* corymbatus. TREB. Claud. 17, 5 discum corymbiatum argenteum librarum XX (*i. corymbis ornatum*).

corymbifer *a* corymbus *et* ferre. OV. fast. 1, 393 festa corymbiferi celebrabas, Graecia, Bacchi.

corymbion, -iī *n.* [*κορυμβίον, *cf.* κόρυμβος. *Th.*]. *i. q. capillamentum*: PETRON. 110, 1 -oque dominae pueri adornat caput. 110, 5 commendatior vultus enituit, quia flavum -on erat (*syn.* capillamentum). *deriv.*: corymbiatus.

corymbītēs *adi.* *κορυμβίτης. PLIN. nat. 1, 26, 44 tithymalos platyphyllos sive corymbites sive amygdalites. 26, 70.

corymbus, -ī *m.*, κόρυμβος. GLOSS. ἀκρεμών, καρφίον. cacumen leactrocas (*anglosax.*). III 434, 12 ὅρμος culimbos. *legitur inde a* VERG. *dub.* QVEROL. p. 32, 5 quos illic sannas, quos -os (colymbos *i.* κυβιστεύματα *Scal.*) videas, si nummos asperseris? [*it. med.* bolumbra. *M.-L.*]

1 *proprie*: **a** *de fructu herbarum in formam orbis vel uvae disposito*: *praecipue de hedera*: PLIN. nat. 16, 146 fructum quoque candidum ferentium *hederarum* aliis densus acinus et grandior, racemis in orbem circumactis qui vocantur -i *eqs.* SERV. ecl. 3, 39 -os uvas hederarum. SCHOL. Verg. Veron. ecl. 3, 39 -i sunt hed⟨erae⟩ fructus granis in ⟨orbem⟩ inter se coeunt⟨ibus⟩. GLOSS. -i bacae hederae. hederarum bacae. bacae in hedera. hederae poma. VERG. ecl. 3, 39 lenta ... vitis diffusos hedera vestit pallente -os. CVLEX 144 *hederae* excedunt ad summa cacumina lentae pinguntque aureolos viridi pallore -os. 405 hederaeque nitor pallente -o (CALP. ecl. 7, 9 cur ... solus Stimicon caneret pallente -o). TIB. 1, 7, 45 frons redimita -is (*cf.* SEN. Oed. 403 effusam redimite comam nutante -o. STAT. silv. 1, 5, 16 vitreum teneris crinem redimite -is, *deae*). PROP. 2, 30, 39. 3, 17, 29 candida laxatis onerato *Baccho* colla -is. 4, 6, 3 cera Phileteis (Philippeis *codd.*) certet Romana -is (*in imag. de laude poetica. cf.* CALP. ecl. 4, 56 modo te Baccheis Musa -is munerat. ENNOD. dict. 11, 2 p. 459, 8 poetarum hederas nobilioribus -is ... nutrix ingenii comit assiduitas). PROP. 4, 7, 79 OV. met. 3, 665. NERO carm. frg. 4, 3 lyncem Maenas flexura -is. PLIN. nat. 21, 52. 55. 24, 76 -i quoque *hederae* poti vel illiti lienem sanant *eqs.* 24, 78 candidioris *hederae* -i poti steriles etiam viros faciunt. 24, 79. SIL. 7, 195 frontem *Bacchi* cinxere -i. STAT. Theb. 7, 570. CARM. epigr. 1109, 35 si libeat thyrsum gravidis aptare co⟨rymbis⟩ (NEMES. ecl. 3, 18 gravidis hederata fronte -is). IVV. 6, 52 necte coronam postibus et densos per limina tende -os. VERS. metr. Caes. gramm. VI 256, 2 crine nitidus apto luteis -is *Bacchus.* PRVD. perist. 10, 274. MARCELL. med. 28, 30 acini sive -i hederae tres contriti. CASS. FEL. 1 p. 4 SIDON. epist. 8, 9, 5 vers. 11 carm. 22, 72. DRAC. Romul. 3, 9 contortusque fluat nodo viridante -us. 6, 67. laud. dei 1, 171 torta per obliquos it vitis in orbe -os. PRISC. perieg. 587 ENNOD. carm. 2, 66, 7. VEN. FORT. carm. 11, 11, 11 enituit paries viridi pendente -o. epist. (carm. 10, 3) 3. *de aliis herbis*: COLVM. 10, 237 haec (*cinara*) modo purpureo surgit glomerata -o. 10, 301 fer calathis violam ..., balsama cum casia nectens croceosque -os. PLIN. nat. 19, 175 *ferula v. supra l. 2.* 21, 50 comantibus fulgore auri -is *chrysocomes.* 21, 168 heliochrysum ... ad solis repercussum aureae lucis in orbem velut -is dependentibus, qui nunquam marcescunt. 22, 79 *de elaphobosco.* 24, 83 *de milace.* 25, 64 *de polemonia.* 26, 148 *de polycnemone.* ORIBAS. syn. 5, 40 rutae semen et magis silvaticae cum ipsis -is. VEN. FORT. epist. (carm. 5, 1) 1 (*in imag.*) ipse vir factus paradisus inter perspicui cordis zmaragdinas plateas et vernantes operis inumbrantes -os — non quod ficus tegeret, sed fructus ornaret — *domini* vestigia ... coercet fide figente.

b *de pampinis*: ISID. orig. 17, 5, 12 -i sunt anuli, qui proxima quaeque ligant ... ne longius laxati palmites ventorum flatibus dissipentur. 17, 9, 92 viticella ... sicut vitis quicquid proximum habuerit, apprehendat -is, quos anulos appellamus. GLOSS. ἕλιξ ἀμπέλου. ἕλιξ. -us est quae in vite nascitur.

2 *translate*: **a** *i. q. aplustre navis*: VAL. FL. 1, 273 auratis Argo reditura -is. 4, 691. 8, 194 non totis Argo redit ecce -is. *cf.* GLOSS. V 353, 60 -is navibus. **b** *i. q. calyx rosae*: HIER. epist. 66, 1 quis parturientem rosam et papillatum -um, antequam in calathum fundatur orbis, ... aequis oculis marcescere videat? *cf.* ANTH. 84, 3 prima *rosa* papillatos ducebat ⟨tecta⟩ -os. *hinc de papilla*: SER. SAMM. 352 turgentes ungue -os (schol. marg. cod. A: capita mammarum). **c** *i. q. fimbria vestis*: ITALA exod. 28, 4 (Aug. quaest. hept. 2, 114) *stolas* ... pectoralem, humeralem et tunicam talarem et tunicam cum -is (κοσυμβωτόν [*i. fimbriatam*], VVLG. lineam strictam). *cf.* AVG. *l. c.* 'tunicam cum -is' honestius putarunt latini interpretes dici, quam si dicerent 'cum cirris', qui bene dispositi ornamento esse vestibus solent. **d** *fort. i. q. vinculum, lorum iugi, sed cf. supra l. 35 sq.*: NEMES. cyn. 7 Castalius ... alumnus ... imponitque iugum vati retinetque -is implicitum.

deriv.: corymbatus. *gr.*: corymbion, corymbites. *comp.*: corymbifer.

coryphaeus, -ī *m.*, κορυφαῖος. *i. q. dux chori*: CIC. nat. deor. 1, 59 quem (*Zenonem*) Philo noster -um appellare Epicureorum solebat. EPIST. pontif. Thiel 702 Gelas. 43, 4 tu haeretice, ... novam doctrinam invehis abiecta -i confessione.

coryphia, -ōrum *n.* [*vocabulum a graecis non traditum. Th.*]. PLIN. nat. 1, 32, 27. 32, 84 muricum generis sunt, quae vocant Graeci coluthia, alii -a, turbinata aeque, sed minora, multo efficaciora *quam conchylia.* 32, 147 coluthia sive -a, concharum genera.

cōrȳtus, -ī *m.* [*a graecis tractum, cf.* γωρυτός, χωρυτός (Hesych.). *Th.*]. cŏrȳt- SIDON. *l. 26.* *traditur in parte codicum* gor-: VERG. Aen. 10, 169 SIL. 7, 443. 15, 773 GLOSS. *nom. sing.* -os (*praeter l. 25. 27*), *acc.* -on. SERV. Aen. 10, 169 -i proprie dicuntur arcuum thecae; dicuntur tamen etiam sagittarum, quas et pharetras nominamus. *sim.* SCHOL. Stat. Theb. 4, 269. 9, 730 ISID. orig. 18, 9, 2. GLOSS. goruthus (*vel* grostus) pharetra. domus sagittarum. βελοθήκη. *ex falsa Vergili interpretatione*: NON. p. 556 -i leve missile in modum sagittarum. GLOSS. V 639, 2 iacula brevia in modum sagittarum quae pharetris aut inserta scuto gestantur vel gladius. VERG. Aen. 10, 169 quis (*Cosanis*) tela sagittae -ique (corici *Non.*, *cf.* κωρυκός?) leves umeris et letifer arcus (STAT. Theb. 12, 527). OV. trist. 5, 7, 15 in quibus (*Sarmatis et Getis*) est nemo, qui non -on et arcum telaque ... gerat. SEN. Herc. f. 1127 telum Scythicis leve -is missum. SIL. 2, 106 -i fratrum ex humeris calamique paterni pendebant. 7, 443 parvulus ex humero -os. 15, 773 striduntque sagittiferi -i. STAT. Theb. 4, 269 -os ... electro pallens et iaspide clarus Eoa. 7, 660 velox -us et arcus. 9, 730 caelestibus implet -on telis. SIDON. carm. 11, 56 cui (*Amori*) fax arcus -us pendebat. [*hisp.* goldre. *M.-L.*]

coryza, -ae *f.*, κόρυζα. ISID. orig. 4, 7, 12 -a est quotiens infusio capitis in os venerit narium et praefocationem fecerit cum sternutatione, unde et -a nomen accepit. *graece* CELS. 4, 5 p. 126. HIPPOCR. aer. 10 purgari -a et brancho cerebrum. THEOD. PRISC. log. 57 fit in naribus *catarrhus*, cui nomen est -a. CAEL. AVR. acut. 2, 17, 101. chron. 1, 1, 41 capitis motu vexatos in catarrhum atque -am venire videamus. 2, 7, 94 fit influxio ... ad nares, quae appellatur -a. ORIBAS. syn. 5, 46 PLIN. VAL. 1, 2. *L.*

cōs, cōtis *f.* [*cf. c. gr.* κῶνος, *ind.* śiśāti '*acuit*', *armen.* sur '*acutus*', *island.* hein '*cos*' *et c.* catus. *v. etiam quae s. v.* cautes *dicta sunt. Th.*]. ISID. orig. 16, 3, 6 -s nomen accepit, quod ferrum ad incidendum acuat. cotis (*cf.* 16, 26, 5 *v. p. 897, 9*) enim graeco sermone incisio nominatur. *formae*: *legitur* cautibus: LVCAN. 7, 139 (cotibus *B U*). OPT. PORF. carm. 26, 7 caute (*cf. III p. 710, 83*). *nom. sing.* cotis: CASSIOD. var. 5, 1, 2 hoc vestra -is diligenter emundavit. VEN. FORT. carm. 2, 9, 9 vix dabit in veteri ferrugine -is acumen. GLOSS. II 102, 42 III 29, 58. 92, 43. cutis: GLOSS. III 198, 8. 321, 60. 506, 25. cox: GLOSS. V 354, 37. cotio: GLOSS. V 186, 4. *non inveni genet. plur.* [QVINT. inst. 1, 4, 10 *scribitur* quos ut -s (*A B P, recte* tuos *Ritschl*)] PRISC. gramm. II 161, 22 in 'os' terminata feminina tria inveniuntur -s -is .... 253. GRAMM. suppl. 117, 35. PROB. Verg. georg. 2, 152 aconita ... graece a -is nomine dicuntur. illa enim ἀκόνη appellatur. PAVL. FEST. p. 24 ἀκόνη quam latine dicimus -em. IDIOM. gen. gramm. IV 574. GLOSS. ἀκόνη. ὑποδερμίς. acuendi petra. II 102, 42 -is ὀργή (*cf. p. 1083, 10. 13. 1086, 15*), ἀκόνη, ὑποδερμίς. V 354, 27 cox huetistan (*AS*). III 549, 3 -e Cretica ἀκόνης Κρητικῆς. V 186, 4 cotio ad acuminandum. *legitur inde a* CIC. [*val.* cute, *it.* cote. *M.-L.*]

1 *proprie*: *i. q. lapis quo ferramenta acuuntur, gemmae, pavimenta sim. poliuntur*: CIC. div. 1, 32 -em novacula posse praecidi (1, 33. 2, 80 contemne -em Atti Navii. LIV. 1, 36, 4. 5 FLOR. epit. 1, 1, 3. APVL. Socr. 7 p. 135 Attio Navio auguria miraculum -is addicant. LACT. inst. 2, 7, 8. AVG. civ. 10, 16 -em Tarquinius novacula secuit. PAVL. FEST. p. 169). ALF. dig. 39, 4, 15 navis onusta -bus. *ibid.* ex insula Creta -es exisse. *ibid.* quod ... evectae -es viderentur. VITR. 7, 4, 5 summo libramento -e despumato redditur species nigri pavimenti (PLIN. nat. 36, 187. 188 si ... -e depolitum est). PLIN. nat. 1, 36, 47. 24, 89 lignoque ad -em trito. 36, 136 quidam *molares lapides* ... molliores qui et -e lēvantur. QVINT. inst. 2, 12, 8 detrahere doctrinam aliquid ut limam rudibus et -es hebetibus (*cf. l. 82*). VERG. Aen. 7, 627 subiguntque in -e secures. HOR. carm. 2, 8, 16 ardentes acuens sagittas -e cruenta. ars 304 fungar vice -is, acutum reddere quae ferrum valet exsors ipsa secandi. LVCAN. 7, 139 cautibus (cotibus *B U*) asper exarsit mucro. PLIN. nat. 18, 261 Creticis tantum transmarinisque -bus notis ... oleo aciem falcis excitantibus. *ibid.* Italia aquarias -es dedit limae vice imperantes ferro. 27, 10 vis eadem esset in morte quae -bus in ferri acie deterenda. 28, 47 -em, qua ferramenta saepe exacuta sint, ... de veneficio ... evocare indicium. 34, 145 cum exacuendo oleariae -es aquariaeque differant et oleo delicatior fiat acies. 36, 164 -es ferro acuendo (*ibid.* operarias lapides). APVL. met. 7, 22 gladium -is attritu parabat. PAVL. dig. 39, 4, 11 -em ferro subigendo necessariam hostibus venundari. CLAVD. carm. 22, 194 -e novat nigras rubigine falces. DRAC. Romul. 2, 72 fricuisset -e sagittas Amor. OP. imperf. in Matth. 43 p. 880 doctrina ... -is habet officium; sicut enim -s non facit ferrum sed acuit. PLIN. VAL. 1, 20 mittes oleum ... super securim eversam et teres de -e aut aquaria aut olearia. ISID. orig. 16, 3, 6 ex his (*-bus*) aliae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aquariae sunt, aliae oleo indigent in acuendo, sed oleum lenem, aquae aciem acerrimam reddunt. PLIN. nat. 36, 54 Naxium ... ita vocantur -es in Cypro ... genitae. 36, 147 experimentum eius (*haematitae*) esse in -e ex lapide basanite. *ibid.* reddentis sucum ad -em aquariam. 36, 148 attritum aquariis -bus. 37, 98 -e deprehenduntur. *ibid.* centrosas -e deprehendunt. 37, 109 ceterae *gemmae* Naxio et -bus poliuntur. AVELL. p. 746, 22 in -e medicinali teritur topazium. *nota*: DAMIG. lapid. 3 hunc lapidem (*adamantem*) adeptus include in -e argentea et consecratum porta.

2 *translate et in imagine*: *i. q. stimulus*: CIC. ac. 2, 135 iracundiam fortitudinis quasi -em esse dicebant. Tusc. 4, 43. 48 ardores animorum -esque virtutum. FLOR. epit. 1, 19, 3 quasi -e quadam ... ferrum suae virtutis acuebat. LACT. inst. 6, 19, 2 iram -em dicunt esse virtutis. HIER. in Nah. 3, 1 p. 565 sermonis gladium exacutum -e dialecticae. OPTAT. 2, 25 p. 63, 10 in -e livoris acuistis novaculas linguae. OROS. hist. 4, 23, 10 -em ... splendoris et acuminis sui Carthaginem perdiderunt. 7, 25, 10 hac contumelia quasi -e ad virtutem usus est. SIDON. epist. 2, 10, 6 oris tui limam ... studiorum -bus expolitam quereris obtundi. 8, 1, 2 linguas -e livoris naturalibus acuminatas. DRAC. Romul. 5, 109 pereat Carthago ... -em virtutis habendam. CASSIOD. var. 1, 22, 2 polisti ... forensi -e ... ingenium. 3, 6, 3 ut -e magnarum artium detersus mentis penetralibus plus luceret. 6, 17, 4 in vicem -is ingenia splendida reddimus, quae causarum assiduitate polimus. in psalm. 139, 3 verba ... nequitiae -bus expolita vulnerare contendunt corda simplicium. NOT. Tir. 16, 79.

deriv.: ?coteus. cotiarius. coticula. cotoria. 2. cotula. *Wulff.*

? κέφαλος **cosanas** GLOSS. III 318, 45. 526, 60 *inter pisces.*

cōsentio, cōservus *sim. v. sub* cons-.

cosmētēs, -ae *m.*, κοσμητής. IVV. 6, 477 ponunt -ae tunicas. SCHOL. *ad l.* eos dicit qui ornamentis praesunt, non tamen ornatrices.

cosmētōrium, -iī *n.* [*cf.* κοσμητήριον. *Th.*]. *i. q. medicamen faciei*: PLAC. med. 31, 11 muliebre praebet -um haec ovi subtilitas.

cosmicus, -a, -um, κοσμικός. *i. q. mundanus*: MART. 7, 41 -os esse tibi, Semproni Tucca videris: -a, Semproni, tam mala quam bona sunt. FIRM. math. 2, 29, 13 in exilium mitti fecerunt ob hoc, quod Saturni et Solis antiscia in -is constituta sideribus de diametro se viderunt.

cosmis *v.* comis. **cosmitto** *v.* committo.

cosmocratōr, -is *m.*, κοσμοκράτωρ. IREN. 1, 5, 4 diabolum ... quem et cosmocratorem vocant.

cosmoe, -ōrum *m.*, κόσμοι. CIC. rep. 2, 58 in Creta ... decem, qui cosmoe vocantur, ut contra consulare imperium tribuni plebei, sic illi contra vim regiam constituti sunt.

cosmographia, -ae *f.*, κοσμογραφία. SCHOL. Stat. Theb. 2, 32 -a dicitur mundi descriptio. EVSTATH. Bas. hex. 4, 4 p. 906[B] historicorum -am. 4, 5 p. 907[A] in multis -ae codicibus. 9, 1 p. 956[D] scriptores -ae. CASSIOD. inst. div. 25. ISID. orig. 6, 2, 1 Moyses divinae historiae -am in quinque voluminibus edidit. *titulus librorum*: GEOGR. latini min. p. 54 Iuli Caesaris. p. 71.

cosmopoeia, -ae *f.*, κοσμοποιία. BOETH. arithm. 2, 46 p. 149, 22 in Timaei *Platonici* cosmopoeia.

cosmos, -ī, *acc.* -on *m.*, κόσμος. AVG. civ. 7, 6 dicit ... Varro ... deum se arbitrari esse animam mundi, quem Graeci vocant κόσμον. APVL. mund. 22 unde (*ab ornatu*) -os graece nomen accepit. PAVL. NOL. 32, 195 *sq.* *mundum* etiam Graeci -on dixere priores; hinc ita compositum distinguens utraque lingua -on ab ornatu, mundum de lumine dixit. EVSTATH. Bas. hex. 8, 1 p. 945[A] recepit terra proprium -um (cursum *codd., sed Basil.* κόσμον). INSCR. christ. Rossi II p. 274 poena gravis fueram, nunc sum victoria -i (*sc. crux*). *dub.* GLOSS. V 566, 21 -us calcarium feminis Romanis. *cf. nom. propr.* *compos. graec.* VARRO Men. *tit.* κοσμοτορύνη περὶ φθορᾶς κόσμου.

cōsol, cōsolo *v.* consul, consulo. **cōspisso** *v.* conspisso.

cossam *v.* Cosan *nom. propr.*

[cossigerare] *traditur* ACC. carm. frg. 22 bene proscissas cossigerare ordine. *nondum sanatum.*

cossim *adv.* [*cf. esse videtur* c. con-, ocquiniscere; *v. Solmsen, Studien zur lat. Lautgeschichte 31 sqq. Th.*]. NON. p. 40 -m dictum quasi coxim. *i. q. subsidens*: POMPON. Atell. 129 qui -m cacant. APVL. met. 3, 1 grabattum -m insidens. *i. q. claudicans*: VARRO Men. 471 quom domum ab Ilio -m venero (*sc. Vlixes*).

cossipis *v.* capsipis. **cossis** *v.* cossus.

? τόξον **cossum** GLOSS. III 299, 15. *L.*

cossus, -ī *m.* [*orig. inc. Th.*]. *legitur* cossus: PAVL. FEST. p. 41 PLIN. nat. 11, 113 CHIRON 237. PELAGON. 33 *index.* VEG. PRISC. gramm. II 50 ISID. GLOSS. cossis: PLIN. nat. 13, 134. 17, 220 PLIN. med. 3, 4, *gen. masc.*: PLIN. nat. 30, 115. *gen. fem.*: CHIRON 718. cusus: GLOSS. II 119, 32. GLOSS. V 566, 22 vermis. 654, 3 -i vermes in ligno quos teredones vocant. 186, 1 quos vulgo teredonem vocant. 185, 41 (278, 66) vermes in ligno. 14, 3 (59, 12) -os vermiculos qui in materia nascuntur. ξύλον σκώληξ. *cf.* PAVL. FEST. p. 41 -i ab antiquis dicebantur natura rugosi corporis homines a similitudine vermium ligno editorum, qui -i appellantur. GLOSS. -um rugosum et contractum et curvum. *cf. nom. propr.* [*it. sept.* cöss. *M.-L.*]

1 *uruca papilionis cuiusdam*: PLIN. nat. 11, 113 nec ... -i tantum in eo (*ligno*), sed etiam tabani ex eo nascuntur. 13, 134 ne -ium (hostium *codd.*) quidem *iniuriam expavescit cytisum.* 17, 220 praegrandesque roborum *vermiculi* delicatiore sunt in cibo — -es vocant — atque etiam farina saginati hi quoque altiles fiunt. 30, 115 -es, qui in ligno nascuntur, sanant ulcera. PLIN. med. 3, 4 vermes, qui in ligno nascuntur, vocantur -es (tosses *codd.*).

2 *vermiculorum genus in intestinis*: PELAGON. 33 *index* de vermibus et de -is (costis *trad.*). CHIRON 237 vermes, quas -os (coscos *cod.*) appellamus et tineolas ... cum stercora ... purgabis. 718 qui in longaone -es (coxas *cod.*), id ist vermes rubros et rotundos, habuerit ... easdem -es ... (coxas *cod.*). VEG. mulom. 1, 44 de lumbricis, -is, tineis, pediculis. 1, 44, 5 alia potio ad lumbricos tineolas et -os. 1, 45, 4 ad -os specialis potio. 1, 52 -i (cosulis *A*, coxis *F*) et lumbrici qua cura tollantur. 1, 52, 2 omnes vermes, quos -os appellamus et tineolas, purgabis. 3, 10 ad -os, vermes vel tineas. 3, 10, 1 -os, vermes vel tineas ceteraque animalia ventris extinguit. 4, 28 ad lumbricos, -os (coscos *L*) et tineas. ISID. orig. 12, 5, 12 vermes carnium: ... -i. 12, 5, 13 (costi *codd.*). *Wulff.*

cossūtio *v.* consutio.

cossyphus, -ī *m.*, κόσσυφος, *nomen avis i. q. merula.* *inter pisces*: PLIN. VAL. 5, 26 de piscibus dandi sunt merula, cossifus. *L.*

×**costa,** -ae *f.* [*fortasse cf. c. slavon.* kostĭ ʻŏsʼ. *Th.*]. ISID. orig. 11, 1, 89 -as appellari ... quod ab ipsis interiora custodiantur, ut tota mollities ventris vallata salvetur. GLOSS. σπάθη ἡ τοῦ ἀνθρώπου. σπάθη. σπάθη, ὀστοῦν ἀνθρώπου. -ā σπάθης. -ae σπάθαι. κερκίδες. *legitur inde a* PLAVTO. *huc pertinere quidam putant* EDICT. imp. Diocl. 15, 19 κόστα εἰργασμένα β΄. 20 ἀνέργαστα (*rubr.* περὶ ξύλων τῶν (ε)ἰς τὰ ὀχήματα). [*val.* coastă, *it.* costa, *francog.* côte, *hisp.* cuesta. *M.-L.*]

1 *i. q. unum ex ossibus, quibus cavum pectoris continetur*: **a** *proprie, hominum et bestiarum*: VERG. Aen. 1, 211 tergora deripiunt -is et viscera nudant. 10, 381 discrimina -is ... qua spina dabat. 11, 817 ossa sed inter ferreus ad -as alto stat vulnere mucro. 12, 276. 508 transadigit -as et crates pectoris ensem (AVSON. 359, 27). LIV. 8, 7, 11 ut per -as ferrum emineret. OV. met. 4, 726 laterum -as. PRIAP. 6, 6 ad -am ... septimam. GERM. 417. CELS. 4, 1 renes ... qui lumbis sub imis -is inhaerent. 7, 4, 2. 8, 1 infra cervicem ... summa -a contra umerum sita est. *ibid.* sub -is ... prioribus quinque, quas νόθας Graeci nominant breves tenuioresque. 8, 2 sive pectoris os sive -a cariosa est. 8, 7. 8, 8, 2. 8, 9, 1 si tota -a perfracta est. SEN. Herc. O. 1226 excedit artus penitus et -as malum. COLVM. 6, 37, 6 cervice valida, robustis ac latis -is. PLIN. nat. 1, 11, 82. 9, 11 altitudine -arum Indicos elephantos excedente. 11, 181 animal ... munitum -arum et pectoris muro. 11, 207 -ae homini octonae, subus denae .... 28, 104. 227 -is ... fractis. CARM. epigr. 947, 1 (*Pompeis*) Veneri volo frangere -as fustibus et lumbos debilitare deae. MART. 9, 48, 10 nec -a data est caudave *apri* missa mihi (10, 45, 3 hoc pingue putas et -am rodere mavis. *cf.* VARRO rust. 2, 4, 11 offulam cum duabus -is [coctis *trad.*]). STAT. Theb. 2, 636 curvas perfringit lancea -as. 11, 512 cuspis in obliquis invenit vulnera -is. AMPEL. 8, 8 Corinthi balaenae -a est magna. APVL. met. 4, 12 diffissaque crate -arum. TERT. pudic. 5 talibus lateribus inclusam, talibus -is circumfultam. SOL. 34, 3 -arum longitudo excesserit pedes quadraginta. NEMES. cyn. 110 multamque trahat sub pectore lato -arum sub fine ... carinam. ARNOB. nat. 3, 13 sub -is earumque sub cratibus. LACT. opif. 5, 5 in eius (*spinae*) parte -as id est transversa et plana ossa porrexit in diversum. SPART. Hadr. 26, 3 iugulum et -am fregit. FILASTR. 97, 5 de -a Adae accepisse deum et fecisse mulierem (117, 1 VVLG. gen. 2, 21. 22 PELAG. in I Cor. 7 p. 734[D] AVG. civ. 22, 17 DRAC. laud. dei 1, 375 *et saepius. cf. l. 78*). POTAM. tract. 1 p. 1412[A] inter ieiunas et numerabiles -as pellis taetra distenditur. PELAGON. 214 in latere sinistro proxime -am novissimam. AMM. 28, 6, 14 unde (*ex puteo*) -a diffracta levatus ... interiit. OROS. hist. 4, 8, 12 ut serpens ... -is quasi cruribus innitatur. 4, 8, 13. 14 spinam per quam -arum pedes et motus corporis agebantur. BACHIAR. repar. laps. 16 -arum compago. SORAN. p. 91, 12 inter -as melius infigi potest *manus.* PS. SORAN. quaest. med. p. 367, 20 dextra laevaque omnia ossa -ae vocantur. SIDON. epist. 1, 2, 3 aream dorsi humilior inter excrementa -arum spina discriminat. 3, 13, 9 arcam pectoris texat curvatura -arum. DRAC. laud. dei 3, 711 curvis spina latus complectitur aspera -is, pectora circumdant crates iugulisque ligantur. CORIPP. Ioh. 4, 722 pectora ferro transfodiens fractis rupit vitalia -is. IORD. Get. 75 Danubius ... suscipiens flumina in modum spinae, quem -as ut cratem intexunt. PAVL. FEST. p. 65 frustum carnis cum septem -is demptum. *adde*: VERG. Aen. 2, 16 intexunt abiete -as (*de equo ligneo*). *nota in proverbio*: PETRON. 43 recorrexit -as illius prima vindemia. *i. q. coniunx* (*v. l. 59*): TERT. adv. Marc. 4, 34 ut a fratre ipsius et ex -a ipsius suppararetur semen illi. AVG. serm. ed. Mai 28, 2 iudicis (*i. Pilati*) conscientia cuius sic torquebatur -a. INSCR. christ. Rossi I 151 (*a. 362*) Viscilius Niceni -ae suae. **b** *translate*: *navium*: OV. epist. 15, 112 texitur et -is panda carina suis. PERS. 6, 31 -a ratis lacerae. PLIN. nat. 13, 62 *spina* utilissima navium -is. *corbium*: PLIN. nat. 16, 75 haec arbor ... circulis flexilis,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

item corbium -is. *v. Blümner, Technologie I 304, 6.* *carri? v. p. 1084, 28.*

2 *sensu latiore i. q. latus, lumbus*: PERS. 1, 95 (*ex Nerone imp.?*) -am longo subduximus Appennino. AVR. Fronto p. 79 N. mater ... imprudens angulo parietis -am inflixit. *saepius plur.*: PLAVT. Pseud. 136 ita plagis -ae callent. LVCIL. 333 scaberat ut porcus contritis arbore -is (VERG. georg. 3, 256 sus ... fricat arbore -as. PLIN. nat. 8, 212 *apri* inter se dimicant indurantes attritu arborum -as). 1207 mantica cantheri -as gravitate premebat (*cf.* HOR. sat. 1, 6, 106 mulus ... mantica cui lumbos onere ulceret. LVCR. 5, 1296 in equi conscendere -as. VERG. georg. 1, 273 oleo ... -as agitator aselli ... onerat). VARRO Men. 521 esurigo findebat -as (VVLG. Iob 18, 12 inedia invadat -as illius). VERG. georg. 4, 303 ramea -is *vituli* subiciunt fragmenta. 4, 556 apes utero et ruptis effervēre -is. Aen. 9, 430 ensis ... transabiit -as et candida pectora rupit. 10, 681 per -as exigat ensem. Ov. epist. 9, 111 -is exuta leonis ... vellera (COLVM. 6, 13, 2 ut *pellis* ... deduci a -is non possit). met. 5, 78 obstitit ensis alterius -is, iugulo Phorbantis adactus. 12, 330 lancea ... -is immissa Petraei pectora cum ... robore fixit. 12, 347 opposuitque genu -is. GERM. 70 Fessi (*nomen sideris*) supter -as atque ardua terga. CALP. ecl. 5, 72 cum vacuas ... -as denudavit ovis. STAT. Theb. 5, 214. SIL. 5, 450 tegmine nudas irrupit -as *iaculum*. 5, 548. 12, 240. APVL. met. 9, 13 -as perpetua castigatione ossium tenus renudati. TERT. anim. 33. FIRM. math. 1, 7, 3 mucronis aciem -is ... condidit. POTAM. tract. 2 p. 1415C. AMM. 25, 3, 6 hasta ... -is perfossis haesit in ima iecoris fibra. CLAVD. carm. min. 26, 255. PS. AVR. VICT. epit. 39, 4 acto per -as pugione. *nota de vase*: VERG. Aen. 7, 463 flamma ... virgea suggeritur -is undantis aëni. *cf.* SERV. *ad l.* -is autem lateribus. ... ollas non suspendebant.

deriv.: costalis. costatus (costatilis). costula. *cf.* 2. coticula.

costālis, -e *a* costa. VEG. mulom. 3, 1, 2 (*inter ossa iumenti*) a malaribus usque ad vertebras II, -es II.

costamōmum, -ī *n.* [**κοστάμωμον, cf. c. κόστος et ἄμωμον. Th.*]. MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 7 species *unguenti* pertinentes ad vectigal ... -um (*v. Marquardt-Mau, Privatleben p. 783*).

costātilis, -e *cf.* 1. costatus. CASSIOD. var. 3, 48, 4 echini, qui sunt mella carnalia, -is (constatilis *MONX*) teneritudo, croceae deliciae divitis maris.

1. costātus, -a, -um [*a* costa. *Th.*]. VARRO rust. 2, 5, 8 *boves sint* corpore bene -o, latis umeris, bonis clunibus. [*it.* costato, *francog.* côté, *hisp.* costado. *M.-L.*]

2. costātus, -a, -um *a* costum. *i. q. costo conditus*: PS. GARG. MART. p. 209 de vino -o faciendo: accipe costum et purga illud.

costilātus, -a, -um *cf.* costula. TREB. Gall. 20, 3 auratos -osque (bullatos *conicitur*) balteos rapuisse perhibetur.

cōstituo *v.* constituo. **costos**, -on *v.* costum.

costrus, -ī *m.*, *κόστρος a graecis non traditur.* *apium species*: PALLAD. 6, 10 in extremis favorum partibus maiores creantur apiculae, quas aliqui reges putant; sed Graeci eos -os appellant (*ubi edd.* oestros *sicut* COLVM. 9, 14, *at in codd. PLQVGS* eostros, *E* costros, *al.* necros). ISID. orig. 12, 8, 3 -os Graeci appellant ... dicti quod castra ducant.

costula, -ae *f. a* costa *deminutive.* CAPITOL. Maximin. 27, 8 dextrocherium cum -a de hyacinthis quattuor (*Haupt, opusc. III p. 423 interpretatur: hyacinthorum series eminens in dextrocherio,* copula *Casaub.*). *deriv.*: costilatus?

***costum**, -ī *n.* [*gr. κόστος, ind.* kúṣṭhaḥ. *Th.*]. coston: AVSON. 123, 5 dum custon -onque putas communis odoris. costus: PRISC. gramm. II 162, 4 arborum nomina feminina sunt ... appellativa graeca os in us convertentes ... -us. ENNOD. carm. 1, 9, 150 tunc pingit *campus* -os. costos: LVCAN. 9, 917 ORIBAS. syn. 6, 13. *abl. sing.*: DIOSC. 1, 14 de costu. GLOSS. III 195, 6 -u κόστο⟨ς⟩. 273, 58 -um κόστον. 628, 69 storace id est isauria id est -um. 631, 59 damasonium (damasoma *cod.*) costo ortenso.

i. q. herba odorifera, aromata ex ea facta; de qua v. DIOSC. 1, 14 ISID. orig. 17, 9, 4 (*Marquardt-Mau, Privatleben p. 783. 785*): HOR. carm. 3, 1, 44 Achaemeniumque -um (PLIN. nat. 12, 50 hoc et apud Medos nascitur. *cf.* Ov. fast. 1, 341 tura nec Euphrates, nec miserat India -um. LVCAN. 9, 917 eoaque -os. PLIN. nat. 12, 41. SIDON. carm. 2, 415 est locus ... proximus Indis, ... -um ... parturiunt campi). PROP. 4, 6, 5 -um molle date (*in sacrificio*: LVCAN. 9, 917. PLIN. nat. 22, 118 ture supplicamus et -o. MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 7 species pertinentes ad vectigal ... -um. LIB. iubil. 16, 24 *Abraham* incendens incensum compositionis, libanum et galbanum ... et -um). Ov. met. 10, 308 sit dives amomo, cinnamaque -umque suum ... ferat floresque alios Panchaia tellus. COLVM. 12, 20, 5 ad praedictum ... modum musti adici debent ii odores ... -um (PS. GARG. MART. p. 209 *l. 43*). PLIN. nat. 1, 12, 25. 12, 42 radix -i gustu fervens, odore eximia, frutice alias mutili ... duo eius genera, nigrum et, quod melius, candicans. 13, 18 regale unguentum ... constat ... -o. 14, 107. 21, 76 feminarum cutem nullo *mulso* melius emendari cum -o. 27, 128 radix -o nigro similis. 37, 204 maximum est pretium ... e terra ... exeuntibus ... in radicibus -o. CLAVD. 10, 95 nec sicco frondescunt vimina -o. ANTH. 467, 1 semper idem capiti suffundere -um. *adhibetur in re medica*: CELS. 3, 21. 5, 3 concoquunt et movent pus ... -um. 5, 5. 5, 18, 3. 5, 20, 6. 5, 23, 1. 2. 5, 24, 1. 5, 25, 10. 16. 5, 27, 7 -umque et casia et cinnamomum recte per potionem assumuntur. 6, 6, 24 SCRIB. LARG. 70. 121. 125. 126. 129. 144. 173. 176. 177 -i albi. 269 PLIN. nat. 13, 15. 16 omnia *unguenta* ... acutiora fiunt -o. PELAGON. 78 pastillos facies -i unciis II *et passim.* CHIRON 144. 370. 371. 381. 440. 816. 819 VEG. mulom. 1, 60. 2, 109, 6. 2, 113, 2. 2, 132, 2. 3, 13, 2. 4. 3, 14, 2. 3, 28, 30. APIC. 1, 3. 31 THEOD. PRISC. gyn. 22. CASS. FEL. 44 ad epaticam passionem -um ieiunis masticandum dabis, ut ipsum umorem inglutiant. ORIBAS. syn. 6, 13 -os aut peretrus hoc modo adhibitus iuvat *in periodicis febribus.*

deriv.: costamomum. 2. costatus.

cōsul, cōsulo, cōsumo *v.* cons-. **cotana** *v.* cottana.

cote *v.* cope. **cōtēs** *v.* cautes. **cōtis** *v.* cos.

? **coteī** iracundi GLOSS. lib. gloss. *cf.* GLOSS. cotis *ὀργή p. 1082, 52 et gr. κότος.*

cōtho(n), -ōnis *m.* (*f. v. l. 30*), **cōthōnum**, -ī *n.* *vocabulum semiticum.* GLOSS. Plac. V 59, 13 coton cubiculum graece κοιτών est. ⟨cotonem⟩ (*add. Deuerling*) ergo quod Carthago habet, in quo naves clauduntur, recte cubiculum dicimus. PAVL. FEST. p. 37 -es appellantur portus in mari interiores arte et manu facti. SERV. Aen. 1, 427 -a sunt portus in mari non naturales, sed arte et manu facti, est autem masculini et neutri generis; nam et hic cothon huius -is facit et hoc cothonum huius -i. BELL. Afr. 62, 5 Hadrumeto ex -e (cottione, coitione *codd.*) egressus ... naves onerarias, quae longius a portu in salo stabant, incendit. 63, 4 naves ... Hadrumetum in -em (chotonem *ϱ*, chothonem *πSW*) se universae contulerunt. 63, 5 navibus onerariis, quae erant extra -em incensis omnibusque reliquis ... in -em compulsis. SERV. Aen. 1, 427 portus effodiunt id est -a faciunt. Carthaginienses -e (cotthona *C²*) fossa utuntur, non naturali portu. *cf. nom. propr.*

cothurnātio, -ōnis *f. a* cothurnus. *i. q. repraesentatio tragica*: TERT. adv. Val. 15 prima tragoediae scaena, alia autem trans siparium -o est.

cothurnātus, -a, -um [*a* cothurnus. *Th.*]. *inde ab* Ov.

1 *proprie i. q. cothurnis calceatus*: SEN. dial. 2, 18, 4 Caligulam convicium et probrum iudicabat -us (*em. Pinc.*, conturbatus *A*). VOPISC. Car. 19, 2 neurobaten, qui velut in ventis -us ferretur, exhibuit. ALC. AVIT. carm. 3, 222 *dives* -us gemmis et fulgidus auro. *de histrionibus*: SEN. epist. 8, 8 quam multa Publilii non excalceatis, sed -is dicenda sunt. 76, 31 *histriones* cum ... lati incesserunt et -i, simul exierunt excalceantur et ad staturam suam redeunt. *adde*: LACT. inst. 6, 20, 28 tragicae historiae ... -a scelera demonstrant. *in imagine*: SIDON. carm. 18, 4 (*descriptio villae*) aemula Baiano tolluntur culmina cono parque -o vertice fulget apex.

2 *translate*: **a** *de hominibus: i. q. elate loquens, turgidus*: Ov. am. 2, 18, 18 deque -o vate triumphat Amor (Ib. 595. 531 -um cecidisse Lycophrona narrant. MART. 5, 5, 8 grande -i ... Maronis opus. 7, 63, 5 sacra -i non attigit ante Maronis ... quam .... *cf.* Ov. fast. 5, 348 non est illa [*Flora*] -as inter habenda deas). AMM. 28, 4, 27 ita -os et turgidos, ut Heraclidas illos ... putes. VEN. FORT. carm. praef. 1 *scriptores* tropis ... coronati pariter et -i. 3, 18, 2 -o verba rotata sofo. *i. q. superbus*: FVLG. aet. mund. p. 154 solita callositatis duritia -a Iudaea asperatas in protervitatem cervices erigit. **b** *de sermone sim.*: *i. q. elatus, tumidus*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 159 sublime -um canorum et tragici ponderis carmen. HIER. epist. 66, 9 simplices epistulae tuae ..., non -am affectas eloquentiam. MACR. sat. 7, 5, 28 censura -i sermonis. VLT. SYLL. gramm. IV 255 quod numquam possit tumidioribus -isque verbis ornari. SEDVL. op. pasch. 1, 1 sive clamoribus -ae tragoediae seu ... comica foeditate. MART. CAP. 2, 121 (vers.) *Melpomene* sueta -os scaenis depromere cantus soccumque ferre comicum. SIDON. epist. 8, 11, 5 faciebat ... hexametros crepantes et -os. ENNOD. opusc. 1, 78 p. 282, 17 -is relationibus Alexandrum iactet antiquitas. PHOC. carm. de Verg. 123 -o Teucrorum proelia versu ... tonuit. VEN. FORT. vita Hil. 14, 50 scripturam Davitici carminis sermone -o (coturnano *V*) ... reseravit.

adv. comparat. **cothurnātius**: AMM. 28, 1, 4 cum -ius stilus procederet lacrimosus.

syn.: tumidus. turgidus. *opp.*: excalceatus.

cothurnosus, -a, -um *a* cothurnus. *i. q. superbus, ferus*: GREG. TVR. Iul. 31 vidimus cuturnosos tauros, qui ... funibus ducebantur (*opp.* mansuetos). vit. patr. 1, 3 viri cotornosi atque elati.

cothurnus, -ī *m.*, *κόθορνος.* coturnus: CARM. epigr. 1510, 1 fluxa aut syrmata Bacchici coturni. *et saepissime in codicibus.* cuturnis: GLOSS. V 278, 64. GLOSS. superbia aut calciamenti genus. -um vel cotursum superbum, compositum, calciamentum. -o genus calciamenti vel spiritu[s] grandi. crince (*anglosax.*). *legitur inde a* LIV. ANDR. [*tarant.* cuturno. *M.-L.*]

1 *proprie*: **a** *i. q. calceamenti genus, fere i. q. ἐνδρομίς* (*de quo v. Pottier, Daremberg-Saglio II p. 1544*): SERV. Aen. 1, 337 -i sunt calciamenta etiam venatoria crura quoque vincientia, quorum quivis utrique aptus est pedi (*cf.* ecl. 7, 32 GLOSS. V 106, 7, *ubi additur*: unde si quis duobus discordantibus fuerit amicus, -us dicitur [*Theramenes, Xenoph. Hell. 2, 3, 31*]). PROB. Verg. georg. 2, 8 vena-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

torum, quibus crura etiam muniuntur; cuius calceamenti effigies est in simulacris Liberi et Dianae. ISID. *v. infra l. 28.* GLOSS. altum calciamentum, quo venatores utuntur. genus calciamenti rustici. genus calciamenti. calciamentum. ὑπόδημα. ὑπόδημα συγκλητικόν. LIV. ANDR. ap. Ter. Maur. 1935 (Ribb. trag.³ p. 5) purpureo suras include -o (VERG. Aen. 1, 337 virginibus Tyriis mos est ... purpureo alte suras vincire -o. CORIPP. Iust. 2, 104 purpureo terrae resonant fulgente -o). CIC. fin. 3, 46 si -i laus illa esset ad pedem apte convenire neque multi -i paucis anteponerentur nec maiores minoribus. Phil. 3, 16 Tuditanus ... ille, qui cum palla et -is nummos populo de rostris spargere solebat. VERG. ecl. 7, 32 puniceo stabis suras evincta -o (VAL. FL. 1, 384 puniceo cui circumfusa -o palla ... ferit ... pedes. NEMES. cyn. 90 candida puniceis aptentur crura -is). VERG. georg. 2, 8 (*de Baccho*) nudataque musto tingue novo mecum dereptis crura -is (VELL. 2, 82, 4 thyrsum tenens -isque succinctus curru velut Liber pater vectus). PLIN. nat. 7, 83 (*de athleta*) -isque quingentum pondo calciatum. TAC. ann. 11, 31 Silius hedera vinctus, gerere -os. SVET. Cal. 52 modo in crepidis vel -is, modo in speculatoria caliga, nonnumquam socco muliebri. MACR. sat. 4, 4, 13 Demosthenes ... invidiam Midiae facit, se pulsatum -o. QVEROL. p. 17, 13 sume laneos -os semper refluos. SIDON. carm. 2, 401 retinacula bina -is mittit in adversum vincti de fomite pollex. ENNOD. epist. 1, 5 p. 9, 18 hactenus trabealis -i pompam familiae nostrae peregrina ornamenta tribuebant. CORIPP. Iust. 3, 169 ense latus cincti, praecincti crura -is. ANTH. 941, 18 purpureas croceo suras evincta -o *Voluptas*.

b *calceamentum quo utebantur tragoedi (cf. A. Körte, Festschr. Basel 1907 p. 198; K. Smith, Harvard studies XVI 123):* ISID. orig. 19, 34, 5 (= GLOSS. Plac. V 11, 12. 59, 14) -i sunt quibus calciabantur tragoedi, qui in theatro dicturi erant, et alta intonantique voce carmina cantaturi; est etiam (enim ISID.) calciamentum in modum crepidarum, quo heroes (ISID., lertes GLOSS., mulieres *Bücheler*) utebantur, sed tale est, ut in dextro et in laevo conveniat pede. *cf.* SERV. ecl. 8, 10 -us ... calciamentum tragicum, cuius usum quidam Sophoclem primum scaenae intulisse volunt (*sed cf. l. 41. 48*). GLOSS. -i ἐμβάται τραγῳδοῦ. HOR. sat. 1, 5, 64 nil illi larva aut tragicis opus esse -is (OV. rem. 375 tragicos decet ira -os. trist. 2, 393 nec tragicos tetigisset Scylla -os. Pont. 4, 16, 29 Musaque Turrani tragicis innixa -is. *proverbialiter*: AMM. 20, 1, 2 de tragico, quod aiunt, -o strepentem. 27, 11, 2 ut videretur ... de -o strepere tragico. *cf. infra l. 55. 77*). HOR. ars 280 Aeschylus ... docuit magnumque loqui nitique -o. OV. am. 2, 18, 15 risit Amor pallamque meam pictosque -os (3, 1, 31 movit pictis innixa -is). 3, 1, 14 Lydius alta pedum vincla -us erat *Tragoediae*. 3, 1, 45 quam (*Elegiam*) tu non poteris duro reserare -o. 3, 1, 63 me sceptro decoras altoque -o. STAT. silv. 5, 3, 97 aversaque caelo sidera terrifico super intonuere -o. QVINT. inst. 6, 1, 36 si personam Herculis et -os aptare infantibus velis. TERT. spect. 23 tragoedos -is extulit. PORPH. Hor. ars 278 Aeschylus primus tragoedis -os et syrma et personam dedit. IVST. 16, 5, 10 -is regum tragicorum ... utebatur. *adde*: PLIN. epist. 9, 7, 3 illam *villam* quod quasi -is, hanc quod quasi socculis sustinetur. FRONTIN. strat. 1, 11, 10 hominem altissimis -is et veste purpurea ac coma venerabilem. IVV. 6, 506 breviorque videtur virgine pygmaea nullis adiuta -is. CARM. epigr. 1510, 1 syrmata Bacchici -i. *in imagine*: PHAEDR. 4, 7, 5 in -is prodit Aesopus novis. MART. 8, 3, 13 iuvat ad tragicos soccum transferre -os. QVINT. inst. 10, 2, 22 nec comoedia in -os assurgit nec ... tragoedia socco ingreditur. APVL. flor. 9 p. 37 poemata ... apta virgae, lyrae, socco, -o. met. 10, 2 te tragoediam, non fabulam legere et a socco ad -um ascendere. TER. MAVR. 2205 qui -is regios actus levant. CONSTANT. epist. ad Opt. Porf. 3 illigavit alter -is affectus hominum, comoediis et prope cotidianis ... verbis locutus est alter. SYMM. epist. 1, 89, 1 quos -us altior vehit et structurarum pigmenta delectant. CLAVD. 17, 315 qui pulpita socco personat aut alte graditur maiore -o. DRAC. Romul. 10, 20 longis sublata -is ... Melpomene tragicis cum surgit iambis. Orest. 13 Melpomene tragicis descende -is et pede dactylico resonante quiescat iambus. *adde*: APVL. flor. 9 p. 29 *mea verba* ad limam et lineam certam redigitis, cum torno et -o ⟨ad⟩ verum comparatis. *metonym. i. q. tragoedia*: VERG. ecl. 8, 10 sola Sophocleo tua carmina digna -o (OV. am. 1, 15, 15 nulla Sophocleo veniet iactura -o. MART. 3, 20, 7 in -is horridus Sophocleis. 5, 30, 1 Varro, Sophocleo non infitiande -o. *cf.* PLIN. nat. 7, 109 Sophoclem tragici -i principem). HOR. carm. 2, 1, 12 grande munus Cecropio repetes -o (SCHOL. *ad l.* -um autem tragoediam a frequenti dixit usu -orum. *cf.* ENNOD. carm. 1, 7, 11 lubrica Cecropio confidens lingua -o). ars 80 hunc socci cepere pedem (*iambum*) grandesque -i (SCHOL. Hor. *ad l.* soccis comoediam intellegimus, -is tragoediam. *et* grandes -i tragoediae). OV. trist. 2, 533 dedimus tragicis scriptum regale -is, quaeque gravis debet verba -us habet (MANIL. 5, 458 tragico praestabunt verba -o. MART. 12, 94, 3 transtulit ad tragicos se nostra Thalia -os). SEN. dial. 9, 11, 8 inter multa alia -o, non tantum sipario, fortiora. MART. 8, 18, 7 Vario cessit Romani laude -i (11, 9, 1 Romani fama -i). IVV. 7, 72 sit non minor antiquo Rubrenus Lappa -o. 15, 29 vulgi scelus et cunctis graviora -is. APVL. flor. 10 p. 63 ioca non infra soccum, seria non usque ad -um. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 250 si heroo -o par habuisset ingenium. HIL. gen. 5 rauca ... stridens et nullis digna *lingua* -is. AVSON. 399, 38 socci et -i musicam. MALL. THEOD. gramm. VI 594 hoc (*iambo*) ... tragoediarum scriptores ... -um extulerunt. CLAVD. 18, 299 exempla ... quae socci superent risus luctusque -i. *nota*: AMM. 28, 6, 29 ne quid -i terribilis fabulae relinquerent intemptatum.

2 *translate*: **a** *i. q. elatio, altitudo vel etiam tumor orationis*: VARRO Men. 570 tantis -is accipit Critonia caliandrum. PROP. 3, 17, 39 haec ego non humili referam memoranda -o, qualis Pindarico spiritus ore tonat. 2, 34, 41 Aeschyleo componere verba -o. PLIN. nat. 35, 111 -us et gravitas artis. 37, 40 cum tanta gravitas ei (*Sophoclis*) -i sit. QVINT. inst. 10, 1, 68 quibus gravitas et -us et sonus Sophocli videtur esse sublimior. TAC. dial. 10 -um vestrum aut heroici carminis sonum ... lyricorum ... iucunditatem et ... quamcumque aliam speciem eloquentia habeat. IVV. 6, 634 fingimus haec altum satura sumente -um. APVL. apol. 37 argumenti sollertiam et -um facundiae. CYPR. ad Donat. 8 -us est tragicus prisca carmine facinora recensere. SYMM. or. 2, 26 ne in poeticos flatus rerum ingentium -us erumpat. AMBR. Abr. 2, 10, 70 quae simplicibus verbis scriptura sacra exprimit magno quodam -o ... personant. PS. AMBR. apol. Dav. IV 1, 1. HIER. epist. 37, 3 sermo compositus et Gallicano -o fluens (58, 10 Hilarius Gallicano -o attollitur. VEN. FORT. vita Marcell. 2, 7 cur ... inter Gallicanos -os Itala Patavinitas plano pede ire praesumat? *cf.* SVLP. SEV. dial. 1, 27, 2 audietis me ... nihil cum fuco aut -o loquentem. ENNOD. epist. 1, 15 p. 26, 11 grandis -us *est* in eloquentia simulare formidinem. *v. Norden, Antike Kunstprosa p. 635*). RVFIN. Orig. princ. 4, 6 divino ... -o libros esse conscriptos. AVG. mor. eccl. 1, 31, 68 super narrationis simplicitatem -um etiam laudatoris addendum. epist. 187, 21 a cuius sacrificii humilitate longe abest typhus et -us illorum. c. Iul. 5, 3, 8 inoboedientiam ... tamquam ... bonum -o sermonis enarras (FACVND. defens. 4, 2 oratione simplex et sine ullo sermonis -o). *cf.* SIDON. epist. 2, 9, 4 -o Latiaris eloquii nobilitabantur. VIGIL. THAPS. c. Arrian. 2, 1 narratio veritate magis quam -o tumentis adornetur eloquii. c. Eutych. 1, 15 hoc opus -o tumentis eloquii inflari non debuit. MART. CAP. 8, 809 deridebas vatum tumores ..., poetarum rhetorumque -os. ENNOD. epist. 3, 24 p. 89, 25 abiectionem a nobis diligi pro -o. carm. 1, 8, 51 ne mea grandisono flammentur corda -o. ARATOR act. 2, 756 *triumphos* quos pomposo reboant tua (*Troiae*) bella -o. VEN. FORT. carm. 9, 7, 34 codicem farsum tumido -o. SCHOL. Hor. ars 138 quid dignum tanto ... hiatu: id est hoc -o, quid dignum tanto prooemio. *dub.* VARRO Men. 465 (*cf. Stowasser, Archiv 1 [1884] 294*).

b *i. q. superbia, tumor* (GLOSS. superbia, gloria. supercilium. -o supercilio, fastu. -um superbum): AMM. 21, 16, 1 imperatoriae auctoritatis -um ... custodiens popularitatem ... contemnebat. ALC. AVIT. prol. ad Apollin. p. 201, 4 in -um petulantioris audaciae ... procedo. ENNOD. dict. 21, 3 p. 484, 5 ne -us ille sublimior oris facultate ... in possessione sua credat esse victoriam. CASSIOD. var. 1, 4, 7 in -um se magnae potestatis erexit. GREG. TVR. Franc. 4, 6 -o vanae conflatus gloriae ait .... 4, 11 vanitatis -o elatus. 10, 15 Basinam altiore -o dispiceret. vit. patr. 17 prol. non -o iactantiae tumescebat. VEN. FORT. Mart. 4, 539 tumido gliscente -o. MONTAN. epist. 1, 3 potestativo elatus -o.

syn.: fucus, hiatus, gravitas, tumor, typhus. *opp.*: soccus. abiectio. simplicia verba.

deriv.: cothurnatio, cothurnatus, cothurnosus.

cōtiārius, -iī *m. a* cos. GLOSS. II 117, 22 -us et samiator ἀκονητής. 223, 12 ἀκονητής samiator -us acutiator. *cf.* III 25, 57 ἀκονητής cociarius samniator (*v. Blümner, Technologie IV p. 353, 7*).

1. cōticula, -ae *f. a* cos *deminutive.* GLOSS. ἀκόνιον. ἀκόνη. III 207, 62 cuticla ἀκόνη. *cf.* II 575, 47 cuticula cutis diminutivum (*nisi ad* cutis *spectat*).

i. q. lapidis genus, quo aurum vel argentum ad obrussam exigitur, lapis Lydius vel Heraclius, βάσανος (*de quo v.* PLIN. nat. 33, 126): PLIN. nat. 1, 33, 43 de -is aurariis. *i. q. mortariolum ex hoc lapide factum, quo medici utuntur*: ISID. orig. 4, 11, 8 -a est in qua circumducta (circumdata *Otto*) collyria resolvuntur; est enim lenis. nam aspera frangi potius quam resolvi collyrium facit. PLIN. nat. 31, 100 *sal* cum lacte in -is teritur. 34, 105 Aegyptii collyrii id (*aes*) modo terunt in -is. 36, 63 Thebaicus lapis ... -is ad terenda collyria quadam utilitate naturali conveniens. 37, 140 inde (*ex achata gemma*) medicis -as (coteculas *B*) faciunt. DAMIG. lapid. 21 lapis *Medius* tritus super -am medicinalem (*v. Blümner, Technologie IV p. 137; Jacobs, Daremberg-Saglio II p. 1548*).

? **2. coticula**, -ae *f.* APIC. 7, 259 callum, libelli, -ae, ungellae (*fort. i. q.* costiculae *vel* codiculae). *Wulff.*

cotīdiē *sim. v.* cottidie. **cotil(l)a** *v.* 1. cotula.

cotinus, -ī *m.* [κότινος. *Th.*]. PLIN. nat. 16, 73 est in Appennino et frutex, qui vocatur -us, ad linamenta modo conchylii colore insignis. DIOSC. 1, 114 de agrielea, id est oleastru, quem multi cothinon dicunt.

cotio *v.* cos. cocio. coitio. **cotis** *v.* cos *et* cutis.

cotonea, -ae *f.* *nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 26, 26. 26, 42 alus autem, quam Galli sic vocant, Veneti -am, medetur lateri.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cotōneus *v.* Cydonius *nom. propr.* *L.*

cōtōria, -ae *f. a* cos *mira formatione.* *i. q. locus ubi cotes fodiuntur:* ALF. dig. 39, 4, 15 Caesar cum insulae Cretae -as locaret (*v. Blümner, Technologie IV p. 354; Humbert, Daremberg-Saglio II p. 1549*). *Wulff.*

? **cottabius.** APIC. 4, 116 sala -a (cattabia *cod.*, salacaccabia *Humelb.*). 4, 117 aliter sala -a. 4, 118.

cottabus, -ī *m.*, κότταβος. *nomen ludi.* *per iocum:* PLAVT. Trin. 1011 cave sis tibi, ne bubuli in te -i crebri crepent (*sc. verbera tamquam in Manen cottabi*).

cottana, -ōrum *n.* [κόττανα, *cf. hebr.* קָטָן *'parvus'. Th.*]. GLOSS. V 654, 4 -ae nuces vel caricae parvae. PLIN. nat. 1, 13, 10. 13, 51 in ficorum autem *genere habet Syria* caricas et minores eiusdem generis, quas -a vocant. 15, 83. STAT. silv. 4, 9, 28 nusquam turbine conditus ruenti prunorum globus atque -orum. MART. 4, 88, 6 quae *testa* -a parva gerit. 7, 53, 7 parvaque cum cānis venerunt -a prunis. 13, 28. IVV. 3, 83 advectus Romam *Graeculus* quo pruna et cottona vento. NOT. Tir. 105, 33. *L.*

cottīdiānārius, -a, -um *a* cottidianus. *i. q. cottidianus:* CASS. FEL. 58 p. 147 praecordia eorum cataplasmabis, sicut in -is (*sc. febribus*). ORIBAS. syn. 2 add. 842 clyster -is. -is febribus nitru amplius est mittendus. MISC. Tir. p. 48, 9 febribus perseverantibus, -is, tertianariis, quartanariis. *quasi substantivum:* GLOSS. IV 388, 31 salaria: diaria, cottidianaria (dianaria *ab*, cibaria *rell.*).

cottīdiānitās, -ātis *f. a* cottidianus. GLOSS. IV 38, 35. V 186, 2 -s assiduitas.

***cottīdiānus,** -a, -um *a* cottidie. *legitur inde a* PLAVTO. *de scriptura v. sub* cottidie. *in titulis:* DECRET. decur. Caeret. (Corp. XI 3614) 8 cottidianum. CARM. epigr. 1424, 10 cottidiana. CORP. IX 1973 cotidiana. GLOSS. II 574, 47 contidianum: -um. *cf. Loewe, Gl. N. 35; Keller, Volksetym. 136.* *prima syllaba corripitur:* MART. 10, 65, 8. 11, 1, 2 (*producit idem* 4, 37, 9). [*apul.* tutišana '*Wochentag*'. *M.-L.*]

1 GLOSS. καθημερινός, ἀμφημερινός; -is: ephemeris. *cf.* CASS. FEL. 59 p. 147 typus -us graeco vocabulo amfemerinos sive cathemerinos appellatur. *i. quod cottidie fit* (*de personis l. 48. 79. p. 1090, 15. 16. 39*): PLAVT. Merc. 398 quae habeat -um familiae coctum cibum. TER. Haut. 755 tantos sibi sumptus domi -os fieri (CIC. S. Rosc. 134 Cael. 57 Tusc. 5, 89 NEP. Dion 7, 2). Hec. 357 febris -a (CELS. 3, 3 *al. saepe.* SER. SAMM. 923 tit. PS. APVL. herb. 1, 19 ORIBAS. syn. 6, 9). Phorm. 160 fuisset tum illos mi aegre aliquot dies, at non -a cura haec augeret animum. AFRAN. com. 261 quae festis facere nos solemus, die -o opere promisce omnia aeque profesto concelebras focum (CHALC. comm. 1150 -is diebus. CHIRON 13. 66. 139. 183. 222. 224. 225. 367. 402. 497 -o die. 594 cottidie curabis, sic tamen ut -is diebus locum grossa radas. 634 ANON. med. ed. Piechotta 97 CASSIAN. inst. 4, 24, 3 conl. 4, 12, 4 CASSIOD. hist. 1, 7 p. 890B MVTIAN. Chrysost. hom. 4, 4 GREG. TVR. Mart. 1, 7. ACT. Petr. 4 -is diebus [sermonibus *coniecit Vsener*] Paulum magum vocantes). AFRAN. com. 368 verum amicum aequalem atque hospitem -um et lautum convivam domi. VARRO Men. 212 in omnibus rebus bonis -is. rust. 3, 2, 16 epulum -um est intra ianuas Romae (CIC. Verr. 4, 160 FIRM. err. 14, 1. 2). frg. Non. 108 balneum non -um. RHET. Her. 4, 34, 45 cuius mater -is nuptiis delectetur. CIC. S. Rosc. 11 manifestis maleficiis -oque sanguine (FIRM. err. 16, 3 -o victimarum sanguine). 77 victus -i administer (de orat. 1, 232 BELL. Alex. 2, 2 NEP. Eum. 12, 3 VITR. 8, 6, 11 PAVL. FEST. p. 211 CHAR. dig. 50, 4, 18, 7 VLP. dig. 1, 16, 6, 3. 5, 3, 25, 16. VVLG. Iac. 2, 15 [ἐφημέρου]). CIC. Verr. 2, 129 quid ego de -o sermone querimoniaque populi Romani loquar? (Sest. 24 ex his assiduis eius -isque sermonibus. de orat. 1, 197. 2, 16 epist. 1, 1, 2. 6, 4, 5 -us congressus et sermo. 13, 19, 3). Cluent. 93 quia tum in causa nihil erat praeter . . . contiones -as. p. red. ad Quir. 7 fratris . . . optimi -ae lacrimae. Tusc. 5, 72 e -o cultu atque victu. nat. deor. 2, 96 assiduitate -a et consuetudine oculorum assuescunt animi (ad Q. fr. 1, 3, 8 summaque assiduitate -a. Q. CIC. pet. 3 -am amicorum assiduitatem et frequentiam). orat. 1, 154 in -is . . . commentationibus (Brut. 249). 1, 192 omnia sunt enim posita ante oculos, collocata in usu -o, in congressione hominum atque in foro (3, 177 BELL. Alex. 12, 4. SALL. Catil. 14, 4. 48, 2 quippe cui omnes copiae in usu -o et cultu corporis. VITR. 8 praef. 4. SEN. contr. 4 praef. 9 si qua [*verba*] sordidiora sunt aut ex -o usu repetita. SEN. epist. 9, 15 SCRIB. LARG. 214 PLIN. nat. 36, 115 QVINT. inst. 2, 10, 9. 6, 3, 14. 8, 5, 1 FRONTO p. 170, 10 N. GELL. 4, 1, 6. 13, 29, 2 FIRM. err. 14, 3. VEG. mil. 3, 10 -o usu et iugi exercitatione). CIC. Att. 2, 12, 2 de ruminatione -a. 3, 8 cum meus me maeror -us lacerat. 13, 38, 1 Bruti nostri -is assiduisque laudibus. epist. 3, 10, 2 in consuetudine -a (13, 9, 1. 13, 33. 13, 43, 1. 13, 45 PHAEDR. app. 13, 22 SEN. dial. 3, 6, 2 epist. 18, 2 QVINT. decl. 354 p. 385, 22 MARCELL. dig. 50, 16, 87 ITIN. [Silv.] 25, 4. 11 HIER. epist. 36, 3). CIC. epist. 16, 21, 4 non est enim seiunctus iocus a philologia et -a συζητήσει. 16, 21, 5 utor familiaribus et -is convictoribus. 16, 21, 6 in -a declamatione. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 1 non solum enim usitatum, sed etiam -um est aliquid audire de te. BELL. Hisp. 40, 3 ex castello propter eorum crebras excursiones eliciebatur et prope -is pugnis . . . insidias ponunt. NEP. Att. 14, 2 nihil de -o cultu mutavit (SALL. Catil. 48, 2 *v. l. 68*). VITR. 8, 3, 25 -o convictu necesse fuerat de philologia disputare. 10, 1, 6 rationes machinationum, de quibus non necesse videtur disputare, quod sunt ad manum -ae. SEN. contr. 2, 7, 2 assidua satietate -ae per diem noctemque libidinis. 6, 1 si -am rogavero stipem (SEN. epist. 14, 17 QVINT. decl. 230 p. 298, 29). 10, 4, 24 ad -um diurnum. CELS. 1, 3 hoc (*vomere*) -um habeat. 3, 21 si inflatio et ex ea dolor creber est, utilis -us aut altero quoque die post cibum vomitus est. SEN. dial. 5, 29, 1 inter -a pervigilia. epist. 103, 1 ab homine homini -um periculum. PS. SEN. mon. 116 cum somnus -a (mor. 113 assidua) sit mortis imitatio. COLVM. 12, 3, 2 quae ad mensam -am atque epulationem pertinent. MART. 4, 37, 9 -am refice nauseam nummis (*syn.* totis diebus). 10, 65, 8 lĕvis dropace tu -o. QVINT. inst. praef. 1 efflagitasti -o convicio, ut libros . . . iam emittere inciperem. DECRET. decur. Caeret. (Corp. XI 3614) 8 commentarium -um municipi Caeritum inde pagina XXVII kapite VI. FLOR. epit. 1, 5 pervicacissimi tamen Latinorum Aequi et Volsci fuere et -i, ut sic dixerim, hostes. 1, 19, 3 utrique -i et quasi domestici hostes. FRONTO p. 181, 7 N. -ae lites et iurgia. GELL. 1, 26, 2 post -as lectiones. 13, 28, 3 negotia periculaque ex improviso assidua et prope -a fert. APVL. apol. 75 quod ei uxor sua -is dotibus quaesivit. met. 9, 33 quae . . . -is nos partubus saginasti. 11, 15 quid metus mortis -ae nefariae Fortunae profuit. ITALA num. 4, 16 (Lugd.) hostia -a (καθ' ἡμέραν, VVLG. quod semper offertur). deut. 24, 15 -am (αὐθημερόν, VVLG. eadem die) reddes mercedem ipsius. Matth. 6, 11 (Cypr. domin. orat. 7) panem nostrum -um (ἐπιούσιον, VVLG. supersubstantialem, *sed* Luc. 11, 3 -um) da nobis hodie (TERT. adv. Marc. 4, 26 quis mihi dabit panem -um? *ibid.* panem angelorum -um). PAVL. dig. 4, 9, 4, 2 penoris -i. COMM. instr. 2, 22 tit. bellum -um. SPART. Sept. Sev. 23, 2 ita ut -a septuaginta quinque milia modium expendi possent. IVST. 2, 13, 11 -o labore. FIRM. err. 16, 2 ut -is sacrificiis vestris discat ardere. ITIN. [Silv.] 36, 2 de vigiliis et ieiuniis -is lassi. PRISCILL. tract. 10, 126 -orum . . . peccaminum. FILASTR. 107, 6 -orum delictorum. SCHOL. Hor. epist. 1, 14, 40 diaria sunt certa stipendia -a quae et salaria. PELAGON. 76 ad tussem -am (καθημερινήν). HIER. epist. 13 in -a prece. 35 -o cibo. 50, 1 -a in lege, prophetis, euangeliis apostolisque meditatio. 82, 7 assidua confabulatione et -o Latinorum consortio. VVLG. Ezech. 30, 16 et in Memphis angustiae -ae. act. 6, 1 in ministerio -o (καθημερινῇ). II Cor. 11, 28 instantia mea -a (καθ' ἡμέραν). AVG. civ. 21, 27 -a parva peccata. *ibid.* oratio -a. epist. 36, 21 non plane sabbatarius aut dominicus, sed -us est ille temptator. PAVL. MED. vita Ambr. 1 ferculorum -i convivii copias. APIC. 4, 121. 135 patina -a (*codd.*, catillana *vel* castellana *conicit Schuch*). SIDON. epist. 1, 2, 2 -a succisio. 8, 11, 3 v. 19. GREG. M. epist. 6, 31 letanias sollemnes, quas non erubescit dicere -as. NICET. psalm. p. 76, 14 cessaverunt plane et illuerunt -a baptismata nomen operosa. CARM. epigr. 1424, 10 -a tibi lucra fuere d(eu)s. CORP. IX 1973 parentes infelicissimi amissione eius perpetuis tenebris et -a miserabili ululatione damnati.

2 *i. q. usitatus, tritus, vulgaris:* PLAVT. Capt. 855 proin tu tui -i victi ventrem ad me afferas. Trin. 890 Pax, id est nomen mihi. hoc -umst. TER. Eun. 297 taedet -arum harum formarum (EVGRAPH. *ad l.* mulieres -as et assueta forma). Haut. 283 -ae vitae consuetudinem (CIC. S. Rosc. 47 ut . . . imaginem vitae -ae videremus. Caecin. 14 Pis. 64. ad Q. fr. 1, 1, 37 in hac privata -aque vita. epist. 3, 13, 2 SEN. epist. 90, 7 FRONTO p. 52, 14 N. LAMPR. Alex. 29, 1 de vita -a et domestica. SCHOL. Hor. ars 317 AVG. serm. ed. Mai 21, 2. SVLP. SEV. Mart. 26, 2 interiorem vitam illius et conversationem). RHET. Her. 3, 13, 23 sermo est oratio remissa et finitima -ae locutioni. 3, 22, 35 si quas res in vita videmus parvas, usitatas, -as. 4, 10, 14 ad infimum et -um sermonem (4, 32, 43 quod plena consuetudo est non modo poetarum et oratorum, sed etiam -i sermonis huiusmodi denominationem. CIC. inv. 2, 140. 153. orat. 67. 124 narrationes credibiles nec historico sed prope -o sermone explicatae dilucide. 186. CAES. anal. frg. Cic. Brut. 253 hunc facilem et -um novisse sermonem. QVINT. inst. 2, 4, 9. 4, 2, 37. 6, 3, 4. 27. 8, 3, 81. 8, 6, 21. 51. 9, 3, 3. 12, 10, 40 TAC. dial. 32 SVET. Aug. 87. GELL. 1, 10, 1 in -is communibusque sermonibus. PORPH. Hor. serm. 1, 4, 39 AVG. civ. 13, 24). RHET. Her. 4, 12, 17 usitata sunt ea quae versantur in consuetudine -a (CIC. Verr. 4, 109 SERV. Aen. 1, 637). CIC. or. frg. A VII 37 non Cn. Dolabella C. Volcatium . . . communi et -o iure privasset (SEN. benef. 7, 8, 1). nat. deor. 3, 74 haec -a, sicae veneni . . . quaestiones. div. 2, 62 quia sunt haec -a, angues non item. fat. 2 quae erant -a et quasi legitima nobis. de orat. 1, 105 qui non Graeci -am loquacitatem sine usu neque ex scholis cantilenam requirunt. 3, 188 si aut me aut horum quemquam putas a te haec opera -a et pervagata expectare (TERT. adv. Marc. 2, 21 *opera* humana et -a. *ibid.* neque -um opus videri potest neque humanum, sed et rarum et sacrosanctum. AVG. civ. 12, 24 ex his usitatis et -is operibus). CIC. orat. 109 ad -um genus sermonis (QVINT. inst. 11, 1, 6). ad Q. fr. 1, 1, 19 in his privatis nostris -isque rationibus (AMM. 26, 2, 9. 31, 14, 6). epist. 9, 21, 1 epistulas vero -is verbis texere solemus (SEN. contr. 1, 2, 23. 7, 5, 9. QVINT decl. 383 p. 428, 26 quam familiare, quam -um verbum est. ARNOB. nat. 1, 45 Christi vocem popularibus et -is verbis missam). LIV. 34, 61, 14 super sedem -am magistratuum. VITR. 6, 7, 2 -a cubicula. CELS. 1, 3 fatigato -um cubile

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tutissimum est. insolitum contra lassat, quod enim contra consuetudinem est, nocet. SEN. dial. 5, 19, 3 quod tanto opere admiraris, isti beluae -um est. 11, 1, 3 quid quod novis verbis nec ex volgari et -a sumptis allocutione opus erat. nat. 4, 13, 1 -um istud et sine effectu iurgium est. 6, 32, 3 -o et vulgari exitu. epist. 81, 21 illi enim vulgaris et -a res contigit. ASCON. Scaur. p. 25 haec ipsa -a res. PLIN. nat. 9, 120 magnificam . . . cenam . . ., sed -am Antonio apposuit. 19, 59 iam in fenestris suis plebs urbana imagine hortorum -a oculis rura praebebant. MART. 11, 1, 2 cultus Sidone (sindone *pars codd.*) non -a *liber*. QVINT. inst. 12, 9, 21 in rebus -is ac domesticis. decl. 260 p. 66, 29 non redibunt ad opus -um, non sufficient assiduo labori. GELL. 1, 6, 5 quae (*res*) -a intellegentia et communi pervolgatoque vitae usu comprenderetur. PAVL. dig. 34, 3, 25 -a enim sunt. PAPIN. dig. 41, 3, 44 pr. propter assiduam et -am comparationem servorum. TERT. adv. Marc. 3, 13 res -a, iuvenculae scilicet praegnatus et partus. TREB. Claud. 14, 12 ligni -i pondo mille. GAVDENT. serm. 11 -is et usitatis exemplis. SERV. Aen. 3, 270 iuxta morem -um. HIER. epist. 36, 14 pedestris et -ae similis et nullam lucubrationem redolens oratio. AVG. civ. 1, 11 sub -is vitae huius casibus. gen. ad litt. 5, 2 p. 139, 26 sol . . ., cuius praesentia dies iste -us usitatusque peragitur. SVLP. SEV. epist. 2, 13 praeter illa -a illius adversum vim humanae spiritalisque nequitiae diversa certamina. MARTYR. gramm. VII 167 quae nusquam nisi in diversis -is glossematibus repperi.

quasi substantivum: LYD. mag. 3, 20 ἐπὶ τῶν λεγομένων δεγέστων ἢ κοττιδιανῶν ἀντὶ τῶν ἐφημέρων. 3, 27. 68. CIC. ad Q. fr. 2, 13, 3 hoc enim est eius -um se ne tribunum militum quidem facere. SEN. nat. 7, 1, 1 ut nos -a . . . transeant, contra minimarum quoque rerum, si insolitae prodierunt, spectaculum dulce fiat. 7, 16, 1 si per -a duceretur. *cf. p. 1090, 70.* QVINT. decl. 247 p. 11, 27 id ex -is et in frontem incurrentibus approbari potest. SVET. Claud. 40 illa eius -a et plane omnium horarum et momentorum erant. VOPISC. Aurelian. 1, 7 in quibus (*libris*) ipse -a sua scribi praeceperat. QVEROL. p. 11, 8 tu nunc requiris -a et iocularia. SVLP. SEV. dial. 2, 5, 3 etiam minima illius et -a animus festinat agnoscere. GREG. M. epist. 9, 240 in -a militum praefecturae sunt mutuati. CHIRON 856 hoc habebis in -o.

adv. **cottīdīanō.** *i. q. cottidie*: ROMAN. Char. gramm. I 193, 13 cum -o, non cottidiane disserimus. PLAVT. Capt. 725 nisi -o sesquiopus confeceris. AFRAN. com. 369 -o in rebus maximis qui propositis non potest quin meo sit nixus nomine. CIC. Verr. 5, 18 res illum divinas apud eos deos in suo sacrario prope -o (*RS*, cotidie *VHpδ*) facere vidisti. rep. 6, 2 ut . . . -o in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis descenderent. RVT. LVP. 1, 2 quae -o vehementer eius animum excruciant. PLIN. nat. 11, 154 palpebrae in genis homini utrimque, mulieribus vero etiam infectae -o. FRONTO frg. Char. gramm. I 197, 3 satis abundeque honorum est quos mihi -o tribuis. SIDON. epist. 8, 11, 3 v. 19 Orpheum . . ., qui -o (*Luetjohann*, cotidiana *codd.*) saxa et robora corneasque fibras mollit dulciloqua canorus arte. **cottīdīānē** *v. l. 38.*

***cottīdiē.** [*praeter* diei *vocabulum aut vocem* quot *continere videtur (cf.* δσημέραι *'quot diebus') aut casum locativum vocabuli, quod apud Indos est* katithâh *'quotus', ita ut primo 'quotocunque die' significaverit (cf.* postridie). *v. Wackernagel, Zeitschr. f. vergl. Sprachf. 29, 147; Joh. Schmidt, ibid. 25, 94. Th.*]. *de etymologia et scriptura*: QVINT. inst. 1, 7, 6 frigidiora his alia ut . . . quotidie non cotidie, ut sit 'quot diebus' (*idem postulat* ISID. orig. 1, 26, 22. 5, 30, 18): verum haec iam etiam inter ipsas ineptias evanuerunt. VEL. gramm. VII 79, 17 vitiose et dicere et scribere, qui per 'quo' quotidie dicunt, quam per 'co' -e, . . . non enim est a quoto die quotidie dictum, sed a continenti die -e tractum. MAR. VICTORIN. gramm. VI 13, 22 concussus quamvis a quatio habeat originem et cocus a coquendo et -e a quoto die . . . attamen per c quam per q scribendum. CONSENT. gramm. V 392, 1 *barbarismus* per adiectionem litterae sic fit, ut siquis dicat . . . cottidie pro cotidie. PRISC. gramm. III 334, 9 illi 'ὁσημέραι' καὶ 'ὅσαι ἡμέραι' . . . hinc Romani '-e' vel 'quotidie' pro 'quot dies' et 'quotannis' pro 'quotquot eunt anni' CASSIOD. gramm. VII 149, 7 (*ex Cornuto*) 'quotidie' sunt qui per co '-e' scribant, quibus peccasse licet desinere, si scient quotidie tractum esse a quot diebus, hoc est omnibus diebus. VII 158, 18 (*ex Curtio Valesiano*) -e per c et dicitur et scribitur non per q, quod non a quoto die, sed a continenti die dictum est. *in codd. saepissime legitur et* cottidie *et* cotidie; *raro atque praecipue apud auctores recentiores* quotidie; *ex. gr. apud* FRONTONEM cotidie *13ies*, cottidie *6ies*, quotidie *semel. in titulis*: cottidie: LEX Iul. munic. (Corp. I 206) 16 EDICT. imp. Diocl. 1, 15 CORP. VI 1783, 32 (*a. 431*) CARM. epigr. 186, 11. 231 (*Pompeis*). 629, 9. 708, 3. 4 cottidiae. cotidie: DECRET. decur. Tergest. (Corp. V 532) 1, 18. quottidie: CORP. III 10716. *cf. Bücheler ad* CARM. epigr. 231, 2. cotīdiō: CHAR. gramm. I 196, 7 cotidio ut falso pro cotidie C. Caepio in M. Aemilium Scaurum lege Varia: cum ab isto viderem cotidio consiliis hosteis adiuvari. DIFF. ed. Beck p. 39, 104 assidue sedulitatis est, -e perseverantiae est, saepe frequentiae est vel temporis spatii. *legitur inde a* PLAVTO. *deest apud* LVCIL. CATVLL. HOR. ASCON. STAT. FRONTIN. *omnesque poetas dactylicos, praeter*: CARM. epigr. 629, 9 -e fletus dat et in pectore palmas. COMM. instr. 2, 12, 8 ut tuo praeposito -e praesto sis ante. 2, 24, 2 unde tu largiris, alter -e plorat. [*port.* cutio. *M.-L.*]

GLOSS. δσημέραι, καθ' ἡμέραν, καθημερινός. *i. q. omnibus diebus*: PLAVT. Cist. 43 haec quidem ecastor -e viro nubit, nupsitque hodie. Rud. 16 -e ille scit quis hic quaerat malum. Stich. 121 ut -e pridie caveat, ne faciat quod pigeat postridie. 165 uteri dolores mihi oboriuntur -e. CARM. Nelei Fest. p. 317 foede stupreque castigor -e. CATO agr. 23 ubi indideris defrutum aut marmor aut resinam, dies XX permisceto crebro, tribulato -e. 25 vinaceos -e recentes succernito lecto. 88 id aliquotiens in die -e facito. SCIP. min. or. frg. Gell. 6, 12, 5 qui -e unguentatus adversum speculum ornetur. AFRAN. com. 4 iste, ut tum rem narras, bona comest -e. VARRO Men. 325 ut venalem tuniculam poneret -e. ling. 9, 26 -e quater. rust. 1, 31, 5 -e vesperi. 3, 16, 2 paene -e in convivio omnibus daretur mulsum. 3, 17, 9 bis -e (CAES. civ. 3, 61, 2 QVINT. inst. 2, 5, 14 APVL. apol. 53). RHET. Her. 4, 49, 62 qui -e per forum medium tamquam . . . draco serpit. CIC. Quinct. 40 cum tibi -e potestas hominis fuisset admonendi. dom. 113 cum mihi summa et -e maiora praemia in re publica fore putabas. Marcell. 12 -e magis (Phil. 1, 5 cum . . . -e magis magisque perditi homines . . . tectis ac templis urbis minarentur. Brut. 308 Att. 1, 20, 7. 5, 7. 7, 5, 4. 11, 12, 3. 12, 9. 14, 18, 4. 16, 2, 4 ad Q. fr. 1, 2, 5. 3, 9, 6 Brut. 1, 18, 5 epist. 2, 18, 2. 5, 19, 1. 6, 4, 2. 6, 6, 13. 6, 10, 2. 13, 5, 7 PLANC. Cic. epist. 10, 23, 7 LIV. 3, 12, 7 QVINT. inst. 2, 1, 1. 9, 4, 142 SPART. Did. 6, 1 EPIT. Alex. 5). CIC. de orat. 1, 200 quod in eius infirmissima valetudine . . . maxima -e frequentia civium . . . celebratur. Brut. 305 -eque fere a nobis in contionibus audiebantur (*ibid. iterum*. Att. 12, 42, 1 epist. 6, 5, 1. 9, 16, 4. 15, 2, 1 BELL. Afr. 30, 1). Tusc. 3, 75 erat illa opinio -e recens. Att. 5, 7 -e vel potius in dies singulos breviores litteras ad te mitto. 5, 9, 3 Dionysium semper equidem . . . dilexi, sed -e pluris facio (epist. 3, 4, 2). 14, 11, 2 quam video -e faciliorem. ad Q. fr. 3, 1, 9 te a Caesare -e plus diligi. 3, 3, 2 comitiorum -e singuli dies tolluntur. epist. 1, 9, 22 -e vehementius. 6, 5, 1 quae quidem -e faciliores mihi et meliores videntur. 6, 6, 1 -e melius. PVBLIL. C 13 -e damnatur, qui semper timet. C 20 -e est deterior posterior dies (*cf.* PETRON. 44, 12 heu heu, -e peius). CAES. Gall. 5, 57, 3 prope -e . . . Indutiomarus sub castris eius vagabatur (LIV. 27, 25, 14 QVINT. inst. 2, 13, 17 PLIN. epist. 6, 6, 3 AMM. 15, 4, 9 VEG. mil. 2, 2). LIV. 44, 16, 5 Philippus institutum usque ad ultimum vitae diem servarat -e. VITR. 9, 8, 13 capricorni -e singula puncta tangens. SEN. contr. 1 praef. 6 in quantum -e ingenia decrescant. VELL. 2, 84, 1 ad Caesarem -e aliquis transfugiebat. VAL. MAX. 1, 8 ext. 18 pecora haustu aquae -e recreentur. CELS. 3, 21 -e ter quaterve opus est uti frictione vehementi. 3, 22 sed paulatim, -eque pluribus diebus . . . serventur. 4, 14 bis -e. 4, 31 neque -e neque diu. 6, 6, 15 diuque -e ieiunis perfricandum. PHAEDR. 2, 4, 8 nam fodere terram quod vides -e. 3 epil. 10 vita morti propior est -e (CARM. epigr. 186, 11 vita morti propior fit -ae). SEN. dial. 4, 9, 1 maior -e peccandi cupiditas. epist. 58, 23 ne semel fiat, quod -e fit. Ps. SEN. mon. 120 -e evenit dies, raro occasio. COLVM. 2, 14, 7 quaedam -e, . . ., quaedam pluviis diebus. CVRT. 3, 8, 6 ipsos -e a se advocari in consilium. SCRIB. LARG. 186. MELA 36 ubi sol non -e ut nobis, sed primum verno aequinoctio exortus autumnali demum occidit. PETRON. 42 non -e lavor. *ibid.* cor nostrum -e liquescit. PLIN. nat. 10, 146 aliquae -e, aliquae bis die. 14, 142 cum priorem diem -e perdant. 21, 111 gladiolum . . . Iulio mense toto secari iubet, ad radicem tertioque die in sole siccari, donec candidus fiat, -e autem ante solem occidentem in tectum referri. 23, 23 -e anno toto. 28, 37 lippitudines matutina -e velut inunctione *arceri*. MART. 12 praef. quod difficile est habere -e bonum stomachum. QVINT. inst. 12, 6, 3 -e metus crescit maiusque fit semper quod ausuri sumus. TAC. dial. 35 quidquid in schola -e agitur, in foro vel raro vel numquam. Agr. 31 nata servituti mancipia semel veneunt, atque ultro a dominis aluntur: Britannia servitutem suam -e emit, -e pascit. hist. 1, 37 quod vobis numquam datur et -e exprobratur. PLIN. epist. 1, 9, 3 haec quo die feceris necessaria, eadem, si -e te fecisse reputes, inania videntur, multo magis cum secesseris. SVET. Vit. 2 ne clam quidem aut raro, sed -e ac palam. FRONTO p. 50, 15—19 N. quom tu -e ultro scripsisti mihi, sed quid dico -e? ergo iam hic mihi ὀνοματοποιίας opus est. nam -e foret, si singulas epistulas per dies singulos scripsisses; quom vero plures epistulae sint quam dies, verbum istud -e minus significat. AVR. Fronto p. 76, 3 N. obsequium scribendi -e in diem posterum protuli. GELL. 15, 1, 1 non eiusdem tamen -e felicitatis. APVL. met. 9, 15 anus quaedam . . . adulterorum internuntia de die -e inseparabilis aderat. PAVL. dig. 8, 6, 7 si alternis horis vel una hora -e servitutem habeat. TERT. anim. 6 quae (*praegnantes*) non singula -e corpora, sed et bina et terna in unius uteri ambitus perferunt. ITALA prov. 8, 30 (Cypr. testim. 2, 1) -e (καθ' ἡμέραν, VVLG. per singulos dies) . . . iucundabar ante faciem eius in omni tempore. COMM. instr. 2, 12, 8. 2, 24, 2 *v. supra l. 1.* VOPISC. Aurelian. 35, 1 ut siligineum suum -e toto aevo suo unusquisque . . . acciperet. LAMPR. Heliog. 21, 3 exhibuit et sumina apruna per dies decem tricena -e. IVST. 3, 1, 2 deficiente -e regis maiestate. ITIN. [Silv.] 24, 1 quae operatio singulis diebus -e in locis sanctis habeatur. 24, 7 -e per dies sex. 25, 12 per totos octo dies -e. 39, 3 ipsis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

. . . octo diebus paschalibus -e. OPTAT. 5, 4 p. 127, 10 haec omnia huius corporis membra et semper et semel secum sunt et mutari non possunt, operari vero -e mutantur. FILASTR. 121, 7 hos (*Romanos*) orbem terrarum sui sub dicione tenere -e (*i. continuo*) atque ante saepius tenuisse. 129, 10 quae (*sapientia Graecorum*) cum paulatim cognoscitur a suis, sine dubio spernitur, calcatur atque -e condemnatur. CHIRON 594 *al.* (*syn.* cottidianis diebus, cottidiano die, omnibus diebus, singulis diebus, singulos dies *al. v. Oderi index p. 348 —349*). HIER. epist. 60, 19 -e morimur, -e commutamur, et tamen aeternos nos esse credimus. VVLG. exod. 5, 13 complete opus vestrum -e (καθ' ἡμέραν). 36, 3 -e mane vota populus offerebat. num. 28, 3 agnos anniculos immaculatos duos -e (τὴν ἡμέραν). II par. 36, 15 de nocte consurgens et -e commonens. Esth. 2, 11 (καθ' ἑκάστην ἡμέραν). psalm. 67, 20 benedictus dominus die -e (ἡμέραν καθ' ἡμέραν). Ier. 37, 20 daretur ei torta panis -e (τῆς ἡμέρας). Luc. 19, 47 erat docens -e (τὸ καθ' ἡμέραν) in templo. AVG. civ. 13, 10 -e fit minus minusque quod restat. 21, 22 omnia -e peccata dimitto, sicut ipsa -e frequentatur oratio. SVLP. SEV. chron. 1, 43, 5 siquidem diurnis incrementum tantum accresceret, quantum -e detrahebat. 2, 30, 5 templi eversio et Iudaeorum captivitas . . . -e mundo testimonio sunt. THEOD. PRISC. eup. faen. 1, 9 similiter -e agitabis diebus VIII. CASS. FEL. 20 p. 32, 9 -e curabis ter in die. 21 p. 35, 6 -e aliquantis diebus immutabis. SIDON. epist. 1, 6, 2 qui -e . . . ingeritur. NICET. p. 8, 10 quod -e dicat apud semet ipsum. ACT. Petr. 5. 7. 31. CARM. epigr. 231 quod tu factitas -e in manu penem tenes. 708, 3 aliam quidem futuram (*vitam*) -ae optabas bona⟨m?⟩. 708, 4. *nota adiectivi loco positum*: AVR. Fronto p. 37, 8 N. illa -e tua Lorium ventio. *cf.* GLOSS. III 296, 36/37 πυρετὸς καθημερινός febris cottidie.

i. q. per totum diem: CHIRON 451 cum iumentum in opere aut in cursu -e (VEG. magna parte diei. *Apsyrtus* δι' ὅλης ἡμέρας. PELAGON. per totum diem) cogetur.

1. cottīdio, -āre *a* cottidie. GLOSS. V 186, 3 cottidiantes: assiduantes. **2. cottīdīō** *adv. v. p. 1091, 78.* *Burger.*

? **cottilātor.** GLOSS. V 438, 32 aleo κοττιστής id est -r. *cf. Landgraf, Archiv 9, 363. fort. scrib.* cottizator.

cottista, -ae *m.*, κοττιστής. GLOSS. V 264, 42 aleualea (*i.* aleo alea. *cf. Landgraf, Archiv 9, 363. Stowasser ibid. 565*) -a et locus ubi tablizant.

cottizātor *v. l. 35.*

cottizo, -āre. GLOSS. V 264, 39 aleatur cotizat graece (*i.* κοττίζει). 349, 56 cotizat teblith (*anglosax.*). [*val.* cutezare '*audere*'. *M.-L.*]

cottona *v.* cottana.

***1. cotula,** -ae *f.*, κοτύλη. *forma* cotyla *apud recentiores usitata.* cotyle *v. l. 53.* cotil(l)a *v. l. 50.* cutula *trad.* PELAGON. 214. ISID. orig. 16, 26, 5 -a emina est habens cyathos sex. quae idcirco -a vocatur, quia cote (*leg.* cope, *cf. Metrol. I p. 263, 19. II p. XV*) graeco sermone incisio dicitur et emina sextarii in duo aequa inciditur (*cf.* EPIPHAN. de mensur. 20). 16, 27, 5 si vero *cappa* o latinum habuerit adiunctum (*sc.* Kᵒ), eminam demonstrat quam Graeci cotilam vocant (*cf.* METROL. p. 134, 18). METROL. p. 128, 20 LS cotilla id est emina, ciatus XXVII. *cf.* p. 128, 21. EVCHER. instr. 2 p. 159, 15 -a hemina est (*v. l. 60*). *cf.* CARM. de pond. 67 at -as, quas, si placeat, dixisse licebit eminas, recipit geminas sextarius unus. 73 at cotyle cyathos bis ternos una receptat. EXC. metrol. chron. I p. 550 emina vel -a oxibafia sive acetabula IV. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 68 heminas sex, quas -as Graeci appellant. 2, 7, 105 ad modum -ae unius vel duorum, quod est pondus unciarum decem vel viginti. GLOSS. κύαθος. κοτύλη τὸ μέτρον. *mensura*: CATO agr. 146 †iri pri primae -as duas. ITALA lev. 14, 10. 12. 15. 21. 24 (Lugd.) -am olei unam (κοτύλην, VVLG. sextarium). Ezech. 45, 14 (Wirc. *cf.* Eucher. instr. 2 p. 159, 15) -am unam olei, quia decem -ae sunt gomor (κοτύλη, VVLG. batus olei, decima pars cori est; decem bati corum faciunt). PELAGON. 204. 205 *al.* CHIRON 129 sanguinem mittito -am unam de crura. MARCELL. med. 1, 101 *al.* DIOSC. 1, 29 *al.* *de vasculo*: MART. 8, 71, 8 in -a rasa selibra *argenti* data est. *de coxa* (*q. v.*): GLOSS. IV 325, 47 -a coxa.

2. cōtula, -ae *f. a* cos *deminutive.* ANTHIM. 75 illis -is sublatis (*syn.* petrae. *i. q.* κόχλακες διάπυροι). [*an* cotulus? *sard.* codulu, *prov.* codol, *ven.* cuogolo. *M.-L.*] *L.*

coturnīx, -īcis *f.* [*orig. inc., sunt qui formam* quocturnix *pro vetustissima habentes conferant c. theodisc.* wahtala quahtela *anglosax.* wyhtel '*coturnix*'; *v. Havet, Mém. de la soc. de linguistique VI 234. Th.*]. PAVL. FEST. p. 37 -x appellatur a sono vocis. *de forma* cocturnix (LVCR. 4, 641 cocturnicibus *A*) *v.* DVB. NOM. gramm. V 573, 13 -em antiqui dixerunt, nunc cocturnix (coturnix *codd.*). CAPER gramm. VII 108, 17 -es, non cocturnices. cotornix: VARRO rust. 3, 5, 2 cotornices (*A*). FRONTO p. 146, 16 N. cotornicum. *gen. plur. ubique* -um *ex. gr.*: QVINT. inst. 5, 9, 13 FRONTO p. 146, 16 N. SERV. Aen. 3, 73 AMBR. in psalm. 118 serm. 18, 26 hex. 3, 9, 39 HIER. epist. 54, 4 in Ier. 2, 19 p. 849 VVLG. num. 11, 32 SVLP. SEV. chron. 1, 16, 4. 1, 20, 4 PAVL. STEPH. reg. 18. o *producitur*: PLAVT. Asin. 666 Capt. 1003 LVCR. 4, 641. *corripitur*: OV. am. 2, 6, 27 MART. 10, 3, 7 IVV. 12, 97 CYPR. GALL. exod. 616 num. 349 deut. 40. GLOSS. ὄρτυξ, ὁ ὀψήρ (?). SOL. 11, 20 -es aves . . . ortygas Graeci vocant (SCHOL. Verg. Veron. Aen. 3, 693 georg. 3, 6 SCHOL. Stat. Ach. 1, 206 p. 496, 22 [*cf.* Theb. 4, 795 *avem ortygiam* nos -em dicimus]. HYG. fab. 53 p. 59, 1 ISID orig. 12, 7, 64 MYTHOGR. 1, 37). AVG. quaest. hept. 2, 62 illis ortygometra data est, id est aves, quas -es multi latine interpretati sunt, cum sit aliud genus avium ortygometra, quamvis -bus non usquequaque dissimile. NOT. Tir. 106, 92ᴬ. 119, 95ᴬ. [*val.* potîrnic, *it.* codornice, *hisp.* codorniz. *M.-L.*]

PLAVT. Asin. 666 (*pro blanda voce*) dic me . . . tuom passerculum, gallinam, -em. Capt. 1003 aut anites aut -es dantur. VARRO rust. 3, 5, 2 pingues veneunt care . . . -es. 3, 5, 7 LVCR. 4, 641. OV. am. 2, 6, 27 -es inter sua proelia vivunt. PLIN. nat. 1, 10, 33. 10, 65. 10, 69 -bus *ellebori* semen gratissimus cibus, quam ob causam eas damnavere mensae (AMBR. hex. 3, 9, 39 elleborum . . . escam esse et alimonium -um. EVSTATH. Bas. hex. 5, 4 p. 913ᴮ). PLIN. nat. 10, 101. 134. 197. 11, 194. 268. MART. 10, 3, 7 voce ut loquatur psittacus -is. QVINT. inst. 5, 9, 13 puerum -um oculos eruentem. IVV. 12, 97 -x nulla unquam pro patre cadet. TERT. anim. 32 *si anima* transierit . . . in -em. EDICT. imp. Diocl. 4, 41. LACT. inst. 4, 10, 10 -es in castra *Hebraeorum* ventus invexit. ITIN. [Silv.] 5, 8 eis pluit manna et -es. SERV. Aen. 3, 73 mare transfretare, quod est -um (MYTHOGR. 1, 37). AMBR. in psalm. 118 serm. 18, 26 non iam -um pluvias mihi opto descendere. HIER. adv. Iovin. 1, 18 populo -es . . . ingestas. epist. 78 mans. 13. 54, 4 -um carnibus . . . saturata es. in Ier. 2, 19 p. 849 postquam *praevaricatio* instar -um usque ad nauseam venerit (*cf.* PAVL. STEPH. reg. 18 manducantibus . . . -um carnes usque ad nauseam). VVLG. exod. 16, 13 (*sensu plurali*) ascendens -x (ὀρτυγομήτρα) cooperuit castra (*cf.* psalm. 104, 40 petierunt et venit -x. CYPR. GALL. exod. 616 crebra nivis ritu caelo delapsa -x. num. 349. deut. 40 per noctem lapsa -x. ISID. in exod. 23, 1 aspexit populus -em). VVLG. num. 11, 31 -es detulit et demisit in castra. 11, 32 congregavit -um . . . decem coros. AVG. in psalm. 104, 31 et -x caro est. SVLP. SEV. chron. 1, 16, 4 grex -um superne missus castra opplevit. 1, 20, 4 POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 21. SALV. gub. 1, 45 -es humanis se manibus ingerentes.

cotyla *v.* 1. cotula.

cotylēdōn, -ōnis *f.*, κοτυληδών. *nomen herbae*: *cf.* PS. APVL. herb. 44 Graeci cotyledon, alii cepon Aphrodites (GLOSS. III 557, 32), alii ges omphalon (GLOSS. III 573, 44 pales *idem esse censet Stadler*), alii stergethron (*cf.* PLIN. nat. 25, 160. GLOSS. III 566, 4 integeton), Itali umbilicum Veneris, alii cimbalarem (GLOSS. III 556, 45 *al.*) appellant. SCRIB. LARG. 55 b radicem -is (*M*, κοτυληδόνος *R*), quae herba similia folia cymbalis habet nasciturque fere in parietibus humidis. PLIN. nat. 1, 25, 101. 25, 159 -n parvula herba est, in cauliculo tenero, pusillo ⟨folio⟩ pingui, concavo ut coxendices. 25, 164. 26, 32 -n trita cum polenta. 26, 80 depellit calculos et herba et radix -is. 26, 91 -n condylomata et haemorrhoidas mire curat. 26, 106. 119. 121. 126 -n . . . calefacta et imposita. 28, 241. THEOD. PRISC. log. 111 -n (cotilidon *rBg cod. Cas. 97*, cotulidon *V*) herba in vino cocta potui datur. DIOSC. 4, 84 de cotilidona (4, 85 de alia cotilidona).

covenio *v.* convenio. **coventio** *v.* contio.

? **covenum** indigestio GLOSS. V 186, 9 (*contam.?*).

covinnārius, -iī *m. a* covinnus. *qui covinnum regit*: TAC. Agr. 35 media campi -us (covinarius *B*, convinnarius *ATAes.*) eques . . . complebat. 36 fugere . . . -i.

covinnus, -ī *m.* [*vocabulum gallicum. Th.*]. GLOSS. II 117, 27 -us κάρριον καθεδρωτόν. *cf.* III 321, 69 (527, 13) κοιβῖνος coinus (κουβῖνος covinus *Boucherie*). IV 42, 36 convinna genus vehiculi (498, 38. V 185, 17. COMMENT. Lucan. 1, 426 quovenna genus vehiculi, cuius usum Galli primum invenerunt. *cf. l. 61*). *essedum Britannorum et Belgarum*: MELA 3, 52 *dimicant Britanni* bigis et curribus Gallice armatis: -os vocant, quorum falcatis axibus utuntur. LVCAN. 1, 426 docilis rector monstrati Belga -i (COMMENT. Lucan. *ad l.* quovenni). SIL. 17, 417 incola Thyles agmina falcigero circumvenit arta -o. MART. 12, 24, 1 o iucunda, -e, solitudo, carruca magis essedoque gratum facundi mihi munus Aeliani! SIDON. carm. 23, 351 pectora prona de -o extensi. *v. Holder, Altcelt. Sprachschatz I p. 1152; Mau, PW IV 1679 sq. deriv.*: covinnarius.

(**coūneus**). AVG. ord. 2, 18, 48 ipsa coitio in unum cuneus nominatus est, quasi couneus.

1. coūnio, -ītum, -īre *a* co *et* unire, *cf.* counare. *i. q. unire, coniungere*: IREN. 3, 18, 7 nisi homo -itus fuisset (συνηνώθη) deo. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 53 ὁμοούσια ista secundum identitatem -ita alternitate. AVELL. p. 228, 1 *Christum* non -itum habuisse corpus. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 5, 15 *Christus mediator* qui de caelestibus veniens -retur terrenis. c. Arrian. 2, 25 id quod per species nominum partita fuerat, in unam iterum recolligit et -it appellationis virtutem. 2, 41 quos nescio qua coagulatione permixtos et -itos in unum deum redegerat (*opp.* separatos).

2. coūnio, -ōnis *f. a* co *et* unio. *i. q. unio, coniunctio*: VIGIL. THAPS. c. Eutych. 4, 18 *Christus* retinens et non amittens proprietatem naturae suae in -e carnis suae. 5, 7 naturae in *Christo* quoniam in illa mirabili -e non sunt in eo abolitae.

coūnītio, -ōnis *f. a* counire. *i. q. unitio, coniunctio*: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 32 unum non -e, sed simplicitate. 1, 50 indiscernibilis spiritus -o (*ter*). 1, 57 potentificata -e.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

coŭno, -ātum, -āre *a* co *et* unare, *cf.* counire. *i. q. unire, coniungere*: MARCELL. med. 29, 52 ipsa fila in se -ata torquebis. CAEL. AVR. acut. 3, 5, 60 servandus (*i. vitandus*) . . . magis est supradictorum -atus atque coacervatus usus. CASS. FEL. 29 p. 56 teres, ut sibi bene -entur.

couro *v.* curo. **cous** *v.* cohus.

couterīnus, -ī *m. a* co *et* uterinus. *qui ex eodem utero natus est,* ἀδελφός: RVFIN. Orig. in psalm. 49, 16 et couterinis suis, scilicet fidelibus de circumcisione, scandala ponunt.

coūtor, -ūsus sum, -ūtī *a* co *et* uti. *i. q. uti,* GLOSS. συγχρῶμαι, συγκέχρημαι: ITALA (codd. c f q) *et* VVLG. Ioh. 4, 9 non enim coutuntur (συγχρῶνται) Iudaei Samaritanis (Samaritis q, cum S. δ ff², *cf.* GRAMM. suppl. p. CII hic 'Samaritanis' dativus, ut 'coutor tibi'). IGNAT. ad Magn. 3, 1 vos decet non -uti (συγχρᾶσθαι) aetate episcopi.

covus *v.* cavus.

×coxa, -ae *f.* [*i. q. hibern.* coss *'pes', cf. c. theodisc.* hahsa *'suffrago' ind.* kákṣaḥ *'ala, cavum sub umero'. v. etiam quae s. v.* conquinisco *dicta sunt et cf.* cossim, coxendix. *Th.*]. ISID. orig. 11, 1, 107 -ae quasi coniunctae axes. *de re cf.* NIGID. Isid. orig. 11, 1, 72 truncus sustinetur -is et genibus cruribusque (*cf. p. 1096, 13*). PAVL. FEST. p. 31 ab umeris [ad] manus breviores sint, quam a -is plantae. CELS. 4, 1 ilia inter -as et pubem imo ventre posita sunt. 8, 1 ima . . . spina in -arum osse desidit. *ibid. -arum os* a lateribus, id est in ipsis -is, sinus rotundos habet. *ibid.* superiora *femina* in sinus -ae . . . conciciuntur. 8, 8, 2 *immobile* -arum os. AVG. gen. ad litt. 8, 21 p. 260, 20 *articulus* cruris in genu et totius pedis in -a *est.* SORAN. 7 vulva *iacet* intra duas -as intus. PS. SORAN. quaest. med. 52 *crurum* partes concavae, in quibus femora moventur -ae vocantur. 367, 15 coxa[s] . . . voca[n]tur . . . totum, quod a iugulo est usque ad inguina tam inante quam retro. GLOSS. γλουτός, κοτύλη ἀνθρώπου, μηρός, ἰσχίον (CAEL. AVR. chron. 4, 3, 38 *-arum summitates* Graeci ἰσχία vocant), ὀσφύς. theoch (*anglosax.*) -ae pernae. II 102, 18 clunes (IV 216, 44). III 601, 28 femora -as. V 639, 72 coxendices. *dub. interpr.* III 584, 55 SVID. *s. v.* κόξα. τὸ ὀπίσω τοῦ γονατίου μέρος. [*val.* coapsă, *it.* coscia, *francog.* cuisse. *M.-L.*]

1 *proprie animantium os vel corporis pars in imo ventre, aliquotiens etiam femur* (*ex. gr.* CELS. 4, 27 -as et poplites. 4, 30 -is proxima genua sunt. GLOSS. *supra l. 32*): **a** *hominum*: CELS. 1, 9 frigus inimicum est . . . -is. 2, 1 -ae dolores (2, 7. 8 [*bis*] PLIN. nat. 31, 102. PS. APVL. herb. 1, 44 ad lumborum et -arum [*BV,* costarum *vulgo*] dolorem. PLAC. med. 23, 2 *cf.* PELAGON. 225). CELS. 2, 2 *corpus insudat circa* -as (2, 6). 2, 7 dolor in . . . -is est (2, 12, 2. 5, 26, 13). 2, 7 dolent . . . -ae (4, 11. 5, 18, 7. *cf.* 5, 25, 3 -a . . . torquet). 2, 7 a -is . . . dolor in pectus transit. 2, 8 -a si sine torpore est, si leviter friget (*cf. ibid.* frigescit . . . crus et -a), quamvis magnos dolores habet, tamen et facile et mature sanatur. 4, 1 e regione dexterioris -ae (*ibid.* ad dexteriorem -am). 4, 19 cucurbitulas . . . -is admovere (4, 27. 7, 26, 5 agglutinanda cucurbitula est . . . -is). 4, 27 perfricare -as et poplites (*cf.* 4, 29 *frictio* -is . . . adhibenda est). 4, 29 *inulae radix* super -am imposita. *ibid.* quattuor locis super -am . . . exulcerare. 7, 16 resupinandus . . . homo est -is erectioribus. 7, 26, 2 (*bis*). 7, 26, 5 -ae paulum excitentur. *ibid.* hapsus lanae . . . -as . . . protegat. 7, 27 -ae durae sunt. 8, 20 -am propellere. PLIN. nat. 28, 54 equitatio stomacho et -is utilissima. SIL. 10, 181 qua . . . -ae . . . sedet munimen utrique. IVV. 6, 321 tollit pendentis praemia -ae (*i. pendulae Veneris*). 10, 227 hic -ā debilis est. 15, 66 quo Tydides percussit pondere -am Aeneae. PLIN. epist. 2, 1, 5 cecidit -amque fregit. HYG. fab. 57 p. 60, 12 *Bellerophon* -as eiecisse dicitur. SCHOL. Germ. Bas. p. 77, 13 *Cepheus habet* in dextera -a duas *stellas* (*cf.* p. 79, 12 HYG. fab. 177 p. 31, 7). AVELL. p. 29, 11 ut in -a eius perniciosum vulnus fieret. CYPR. GALL. gen. 1467 supposta . . . dextera -ae. ORIBAS. syn. 2 add. p. 847 cataplasma superponenda est . . . -is. 5, 18. 37 lavare . . . -as aqua frigida. 6, 27. 45. GREG. M. dial. 4, 36 p. 385C *Stephanus* per -as deorsum, per bracchia trahebatur sursum (*bis*). GLOSS. V 494, 6 catax claudus a -a *al. cf. Thes. gloss. s. v.* catax. **b** *bestiarum*: COLVM. 5, 9, 11 ⟨ne in⟩ arando -am bos . . . offendat. MART. 7, 20, 5 (*de carne*) poscit . . . utramque -am leporis. APVL. met. 7, 17 -ae . . . dexterae (*asini*) semper ictus incutiens *puer.* NEMES. cyn. 112 *canis* diducta . . . -as. PELAGON. 6 inter -as deplendus est *equus.* 50 -am . . . contrahit *equus.* 130 caudam intra -as mittit. 218 si -am laeserit. 347 sanguinabis *equum* de -is. CHIRON 1 de -a misera (48 si quod iumentum -a misera habuerit). *ibid.* de -a eiecta aut convolsa. VEG. mulom. 2, 82, 5 iuncturam -ae diutissime confricant. PLAC. med. 15, 1 lanam . . . a -is *arietis* . . . sumpseris. CORIPP. Ioh. 4, 1069 geminas secuit conciso robore -as *cameli.*

2 *translate t. t. gromaticorum i. q. versura, angulus internus*: SIC. FLACC. grom. p. 139, 16 alii *terminos ponunt* tantummodo in -is. 142, 5 *termini* omnibus angulis -isque positi esse debent. 151, 14. HYG. mun. castr. 54 *anguli castrorum* -as efficiunt. 58 tribunalia extruere circum portas, in -is, in loco turrium.

deriv.: coxale, coxarius, coxendix, coxigo, coxo, coxosus, coxus.

coxāle, -is *n.* [*a* coxa. *Th.*]. EDICT. imp. Diocl. gr. 27, 2 κοξαλίων ἤτοι περι⟨ζ⟩ωμάτων. *i. q. vestimentum quod coxas tegit cf.* GLOSS. lumbatorium -e. HIER. in Zach. 3, 11 p. 892 ut *virga secunda* in Ieremia perizoma et cinctorium atque lumbare, sive ut consueto verbo utar, -e sit appellata. [*it.* cosciale. *M.-L.*]

coxārius, -a, -um *a* coxa. *i. q. ex coxa laborans*: PELAGON. 496 καυστικὸν πρὸς κοξαρίους (εἰς κόξας *M*) Ἀψύρτου.

coxendicus, -a, -um *a* coxendix. *i. q. ex coxendice laborans*: PLAC. med. 5, 13 hemina vini picati potata -os emendat.

coxendix, -īcis *f.* [*cf. c.* coxa. *Th.*]. GLOSS. ἱερὸν ὀστοῦν. vertebrae in coxa. -es coxas (NON. p. 94). *gen. plur.* -um: PLIN. nat. 20, 15. 90. 238. 240. 23, 19. -ium: PLIN. nat. 22, 156 (-um *d vulgo*). i *casuum obliquorum producitur*: PLAVT. Bacch. 1159 -em. LVCIL. 949. *corripitur*: SER. SAMM. 695 -e. 991 -is. *loco mutilo*: AFRAN. com. 424 ⟨co⟩xendice. *de re v.* LVCIL. 949 truncus sustinetur [a] -bus (*cf. p. 1095, 20*). PLIN. nat. 25, 159 *cotyledon folio* concavo *est* ut -es. 28, 179 ossa ex acetabulis pernarum, circa quae -es vertuntur.

1 *hominum*: PLAVT. Bacch. 1159 cor stimulo foditur. :: pol tibi multo aequius est -em. CATO agr. 160 *arundinem* duo homines teneant ad -es. CELS. 7, 30, 3 -es ac femina liquido cerato perungenda sunt. PLIN. nat. 20, 15 lumborum ac -um dolores (20, 90. 238. 27, 36 prodest *aster* -is dolori adalligata. 27, 77). 20, 130 *nasturcium* -bus et lumbis . . . illinitur (21, 141. 22, 105). 20, 240 ad . . . rigores . . . -um. 21, 157 -bus imponitur *thymum.* 22, 141 fabalium . . . cinis ad -es . . . prodest (31, 6 *aquae* prosunt . . . -bus). 22, 156 contra -ium et lumborum debilitatem. 23, 19 -um . . . vitiis. 24, 82 *cissos erythranos* -bus utilis (25, 88). SVET. Aug. 80 *Augustus* -e (coxaindice *codd.*) et femore et crure sinistro non perinde valebat. SER. SAMM. 695 saepius occultus victa -e (coxendrice *A,* consendice *B*) morbus perfurit. ARNOB. nat. 2, 42 clunibus et -bus (consendicibus *cod.*) sublevatis.

2 *bestiarum*: VARRO ling. 7, 67 strebula, ut Opilius scribit, circum -es (coxa indices *F*) sunt bovis (FEST. p. 313 strebula Vmbrico nomine Plautus appellat -es hostiarum, quas G⟨raeci μηρία dicunt⟩. ARNOB. nat. 7, 24 *strebula* taurorum ex -bus [condicibus *cod.*] demitur). VARRO rust. 1, 20, 1 *boves* crassis -bus. PLIN. nat. 10, 168 *vespertilioni* -x una traditur ⟨esse⟩. SER. SAMM. 991 glomeramina, quae gerit intus clausa aries inter geminae -is umbras.

coxigo, -āre [*cf. c.* coxa. *Th.*]. *i. q. e coxa laborare, claudicare*: GLOSS. III 468, 36 coxigat χωλαίνει.

coxilīna *v. s.* culina. **coxim** *v.* cossim.

coxo, -ōnis *m.* [*a* coxa. *Th.*]. *i. q. claudus*: NON. p. 25 catax dicitur, quem nunc -em vocant. GLOSS. V 649, 41 catax -o, quod quasi gressu cadat.

coxōsus, -a, -um [*a* coxa. *Th.*]. GLOSS. ἐκκότυλος. sciaticus (*i. ischiadicus*).

coxus, -a, -um [*cf.* coxo. *Th.*]. *i. q. claudus*: GLOSS. χωλός. V 595, 32 (633, 11) catax claudus, -us. MAECEN. carm. frg. 31 debilem pede -o (*sic cod. Bamb. Senecae,* coxa *cett.*). *cf. Bücheler, Rhein. Mus. 48 (1893) p. 88.* [*hisp.* cojo. *M.-L.*] *Hoppe.*

cra. PRISC. gramm. II 5, 15 aliae autem sunt *voces,* quae quamvis scribantur, tamen inarticulatae dicuntur, cum nihil significent, ut 'coax' 'cra' (*add. Scoti*: eas enim voces quamquam intellegimus de quo sint volucre profectae *egs*). GRAMM. suppl. 221, 7 vox ranarum et corvorum ut 'coax' 'cra'. *cf.* cras *p. 1100, 69.*

crabattus *v.* grabatus.

ξυρὸν κουρέως **craber** GLOSS. II 378, 39. *cf.* II 576, 16 daber (claber?) tonsor. *cf.* glaber. *L.*

crābro, -ōnis *m.* [*fortasse cf. c. hibern.* crebar *cambr.* crëyr *'tabanus', secundum alios c. lituan.* szirszů szirszlys *slavon.* srša sršenĭ *'vespa'. v. Bezzenberger, Beitr. 6, 237. Th.*]. ISID. orig. 12, 8, 4 -es vocati a cabo, id est caballo, quod ex his creentur. *formae*: crabo: PLAVT. Amph. 707 *codd. BE* (*D et Non.* -br-). ISID. orig. 12, 8, 2. 4 *cod. G1.* cabro: POL. SILV. chron. min. I p. 543, 36 GLOSS. scrabro: SERV. georg. 4, 286 *codd. PHVM.* scrabo: OV. met. 11, 335 *opt. codd. renuente versu.* scabro: VERG. georg. 4, 245 crabro (sca *suprascr. M*). PLIN. nat. 21, 171 *cod. R.* SERV. georg. 4, 286 *cod. A.* ISID. orig. 12, 8, 2. 4 *cod. G2.* GLOSS. *cf.* ISID. orig. 12, 8, 4 ex his (*crabronibus*) iterum saepe nascuntur scarabaei, unde et cognominati sunt. scabrio, carabro, gabro, grabra GLOSS. GLOSS. σφήξ. V 579, 37 sphex (*cod.* spix) graece, latine scrabro. vespa longa. IV 167, 24 vespae longa (*vel* longiora) crura habentes (V 243, 4). hirnitu (*anglosax., i. germ. Hornisse*). grabra crabro σφήξ. κάνθαρος. grabre isfis (*i.* σφήξ). sfinx gabro. uaeps (*anglosax.* wæsp). cabrones girgalos, vespas maiores arboribus. vespa, stryx (*i.* σφήξ?). III 436, 20 σκνιφης scabrio (*i.* σφήξ. *contam.?*). *legitur inde a* PLAVTO. [*it.* calabrone, *francog.* gravlon. *M.-L.*]

nomen insecti (*de quo v.* PLIN. nat. 11, 70—74): PLAVT. Amph. 707 (*proverbialiter*) irritabis -es. VERG. georg. 4, 245 asper -o imparibus se immiscuit armis (COLVM. 9, 14, 10 ne apes intercipiantur violentia -um, qui ante alvearia . . . obsidiantur prodeuntibus. PLIN. nat. 11, 61 impugnant *apes* . . . -es). MACER carm. frg. 17 maior ape, -e minor *fucus.* OV. met. 11, 335 iuvenco spicula -um pressa cervice gerenti. 15, 368 pressus humo bellator equus -is origo est (SERV. georg. 4, 166. 286 de bubus apes, de equis -es, de mulis fucos, de asinis vespas creari. Aen. 1, 435. ISID. orig. 12, 8, 2. 4 -es nascuntur de equorum carnibus putridis). fast. 3, 753 milia -um coeunt et vertice nudo spicula defigunt. COLVM. 9, 2, 3 -bus et sole genitas apes. PLIN. nat.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 11, 24. 20, 29 -um ictibus ... medentur (20, 133. 247 efficax adversus aculeata animalia ut -es. 21, 171. 23, 43. 118. 152. 31, 99. PLAC. med. 17, 2 si quis ... a -e punctus fuerit ... remediat). 28, 32 a scorpione aliquando percussi numquam postea a -bus ... feriuntur. 29, 86. 92 noctua apibus contraria et vespis -busque. AVIEN. Arat. 1790 -um rauca agmina si volitare ... conspexeris ... dices instare procellas. VVLG. exod. 23, 28 emittens -es (τὰς σφηκίας) prius, qui fugabunt Hevaeum. deut. 7, 20 -es mittet dominus tuus in eos, donec deleat omnes. Ios. 24, 12. PALLAD. hist. mon. I 6 culices -bus similes. CANON. Migne 56 p. 676[A] qui amant ... vituperare et velut -es agrestes circumstrepere. NOT. Tir. 109, 11. *Wulff.*

cracatius, -ī *m.* *nomen piscis*: ANTHIM. 46 de pisce -o caro fortior est (*traditur etiam* cacratio creatio. *nomen gallicum* créac *i. q. sturio affert Rose*). [*cf. lat. med.* cragocus, *francog. mer.* créac *'Stöhr'? v. Schuchardt, Zeitschr. f. roman. Philol. XXXI 653. M.-L.*]

cracca, -ae *f.* [*orig. inc. Th.*]. PLIN. nat. 18, 142 omnia haec pabularia degeneransque ex leguminibus quae vocatur -a, in tantum columbis grata, ut pastas eā negent fugitivas illius loci fieri.

cracēns, -ntis [*fort. cf. c.* kŕ̥śyati *'macrescit', lituan.* karszti *'consenescere' et c.* gracilis. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 53 -es graciles. Ennius (*ann. 505*): succincti gladiis medii regione -es. *cf.* GLOSS. -es graciles, tabidos. graciles (gragentes).

cracere, -āre. *vox corvi.* GLOSS. -at cracat.

craclī *v.* clatri. **craco**, -āre *v.* cracerare. **crāma** *v.* cramum.

crambē, -ēs *f.*, κράμβη. GLOSS. coliculus. *cf.* V 448, 42 (= 566, 36) cumbre holeris genus. PLIN. nat. 20, 79 tertia *brassica* est proprie appellata c[a]rambe, tenuioribus foliis et simplicibus densissimisque, amarior, sed efficacissima. ORIBAS. eup. 2 C 23 crambi i. e. brassica. *cf.* Ps. APVL. herb. 127. *in proverbio de declamatione*: IVV. 7, 154 occidit miseros -e repetita magistros.

crambion *n.* DIOSC. 4, 160 pytias (*i.* πτύουσα) aut clema aut crabrion (DIOSC. 4, 165 W. κραμβίον) ... dixerunt.

crāmum, -ī *n.* [*orig. inc., cf. francog.* craime, crème. *Th.*] *i. q. pinguedo lactis*: VEN. FORT. carm. 11, 14, 2 aspexi digitos per lactea munera fixos, et stat picta manus hic ubi -a rapis. *cf.* GLOSS. pinguido vel -a liquor ex quo buterum conficitur.

crancus *v.* cancer.

cranea, -ae *f.* κρανία, *cornus*: DIOSC. 1, 131 -a semen habet olivae similem.

? **craniocolla** *n. pl.* DIOSC. 1, 144 ibi (*in arbore persaia*) inveniuntur phalangia qui dicuntur -a (DIOSC. 1, 129 W. τὰ λεγόμενα κρανοκόλαπτα). *L.*

***crāpula**, -ae *f.* [*a gr.* κραιπάλη *tractum. Th.*]. ISID. orig. 20, 2, 9 -a quasi cruda epula. GLOSS. κραιπάλη. aplestia (*cf.* VVLG. Sirach 37, 34 propter -am: δι' ἀπληστίαν). cruditas l⟨i⟩enis. vini cibique indigestio vel cruditas. NOT. Tir. 96, 59. *legitur inde a* PLAVTO.

1 *status eius qui nimio vino se complevit, subinde i. q. nausea*: GLOSS. nausia post potum. nausia vel comesatio. ebrietas, molestia capitis et corporis post ebrietatem. ingluvies vel vomitum. **a** *proprie*: PLAVT. Most. 1122 somno sepelivi omnem atque edormivi -am (Rud. 586 ut edormiscam hanc -am. CIC. Phil. 2, 30 edormi -am. AMBR. in psalm. 48, 23 -am mundi istius edormire). PLAVT. Pseud. 1282 -am dum amoverem. CIC. Verr. 4, 28 qui nondum ... convivii -am exhalassent (Phil. 2, 30 SEN. epist. 95, 25. *in imag.* AMBR. fid. 1, 20, 135 vinum quod ... -am fidei et verae religionis exhalat, -am castitatis infudit). LIV. 9, 30, 9 plenos -ae eos lux oppressit (33, 48, 8. RVT. LVP. 2, 7 plenus -a est experrectus). 40, 14, 3 miseria haec et metus -am facile excusserunt (VAL. MAX. 6, 2 ext. 1). VAL. MAX. 5, 1 ext. 3 tam urbana -ae excusatio. SEN. dial. 10, 14, 4 hesterna -a semisomnes et graves (epist. 122, 2 CVRT. 9, 10, 27). SCRIB. LARG. 12 *herba nervalis* ebrio data copiosa in -a vinum discutit. PLIN. nat. 20, 84 sumpta *brassica* -am discuti (21, 130. 142. 26, 112 APVL. met. 8, 13). 20, 136 *ruta bibitur ad* -ae gravedines. 21, 138 qui crocum prius biberint, -am non sentient. 22, 22 -am praesumpta *erynge* arcet. 24, 78 acini *hederae* ... praesumpti potu a -a tutos praestant. FLOR. epit. 2, 10, 3 *cum rex* -a et capitis errore lapsaret. APVL. apol. 59 ex -a helluo attemptatur. met. 1, 18 cibo et -a distentos saeva et gravia somniare (2, 31). 3, 18 -ā madens (7, 12 sauciis illis et -a vinolentiaque madidis. *cf.* Ps. RVFIN. in Am. 6, 3—6 ebrietate -aque ... madetis). 9, 41 *miles* velut emersus gravi -a. TERT. apol. 17 *cum anima* resipiscit ut ex -a. SYMM. orat. 2, 10 desudata in diem -a. FVLG. Virg. cont. p. 86, 17 quae *urnula* tibi -ae plenitudine nauseam movere non possit. HIER. epist. 69, 2 oscitabat ... et quasi per mentis -am ructans et nauseans evomebat (adv. Iovin. 1, 1 hesternam -am ructans). 109, 1 ut ... Dormitianus somniaret, immo eructaret immundissimam -am (NICET. psalm. 9 p. 66, 9 cruditates eructantes et -am). RVFIN. Clement. 4, 30 daemones -is tanquam vehiculis illati. Ps. AVG. serm. 144, 3 voracitatem et -am vini devitate (CASSIAN. inst. 5, 6 non vini -a, sed saturitas ... panis). HIPPOCR. aer. 3 -a eos maxime vexat. MARCELL. med. 22, 11 quod remedium ... ad -am deponendam facit. 27, 7 -am ... non patitur vino nigro potum subsistere. PHYSIOGN. 105 eum ⟨crapula⟩ vel somno (ἐξ ὕπνου καὶ κραιπάλης) pressum esse. OROS. apol. 16, 9 (*in imag.*) post multam -am novissime expergefactus. MART. CAP. 8, 804 umentis -ae exudatione conspecta. SALV. eccl. 4, 33 -a est illorum frugalitas mea. *nota*: VVLG. Zach. 12, 2 ponam Ierusalem superliminare -ae (ὡς πρόθυρα σαλευόμενα) omnibus populis in circuitu. **b** *metonymice res crapulam efficiens. i. q. resina vino addita* (*cf.* PLIN. nat. 23, 46 *resinatum vinum* capitis dolorem et vertigines facit. ab hoc dicta -a est): PLIN. nat. 14, 124 crudo flore resinae excitari lenitatem vini, e diverso -a compesci feritatem nimiam ... aut ... virus addi. 14, 125 pugnacibus mustis -a plus inditur, lenibus parcius. 16, 54 alia temperies *resinae* ad -am est.

2 *status eius, qui nimium cibariis se complevit, immoderata voracitas* (ISID. orig. 20, 2, 9), *edacitas, cunctarum escarum nimietas* (*cf.* CASSIAN. inst. 5, 6 non sola -a vini mentem inebriare consuevit: cunctarum escarum nimietas vacillantem eam ac nutabundam reddit), *indigeries* (BENED. reg. 39), *satietas* (*cf.* ISID. sent. 2, 43, 1 esca -am, potus ebrietatem generat): ITALA Luc. 21, 34 (Tert. adv. Marc. 4, 39 p. 558) ne quando graventur corda *vestra* -a (ἐν κραιπάλῃ, VVLG. in -a *cf. infra l. 58*) et ebrietate (AVG. serm. 361, 22, 21. CASSIAN. inst. 6, 7, 1 ebrietate omnique -a ... abstinere. SALON. in eccles. p. 1008[C]. MVTIAN. Chrysost. hom. 20, 2 per -am, per ebrietatem. EXPOS. fid. Caspari anecd. p. 288, 11. MART. BRAC. iact. 1 comessationibus, -ae, ebrietati deservit). SER. SAMM. 318 male digestis si -a saeviet escis. PRVD. cath. 4, 28 ne -a ferveat cavendum est, quae sedem fidei cibis refertam usque ad congeriem coartet intus. AVG. conf. 10, 31, 45 ebrietas longe est a me ..., -a autem nonnunquam subrepsit servo tuo. c. Iul. 4, 14, 70. 73 nec vinum ebrietas nec cibum condemnet -a. c. Iul. op. imperf. 2, 134. serm. ed. Denis 13, 8 p. 860 cum non manducat assumit ieiunium, ut mortem, quam factura erat -a, repellat a se (*saepius*). serm. ed. Mai 2, 1 (*in imag.*) *stabat ante dominum* sitis ebria, esuriens -a *pharisaeici hydropis.* CASSIAN. conl. 20, 17, 1 illicentium ciborum -am ... castiget. PETR. CHRYS. serm. 12 p. 224[A] *diabolus* cibum nostrum deducit in -am, potum nostrum in ebrietatem diffundit. SIDON. epist. 4, 7, 2 apud crudos caeparumque -is esculentos (*cf. Engelbrecht. Wiener Stud. 20 (1898) 305*). carm. 5, 339 quem -a vexat. BENED. reg. 39 (*ter*). EVG. TOLET. carm. 7 *tit.* contra -am. *in imagine*: VICTRIC. 6 incedunt nitidae flagrantes -am castitatis. CASSIAN. conl. 9, 5, 2 est alia quoque -a non minus noxia et ebrietas spiritalis difficilius evitanda. 14, 17, 3 eos ... salutaris verbi -a refovete (CASSIOD. in psalm. 118, 171 cum intus dominus sensum inopem saginaverit, provenit ut hymnus eius salutari -a proferatur). CAES. AREL. suggest. p. 304 non est iustum, ut ancilla multis deliciis interdum usque ad -am satietur.

syn.: *ad 1*: ebrietas (PLIN. nat. 20, 84. 21, 138 *al.*), gravedo capitis (PLIN. nat. 21, 130), error capitis (FLOR. epit. 2, 10, 3), vinolentia (APVL. met. 7, 12), temulentia (RVFIN. Clement. 4, 30 Ps. RVFIN. in Os. 4, 9/10 p. 986[A]). *ad 2*: edacitas, voracitas, nimietas, saturitas (GLOSS. IV 207, 11), indigeries (BENED. reg. 39). *opp.*: abstinentia (AVG. serm. ed. Denis 13, 8 p. 861 PETR. CHRYS. serm. 13 p. 226[B]), continentia (RVFIN. Clement. 4, 30. CASSIAN. conl. 9, 5, 2 epularum cunctarum continentia), frugalitas (SALV. eccl. 4, 33), sobrietas (AMBR. in psalm. 48, 23 RVFIN. Clement. 4, 30).

deriv.: crapulanus, crapularius, crapulentus, crapulosus, crapulari.

crāpulānus, -a, -um *a* crapula. *i. q. crapulam depellens*: PLIN. nat. 14, 120 lenitatem *vini* excitat Italiae pars aliqua crapulana pice.

crāpulārius, -a, -um *a* crapula. *i. q. ad crapulam pertinens*: PLAVT. Stich. 226 vel unctiones (veliunctiones *A*) Graecas sudatorias vendo vel alias malacas, -as.

crāpulātio, -ōnis *f. a* crapulari. *i. q. crapula*: ITALA Luc. 21, 34 (cod. a) ne quando graventur corda vestra -e (gratulatione *trad.*, ἐν κραιπάλῃ, VVLG. in crapula *cf. supra l. 16*) et ebrietatibus. PETR. CHRYS. serm. 13 p. 227[B] -i deditis ... et ebriis. CASSIOD. anim. 11 p. 1301[B] dum nulla -e distenditur, in odores non exudat acerrimos.

crāpulentus, -a, -um *a* crapula. *i. q. crapula gravatus, ebrius*: AMM. 29, 5, 54 vino ... consulto distentis et crapulentis.

crāpulor, -ātus, -ārī *a* crapula, κραιπαλᾶν. *i. q. crapula gravari, inebriari*: ITALA Is. 29, 9 (Wirc. Aug. spec. 133 p. 681, 3. 14) -amini (κραιπαλήσατε, VVLG. inebriamini) non a sicera neque a vino. CASSIAN. inst. 8, 3 -atur vino. *plerumque part. perf.* crapulatus: GLOSS. ebrius, vino obrutus. subito inebriatus. SCHOL. Hor. Gloss. Γ sat. 2, 2, 43 aegrum -um. AMBR. fid. 1, 20, 136 vino tuo -us (Hel. 15, 53 CONC. Matisc. 6 [*a. 585*]). epist. 55, 2 -us a vino (VVLG. psalm. 77, 65 potens -us [κεκραιπαληκώς] a vino. GREG. TVR. Franc. 2, 7). HEGES. 4, 29, 2 Vitellius quasi -us et somno demersus. RVFIN. Orig. in lev. 16, 2 ne -o et ebrio verbum dei ingerant. in Os. 7, 13—16 a -is fusa supplicatio. Ps. ORIG. tract. 13 p. 142, 9 animus insania -us. SALV. gub. 7, 70 quasi in morem -arum turbarum catervatim in se ruentes. GREG. TVR. Franc. 7, 22 cum iam -us aspiceretur. *in imagine*: FVLG. RVSP. c. Fastid. 1 sermonem veneno impietatis -us evomat. praedest. 2, 13, 21 qui dudum iniustitiae crudelitatem indigesta -us perversitate ructavit. Ps. FVLG. RVSP. serm. 75 p. 946[C] Absalon fraterna caede -us et cognato sanguine ebriatus.

crāpulōsus, -a, -um *a* crapula. *i. q. crapulae deditus, crapulam efficiens*: FIRM. math. 8, 20 gulae -is libidinibus servientes. MAX. TAVR. hom. 90 p. 459[A] abiectis -is epulis. *Hoppe.*

***crās** *adv.* [*i. q. falisc.* cra *'cras'. rectene conferatur a quibusdam c. ind.* śvaḥ *'cras', med.* sūrəm *'mane', valde dubium est. v. Na-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

zari, Riv. di filol. 28 (1900), 251; Pedersen, Danske Vidensk. Selsk. Skr. 6. Række, hist.-fil. Afd. VI 3 (1905) p. 314. Th.]. VARRO ling. 8, 9 duo ... genera verborum, unum fecundum ... alterum ... sterile, quod ex se parit nihil, ut est: etiam, vix, -s, magis, cur. PRISC. gramm. II 434, 17 ab adverbiis etiam et praepositionibus inveniuntur derivativa verba, ut ... -s, ex quo crastinus, et procrastino, procrastinas. III 65, 15 primitiva quidem uniformia sunt nec regulam aliquam a similitudine vel collatione aliorum possunt accipere ut: -s, cur, heus, sic, nempe. GRAMM. suppl. 53, 25 adverbia ... temporis ut: heri, nuper, hodie, mane, -s. MART. CAP. 4, 382 'quando' enim dicimus ut 'heri, -s'. *cf. p. 1079, 22. 1100, 69.* *de significatione*: SCHOL. Hor. epist. 1, 5, 9 -s nihil significat nisi diem proximum; crastinus dies et superiore et praeterito anno fuit et erit sequentibus. *cf. p. 1106, 3* (*cf.* ISID. diff. 1, 83 -s ad tempus pertinet, crastinum ad opus eiusdem temporis. *cf. p. 1106, 6*). CASSIOD. hist. 5, 27 aperiret, quid cornicula illa significaret. ille vero fertur ... dixisse ...: '-s latina lingua dies ventura significatur'. GLOSS. αὔριον. postero die. *de iuncturis*: PRISC. gramm. III 198, 1 sunt adverbia, quae proprie diversis temporibus adiungi non possunt ut: heri feci, nunc facio, -s faciam. SERV. gramm. IV 414, 11 item qui dicunt, '-s lego lectionem', vitiose loquuntur: nam cum 'lego' temporis praesentis sit, '-s' vero adverbium futurum, utique haec locutio non cohaeret. tractandum etiam illud, an sana esset locutio haec '-s legam', an '-s lego'. '-s lego' ut diximus, vitiosum est. '-s autem legam' ideo nonnulli vitiosum iudicant, quoniam duo futura quasi in aliud futurum nos differunt. EXPLAN. in Don. gramm. IV 508, 23 soloecismus, si dixero, '-s ad te venio et lego tibi' ... dicendum est '-s ad te veniam et legam tibi'. *-s coniungitur cum tempore futuro verbi saepissime. cum praesenti*: PLAVT. Aul. 156 Cas. 251 Most. 654. 1178 Pseud. 60 Stich. 496 Trin. 1188 TER. Eun. 338 ATTA com. 9 VARRO Men. *tit.* CIC. Phil. 14, 2 epist. 16, 23, 2 HOR. epist. 1, 5, 9 OV. fast. 6, 797 FRONTO p. 88, 8 N. VVLG. exod. 32, 5 I reg. 20, 18 Sirach 20, 16. *cum futuro exacto*: PLAVT. Cas. 786 Cist. 525 Merc. 586 Most. 68. 1006 VARRO frg. Non. p. 144. *cum* posse: PLAVT. Cas. 474. *cum* necesse est: PLAVT. Pseud. 995 CIC. ac. 2, 97. *cum infin. praes.*: TER. Phorm. 531 OV. fast. 5, 417 CARM. epigr. 949, 2. *cum imperfecto*: CIC. Att. 13, 21, 2. *cum imperativo praes.*: HOR. sat. 2, 3, 232 OV. am. 1, 4, 70 SEN. contr. 7 praef. 8 VVLG. num. 14, 25. 16, 7 IV reg. 10, 6. *cum imperativo fut.*: PLAVT. Curc. 526 (iubeto) Merc. 375. 770 Most. 654 HOR. carm. 3, 29, 43. *cum coniunctivo optativo, hortativo, potentiali*: PLAVT. Persa 447 (*praes.*). 710 (*imperf.*) CIC. Tusc. 1, 119 HOR. sat. 2, 6, 35 (*imperf.*) PERVIG. Ven. *passim* VVLG. Ios. 22, 27 Tob. 8, 4 Esth. 9, 13. *cum coniug. periphr. act.*: PLAVT. Pseud. 82 HOR. carm. 1, 7, 13 AVR. Fronto p. 60, 18 N. PORPH. Hor. carm. 4, 7, 17 sat. 2, 4, 51 AVG. bapt. 4, 3, 4 catech. rud. 27, 55 civ. 19, 5 VVLG. Esth. 5, 12. *cum coniug. periphr. pass.*: PLAVT. Pseud. 782 HOR. sat. 1, 6, 119 IVV. sat. 2, 132 FRONTO p. 89, 23 N. *verbum omissum v. p. 1100, 51. legitur per totam latinitatem inde a* PLAVTO; *de* GREG. TVR. *v. Bonnet, latin de Gr. d. T. p. 203, 1. locus dubius*: CIC. Att. 10, 17, 3 id si -s erit (transierit *Ziehen*). [*it.* crai, *hisp. vet.* cras. *M.-L.*]

1 *proprie i. die postero*: *opponuntur*: -s *et* hodie: PLAVT. Cas. 474 at non opinor fieri hoc posse hodie. :: potest, siquidem -s censes te posse emitti manu. Curc. 661 tu ut hodie adveniens cenam des sororiam, hic nuptialem -s dabit. Epid. 272 sicut -s hic aderit, hodie non venit. Most. 1006 hodie adveni peregre ... verum -s, nisi quis prius vocaverit me, vel apud te cenavero. Persa 710 -s ires potius, hodie hic cenares. Pseud. 86. 178. 199. 229. 778. 782 nunc nisi lenoni munus hodie misero, -s mihi potandus fructus est fullonius. 995 necessest hodie Sicyoni me esse aut -s mortem exequi. VARRO Men. *tit.* frg. Non. p. 144 si hodie noenum venis, -s quidem, sis, veneris meridie. CIC. Att. 10, 13, 2. 13, 21, 2 expectabam hodie aut summum -s ab eo tabellarios. 13, 31, 1 aut hodie aut -s. 13, 47ᵇ, 1. 14, 2, 4. 14, 13, 6 Varronem hodie aut -s venturum putabant. 15, 22 hodie quidem ... aut -s. HOR. epist. 1, 16, 33 qui dedit hoc hodie, -s si volet, auferet. OV. rem. 94 qui non est hodie, -s minus aptus erit. PETRON. 10. 24. 45. MART. 11, 65, 6 sescentis hodie, -s mihi natus eris. 12, 48, 5. VVLG. exod. 19, 10 sanctifica illos hodie et -s (σήμερον καὶ αὔριον). Tob. 8, 4 deprecemur ... hodie et -s. Esth. 9, 13 sicut fecerunt hodie ... sic et -s faciant. Is. 56, 12 et erit sicut hodie, sic et -s et multo amplius. I Macc. 2, 63 hodie extollitur et -s non invenietur. Luc. 13, 32 sanitates perficio hodie et -s et tertia die consummor (σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ). Matth. 6, 30 faenum agri, quod hodie est et -s in clibanum mittitur. AVG. civ. 13, 10 nemo quippe est, qui non *morti* post annum sit, quam ante annum fuit, et -s quam hodie, et hodie quam heri et paulo post quam nunc et nunc quam paulo ante propinquior. 19, 5 si hodie nosse possemus, qualia -s futura essent. bapt. 4, 3, 4. catech. rud. 27, 55 nescis quid -s futurus sit, qui hodie malus est. MART. CAP. 4, 365 nec ipse unus homo magis -s erit homo quam hodie fuit. 4, 373. CORP. VIII 8424 bene laves oze (*i.* hodie), ades -s gratis. *cf. p. 1100, 63 sqq.* -s *et* perendie: PLAVT. Aul 156 quae -s veniat, perendie foras feratur. Merc. 375 -s agito, perendie agito. CIC. Att. 12, 44, 3 scies igitur fortasse -s, summum perendie. TAB. devot. Audollent 295, 23 ne currere possint *equi* -s et perendie. -s *et* nunc: PLAVT. Merc. 770 -s petito, dabitur, nunc abi. 949. Stich. 515 nunc ... nil desidero: -s apud me eritis. HOR. sat. 2, 3, 232 vel nunc pete vel -s. carm. 1, 7, 32 nunc vino pellite curas, -s ingens iterabimus aequor. OV. fast. 6, 787 zona latet tua nunc et -s fortasse latebit. *cf.* AVG. conf. 8, 12, 28 usquequo deus? quamdiu -s et -s? quare non modo, quare non hac hora finis turpitudinis meae? -s *et* mox: PLAVT. Merc. 781 haec vasa aut mox aut -s iubebo abs te peti. -s *et* hodie *et* heri: IVV. 3, 23 res hodie minor est, here quam fuit, atque eadem -s deteret exiguis aliquid. AVG. serm. 123, 1 nec heri nec hodie nec -s. ord. 2, 19, 50 mundus iste nec heri habuit, nec -s habebit, quod habet hodie. *loci selecti*: PLAVT. Amph. prol. 156 inde -s quasi e promptaria cella depromar ad flagrum. Asin. 915 poste demum huc -s adducam ad lenam (Cas. 487 hinc tu ante lucem rus -s duces postea. Cist. 525 poste autem cum primo luci -s nisi ambo occidero ...). Cas. 786 ego -s hic ero. -s habuero ... convivium. Curc. 526 dabuntur, -s peti iubeto. Most. 68 ervom tibi aliquis -s faxo ad villam afferat. 654 petito -s. :: abeo: sat habeo, si -s fero. 1178 quasi non -s iam commeream aliam noxiam. Persa 447 supplicatum -s eat. Poen. 800. Pseud. 82 ille abducturus est mulierem -s *al.* TER. Ad. 840 ego rus -s cum filio cum primo luci ibo hinc (*cf.* PLAVT. Cas. 487 Cist. 525 *l. 15.* IVV. 2, 132 officium -s primo sole mihi peragendum). Phorm. 531 -s mane argentum mihi miles dare se dixit (CIC. Att. 13, 30, 2. 13, 40, 2 τὰ ὅλα, -s si perspici potuerint, mane statim ut sciam. 14, 11, 2 -s mane vadit. HOR. sat. 1, 6, 119 quod -s surgendum sit mane. FRONTO p. 80, 7 N. -s tamen mane domum ad te veniam. *v.* POMP. gramm. V 136, 3). VARRO frg. Non. p. 144 -s ... veneris meridie (CIC. Att. 13, 47, 1 itaque hodie Antii, -s ante meridiem domi). CIC. Att. 8, 1, 1 -s igitur mittam (10, 10, 3 -s igitur ad me fortasse veniet. 10, 13, 2 -s igitur nos mature videbit. 12, 29, 1. 12, 34, 1. 12, 44, 3. 13, 2, 3 -s igitur auctio Peducaei. 13, 41, 2. VVLG. III reg. 20, 6 -s igitur hac eadem hora mittam servos). VERG. ecl. 3, 71 aurea mala decem misi, -s altera mittam. HOR. carm. 3, 29, 43 ille potens sui laetusque deget, cui licet in diem dixisse 'vixi': -s vel atra nube polum pater occupato. epist. 1, 5, 9 -s nato Caesare festus dat veniam somnumque dies. OV. am. 1, 4, 70 sed quaecumque tamen noctem fortuna sequetur, -s mihi constanti voce dedisse nega. rem. 104 -s quoque fiet idem? (VVLG. Esth. 5, 12 apud quam etiam -s cum rege pransurus sum [καὶ εἰς τὴν αὔριον]). met. 15, 216 nec, quod fuimusve sumusve, -s erimus. fast. 6, 797 tempus Iuleis -s est natale Kalendis. CARM. epigr. 949, 2 (*Pompeis*) cur gaudia differs spemque foves et -s usque redire iubes? SVET. Dom. 11 (*dictum Domitiani*) vis ... hunc nequissimum servum -s audiamus? PERVIG. Ven. 1 -s amet qui numquam amavit quique amavit, -s amet (*versus intercalaris*). GALLICAN. Avid. 9, 11 ipsa in Albanum -s, ut iubes, mox veniam. AVSON. 4, 4. VVLG. IV reg. 10, 6 venite ad me hac eadem hora -s (ὡς ἡ ὥρα αὔριον). *nota*: MART. 2, 37, 11 -s te, Caeciliane, non vocavi (*i. q.* in -s). SYMM. epist. 3, 13, 1 in -s es mihi attrahendus. AMBROSIAST. in Gal. 4, 10 hodie veris initium est ... post -s Vulcanalia sunt. *verbum omissum*: PLAVT. Merc. 949 -s apud te, nunc domi. CIC. Tusc. 2, 67 -s ergo ad clepsydram. Att. 9, 1, 3 Lepidus ... -s cogitabat (*sc. eos venturos esse*). 12, 36, 2 tu ad villam fortasse -s. 13, 2, 3 -s igitur auctio Peducaei. 13, 28, 1 hortos quoniam hodie eras inspecturus, quid visum tibi sit, -s scilicet. 13, 29, 3 -s aut te aut causam. 13, 30, 2 -s mane putat. 13, 41, 2 -s igitur, nisi quid a te commeat vesperi. 13, 47ᵇ, 1. 13, 51, 2 Quintus -s, sed ad me, an ad te nescio. 14, 2, 4 in Tusculanum hodie, Lanuvii -s, inde Asturae cogitabam. 16, 1, 3 ad te -s. epist. 9, 23 here veni in Cumanum, -s ad te fortasse. epist. frg. VIII 12 -s inquit tabellarii. VVLG. exod. 8, 10 qui respondit: -s (εἰς αὔριον). *in proverbiis*: ATTA com. 9 -s est communis dies (*cf.* MACR. sat. 1, 16, 3). VARRO Men. *tit.* -s credo, hodie nihil. HOR. carm. 1, 9, 13 quid sit futurum -s, fuge quaerere. TIB. 2, 6, 19 sed credula vitam Spes fovet et fore -s semper ait melius (MART. 9, 87, 6 -s melius, Luperce, fiet). PS. SEN. mon. 59 hodie crudelis es, cum -s misericors esse non possis. PETRON. 45 quod hodie non est, -s erit. VVLG. Sirach 20, 16 hodie faeneratur quis, et -s expetit (σήμερον δανειεῖ καὶ αὔριον ἀπαιτήσει). AVG. serm. ed. Mai 61, 4 respondes -s, o vox corvina! ... iam senuit et dicit -s, -s. serm. 82, 14 -s, -s corvi vox. 224, 4 -s inquis, ecce quoties dicis -s, -s, factus es corvus. *cf.* CASSIOD. hist. 5, 27 *p. 1099, 15 et* AVG. in psalm. 102, 16. *pro substantivo*: PRISC. gramm. II 552, 9 adverbium loco nominis ut mane novum et sponte sua et euge tuum et ... -s alterum. POMP. gramm. V 136, 3 adverbia ponis pro nominibus ... si dicas -s mane ... item quo modo dicit Persius, 'aliud -s'. aliud -s si habet genus, sine dubio nomen est. ATTA com. 9. *cf. l. 50. 62.* PERS. 5, 66 '-s hoc fiet'; idem -s fiet. ... iam -s hesternum consumpsimus, ecce aliud -s egerit hos annos. MART. 5, 58, 1 -s te victurum, -s dicis, Postume, semper. dic mihi, -s istud, Postume, quando venit? quam longe -s istud, ubi est? aut unde petendum? *et saepius ibid.* VVLG. Tob. 8, 4 deprecemur ... hodie et -s et secundum -s. PRVD. psych. 617 nonne vides, ut nulla avium -s cogitet. AVG. serm. 61, 2 transibit hodie, transit et -s et aliud -s addes ad crastinum et alterum crastinum. 22, 5, 5 ab hodierno die

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

te muta, -s te alterum inveniet. PROSP. epigr. 76, 6 cur dubium expectat -s hodierna salus. PS. PROSP. carm. de prov. 804 una dies *ante oculos domini*, cui semper adest -s atque here nostrum.

2 *latiore sensu i. q. tempore futuro*: ITALA (Aug. loc. hept. 5, 20) *et* VVLG. deut. 6, 20 et erit, cum interrogaverit te filius tuus, -s dicens. *cf.* AVG. *l. c.* -s posuit pro futuro quocumque tempore. *v. etiam in proverb. p. 1100, 62 sqq.*

deriv.: crastinus. crastinare. *Lambertz.*

crāsis, -is *f.*, κρᾶσις. *apud grammaticos*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 67, 5 quam *speciem* Graeci dicunt -in, id est cum unius litterae vocalis in duas syllabas fit communio. *apud medicos*: CASS. FEL. 39 p. 87, 10 temperantiam corporis quam Graeci -in appellant. *de potione*: GLOSS. III 555, 71 (*cf.* III 255, 30) crassin i. pozionis. *L.*

crassāmen, -inis *n.* [*a* crassari, *cf.* crassamentum. *Th.*]. VIRG. gramm. epit. 5 p. 39, 13 multa nomina neutra duas declinationes habent ut ... -n crassamentum et cetera, quae in n declinantur. *fere i. q. crassa faex*: COLVM. 12, 25, 2 in requieta aqua -n aliquod in imo reperitur. 12, 42, 2 donec -n in modum faecis existat. CHIRON 489 -a palearum aut ervi aut ordei infunde. 859 -n nardi. NOT. Tir. 71, 60.

crassāmentum, -ī *n.* [*a* crassari, *cf.* crassamen. *Th.*]. VIRG. gramm. epit. 5 p. 39, 13 *v. l. 15.* *i. q. crassitudo*: *de faece*: COLVM. 12, 12, 1 aliquod -um in imo (*aquae*) simile faeci reperitur. 12, 48, 3 -um vini faeculenti. *generatim*: GELL. 17, 9, 7 surculi duo erant teretes, oblonguli, pari -o eiusdemque longitudinis.

crassantus, -ī *m.* [*mutatum esse e vocabulo gr.* *χρύσανθος *putat Keller, Lat. Volksetymologie 303*, χρυσάνθεμον *conferens plantae nomen, quae etiam* βατράχιον *dicitur. Th.*]. ANTH. 390, 17 auratam -us (craxantus *P*, crassantos *G*) amet, saxatilis anguem.

crassātio, -ōnis *f. a* crassare. PELAGON. 262 *medicamen* ad nervorum -em (*Hipp.* παχύτητα).

crassātor *v. sub* grassator. **crassē** *v.* crassus.

crassēdo, -inis *f.* [*a* crassus, *cf.* pinguedo. *Th.*]. *i. q. crassitudo*: *transl.*: FVLG. Virg. cont. p. 86, 14 adipata grassedo (cr- ω) ingenii. *proprie*: ISID. orig. 19, 27, 5 -o serici.

***crassēsco**, -uī (*v. l. 48*), -ere [*a* crassus. *Th.*]. *vox praeter* PLIN. nat. (*15 ies*) *raro legitur.* *i. q. crassum fieri, pinguescere*: **a** *proprie*: SEN. nat. 3, 9, 3 haec quoque quicquid efflavit ... -it protinus et in humorem convertitur. COLVM. 8, 9, 2 quia tritico vel aliis frumentis minus -ant *turtures*. PLIN. nat. 2, 114 *flatus gigni* posse et aquis aera expirantibus, qui neque in nebulam densetur nec -at in nubes (*cf.* 9, 151 nubem quandam -ere super capita). 9, 109 -unt etiam in senecta *margaritae*. 11, 32 *mel* -it. 11, 231 quadripedibus senectute -unt *pili* (*cf.* CAEL. AVR. acut. 1, 15, 117 capilli post tonsuram -unt). 13, 110 purgamentis eius (*loti radicis*) sues -unt. 17, 234 -ens *suber*. 19, 104 satis capita -unt. 23, 40 vinum ... vetustate -it *al.* OROS. comm. 3 de corpore vero domini sic tradiderunt quia ... usque ad palpabilitatem carnis assumptionis specie crassuisse. VINDIC. med. 6 cur fervore nostro -it *semen*? CAEL. AVR. acut. 1, 15, 152 cum caseus ex lacte -at. 2, 3, 17 respiratio -it. CASS. FEL. 8 p. 15 addes iterum ex ipso suco modicum, ut bene -at. *nota transitivum usum*: CASS. FEL. 48 p. 124 hoc adiutorii genus reuma -it. **b** *translate et in imagine*: RVFIN. Orig. in psalm. 38 hom. 2, 8 quod ... -at et, ut ita dicam, carnea efficiatur anima peccatoris, indicatur ex eo quod *eqs.* PS. AVG. serm. 128, 2 incorporeus carne vestitur, sermo -it. PETR. CHRYS. serm. 87 p. 444B subito ipso fidei splendore magis perfidiae -it caligo. GREG. M. hom. Ezech. 1, 11, 28 propter exteriores causas proximorum, ut ita dicam, subito in cogitatione -ere.

compos.: incrassesco.

crassificātio, -ōnis *f. a* crassificare. CAEL. AVR. acut. 1, 14, 115 somnum ... fieri spiritus sensibilis -e. chron. 5, 3, 56 in vini transiens qualitatem viscosae -is causa.

crassifico, -āvī, -ātum, -āre *a* crassus *et* facere. *i. q. crassum reddere*: CAEL. AVR. acut. 1, 15, 119 detracta ... materie ... -ari contingit *sanguinem*. chron. 2, 13, 180 si celeriter aegros -ari videmus. 2, 14, 208 quae cum fuerint coctione -ata (4, 3, 68 mala cydonia ... siccata atque -ata). 4, 3, 55 fluores -ando cohibet *lac.* 5, 2, 39 vacatio -at corpora. 5, 11, 140 (*opp.* tenuo). CASS. FEL. 46 p. 119 sorbile, quod humorem acrem ... valeat obdulcare et -are et lenire.

crassis *v.* crasis.

crassitās, -ātis *f. a* crassus. *i. q. crassitudo*: APVL. mund. 17 aeris noxii -e densa. *cf.* CASSIOD. in psalm. 88, 10 in hanc aeris -em. var. 12, 25, 5 aer ... in assumpta -e perdurans. PHYSIOGN. 48 os ... rotundum cum -e labiorum (χείλη ... παχέα). RVRIC. epist. 1, 3 acies sensuum ignorantiae nubilo quasi -e scabrosae rubiginis obsessa.

crassitiēs, -ēī *f. a* crassus. *i. q. crassitudo*: APVL. met. 7, 5 inter quos (*centunculos*) pectus et venter crustata -e reluctabant. CAEL. AVR. chron. 5, 10, 123 ob -em liquidorum *eqs.* ORIBAS. syn. 5, 43 in tenuetate et crossicie (παχύτης) medius.

***crassitūdo**, -inis *f. a* crassus. GRAMM. suppl. 111, 10 omnia nomina in 'tudo' desinentia derivativa sunt et femina et tertiae declinationis u paenultimam longam habentia genetivo secundae declinationis adiecta tudo, ut rectus recti rectitudo, sic ... -o ... i antepaenultima correpta. GLOSS. πάχος, παχύτης. *vocem inde a* PLAVTO *usurpatam frequentant* VITR. CELS. COLVM. PLIN. nat.; *perraro occurrit verbi plur.* (*ex. gr.* VITR. 1, 2, 4. 3, 4, 4 *al.* PLIN. nat. 32, 98 ITALA num. 24, 8 *v. l. 40*). *saepius in codd. scribitur* grassitudo.

1 *proprie*: **a** *de rebus solidis* (*iuncturas, quae cum exemplis sub* altitudo *allatis plerumque congruunt, v. I p. 1765, 6 sqq.*): PLAVT. Most. 819 specta postes ... quanta -e *sint*. CAES. civ. 2, 8, 2 parietum -o pedes V (VITR. 1, 5, 1. 3 parietes murali -e. 2, 8, 6 perpetua parietum -e *al.*). LIV. 44, 11, 5 *fornices* non ad eandem -em, qua veterem murum ... structos esse (VITR. 1, 5, 3). VITR. 1, 2, 4 e columnarum -bus (*sim. passim*). 2, 1, 4 propter -em materiae. 2, 8, 6 cum omnia coria aequa -e fuerint. 2, 8, 7 in -em instruentes (*cf.* COLVM. 2, 2, 10 informabitur in eam -em. PLIN. nat. 13, 58 cum in -em adolevere *rami*. SOL. 30, 30 quod *cinnamum* in -em extuberatur). VITR. 2, 9, 3 arboris. 3, 3, 11 adaugendae sunt -es scaporum. 3, 4, 4 -es ... graduum ita finiendas censeo. 3, 5, 5 abaci (4, 1, 12 dempta abaci -e). 3, 5, 7 capituli autem -o sic est facienda, ut. 4, 6, 2 supercilii. 6, 8, 6 structurae. 7, 3, 9 quae (*specula*) autem ... sunt -e spissa. 8, 6, 15 solum calcetur ad -em, quae constituta fuerit (10, 15, 1 ad eam -em inducatur). CELS. 7, 26, 2 ferramentum ... -is modicae. SEN. benef. 3, 29, 5 aspice ... -em spatiumque ramorum. epist. 64, 8 hoc *medicamento* palpebrarum -o tenuatur. COLVM. 4, 6, 4 cacumina ... ut potius -e convalescant. 4, 17, 1 aequalis -o totius iugi. 4, 29, 17 si ... mediocris est -o trunci. 8, 5, 14 propter -em putaminum. 11, 3, 46 ut ... stilus ... plenioris -is fiat (PLIN. nat. 25, 96). PLIN. nat. 8, 103 gelus. 11, 227 hippopotami corio -o talis, ut. 19, 78 corticis. 19, 114 porri -em capite efficit. 19, 141 *foliorum* (*cf.* AMBR. hex. 3, 14, 61 in ficulneae folio -o validior *eqs.*). 32, 60 -e potius spectanda *ostrea* quam latitudine. 32, 98 ad genarum -es. 36, 65 *obeliscum* posuit ... prodigiosa -e. 37, 63 visum admittentes *smaragdi* ad -em sui facilitate tralucida. 37, 79 castrata (*Jan, codd. aliter*) perspicuitati -e *beryllorum*. APVL. apol. 61 ex tabellis compacta -e Merculum expediri. Plat. 1, 16 ne -e *viscerum* sensus hebetentur. LACT. inst. 3, 3, 4 terrae -o (VVLG. psalm. 140, 7. CLAVD. MAM. anim. p. 72, 14 est illi [*arbori*] terra in -e *al.*). opif. 5, 4 corporis (MAR. VICTORIN. rhet. 1, 2 p. 160, 16). ITIN. Alex. 54 terebrata -e auri. VEG. mil. 4, 22 onager ... pro nervorum -e et magnitudine saxorum pondera iaculatur. MACR. sat. 7, 5, 14 cibi. ANON. med. ed. Piechotta 157 linguae -em extenuat. MART. CAP. 7, 754 *numerorum*. *nota*: *i. q. pinguedo*: CATO agr. 35, 2 locus restibilis -e (*i. fertilitate. cf.* METROL. p. 136, 1 iuxta -em terrarum). *i. q. os*: ITALA num. 24, 8 (Cypr. testim. 2, 10 Rufin. Orig. in num. 17, 16) -es eorum emedullabit (πάχη, VVLG. ossa). *additur mensura, plerumque genetivo* (*cf. infra l. 65 sqq.*): CAES. Gall. 3, 13, 4 transtra ... confixa clavis ferreis digiti pollicis -e (LIV. 42, 65, 9 VITR. 7, 1, 3 *al.* CELS. 8, 15. COLVM. 5, 11, 3 -e digiti minimi. PLIN. nat. 9, 80 *al. cf.* PLIN. nat. 13, 128 pollicari -e. 20, 13 digitali -e). CAES. Gall. 7, 73, 6 stipites feminis -e (*cf.* CVRT. 5, 1, 33 ut stipites earum VIII cubitorum spatium -e aequent). civ. 2, 8, 2 *v. l. 6.* 2, 15, 1 aggerem ... ex ... muris senum pedum -e (grossitudine *O*) facere. VITR. 2, 8, 17 maiores -es quam sesquipedales (PLIN. nat. 9, 11 *al. cf.* VITR. 7, 4, 5 materies -e semipedali. PLIN. nat. 16, 200. bipedali -e. 17, 47 pedali. 18, 301 tripedali). 4, 3, 4 -o columnarum erit duorum modulorum *eqs.* 10, 10, 2 tabulae ... fiant -e unius foraminis. 10, 10, 4 *sqq. sim. saepissime.* PAVL. FEST. p. 116 ad bracchii -em (SEN. nat. 1, 16, 2. COLVM. 5, 9, 10. arb. 20, 3 bracchii humani -e *al. cf.* PLIN. nat. 13, 71 brachiali radicis obliquae -e *al.*). COLVM. 4, 30, 4 perticae cacuminum ..., quae tamen dipondiarii orbiculi -em non excedat. 5, 9, 2 manubrii -e. PLIN. nat. 13, 93 -e quadrantali *eqs.* 15, 68 -e cubitali. 16, 125 aequali per totam duum cubitorum -e (17, 143 *al.* CVRT. 5, 1, 33 *v. l. 46*). 16, 133 Antandri platanus ... -e quattuor ulnarum (16, 202). 16, 203 -is vero ad trium hominum complexum. *cf.* 19, 63 *arbor* -is quam circumplecti nemo possit. 19, 96 aron ... caule recto ... baculi -e *al.*

b *de rebus variantibus, liquidis sim.*: CATO agr. 39, 2 uti -o fiat quasi emplastrum (*cf.* CELS. 5, 26, 36 emplastri -o). VARRO rust. 2, 7, 8 ad mellis -em (CELS. 5, 25, 17 *al. et passim apud medicos. cf.* PLIN. nat. 23, 136 ad -em mellis rediguntur. 24, 118 cogitur in -em mellis. 28, 214 fel ... ad -em mellis subactum. *cf.* PLIN. nat. 25, 118 probatur -e mellea). CIC. ac. 2, 116 *esse* extremitatem et quasi libramentum, in quo nulla omnino -o est. div. 1, 93 propter aëris -em (*cf.* VITR. 6, 1, 9 septentrionales autem gentes infusae -e caeli. SEN. nat. 7, 14, 1 *sq.* APVL. mund. 9 *aeris* -o aquarum fetu gravidatur. CAEL. AVR. acut. 1, 15, 121 -e ac frigore constringens aer). VITR. 3, 3, 13 haec ... adiciuntur -bus temperaturae. CELS. 5, 18, 3 cerati; *passim* (*cf.* PLIN. nat. 27, 71 -o cerae). 5, 18, 19 malagmatis. 5, 22, 4 strigmenti. 5, 25, 3 sordium. 6, 7, 2 passi. 6, 18, 2 visci. 7, 7, 4 si ... ei (πτερυγίῳ) -o quoque accessit. PLIN. nat. 29, 115 murini catuli triti ... ad -em acopi. *sim. passim.* FIRM. math. 1 prooem. 4 *amnis Palicus* semper -e lurida sordidus. OROS. hist. 1, 10, 12 tenebras ... -e palpabiles. CAEL. AVR. acut. 5, 3, 57 urina aquata in -em veniens. *cf.* chron. 2, 14, 205 donec ad suam veniat -em *al.* CASSIOD. in psalm. 74, 9 faeces dicuntur reliquiae vini considentes in densissimam -em. BOETH. arithm. 2, 4 p. 90, 3 nec ulla -e solidatur *superficies*. 2, 25 p. 114, 14 *cuneorum* -i profunditatis augetur. mus. 1, 11 longitudinem -emque chordarum ut examinaret.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ISID. nat. 11, 1 terra . . . cum aquae -e . . . colligatur. *fere i. q. caro crassa*: VVLG. Iob 15, 27 operuit faciem eius -o (ἐκάλυψε . . . ἐν στέατι αὐτοῦ). Is. 55, 2 delectabitur in -e (ἐντρυφήσει ἐν ἀγαθοῖς) anima vestra. RVFIN. Orig. in lev. 5, 4 nisi . . . ablata fuerit -o illa, quae tegit interiora tua. PLIN. VAL. 1, 22 ad caligines . . . vel ut -o abstergatur. SIDON. epist. 3, 13, 9 taceo lumborum corpulentiam cluniumque, cui -i comparata censetur alvus exilis. *cf.* FAVST. REI. spir. 2, 1 p. 132, 14 -i . . . exterioris hominis comparata anima incorporea dici potest.

2 *in imagine et translate*: SERM. Migne 13, 643A -e vitiorum fatigati (*cf.* CASSIOD. in psalm. 39, 2 ut exprimeret delictorum -em corpulentam. ORIG. in Matth. 15, 20 -em malorum . . . subtiliare). HIER. in Matth. 13, 15 p. 89 -em cordis et gravitatem aurium naturae esse, non voluntatis. RVFIN. Orig. in iud. 6, 3 ille . . . est *spiritus puri*, qui . . . nihil -is in spiritu gerit. ENNOD. opusc. 3, 190 p. 380, 10 nullum humanae mentis -e hebetatum tangebat. 9, 1 p. 416, 3 cum ceteris animalibus hebetata caligantium -o sit sensuum.

crassivĕnius, -a, -um *a* crassus *et* vena. PLIN. nat. 16, 66 e viliore genere -um (*sc.* acer) vocatur.

παχύνους **crassīvus** GLOSS. II 400, 9 (grassibus). *fortasse huc pertinet* GLOSS. II 581, 45 grasippus *sensu* gravatus.

crasso, -āvī, -ātum, -āre [*a* crassus. *Th.*]. *praeter* GLOSS. II 400, 10 παχύνω -o (grasso *cod.*) *et l. 43 ubique passivae formae leguntur.* *frequenter in codd. scribitur* gr-, *cf.* AGROEC. gramm. VII 124, 1 -ari corporis est et saginae, grassari animi et crudelitatis (*cf.* BEDA gramm. VII 269, 22 DIFF. ed. Beck p. 61, 15).

i. q. crassiorem facere, condensare (*syn. v. l. 32*): APVL. met. 3, 24 plane pili mei -antur in saetas. AMM. 19, 4, 6 terrarum halitu densiore -atum aera (20, 3, 5. 23, 5, 12. AVG. gen. ad litt. 3, 6, 8 p. 68, 20 *aer* ad sustinendas aves quodammodo -atur; *v. etiam l. 33.* EVSTATH. Bas. hex. 6, 4 p. 925A *aer* augmentis aquarum magis magisque -atus. *cf.* AMM. 19, 4, 8 disiecto concreto spiritu et -ato. AVG. gen. ad litt. 3, 4, 6 p. 66, 15 exhalationibus humidis, quibus -atur hoc spatium, in quo aves volitant; *v. etiam l. 30*). MAX. TAVR. serm. 18 mens . . . cum nulla crapula, nulla cibi ac potus satietate -atur. hom. 104 p. 493D quantos membrorum sanitate pollentes *videmus*, qui . . . pecudum sanguine -antur. PETR. CHRYS. serm. 84 p. 436C *divinitas* post resurrectionem corporis nostri -ata mysterio. SIDON. carm. 5, 406 -atur vertile tergum flatibus. BOETH. arithm. 1, 19 p. 41, 11 numerus perfectus nec -atur abundantia nec eget inopia. 2, 25 p. 112, 7 cybus pari laterum demensione -bitur (2, 54 p. 169, 18 cybum trina demensione -atum). *nota intrans. i. q. crassescere*: ZENO 1, 2, 3 apostoli multos . . . scabrosisque -antium ulcerum spoliavere verticibus.

crassundia, -ōrum *n.* [*a* crassus *ductum esse videtur. Th.*]. VARRO ling. 5, 111 quod fartum intestinum ⟨e⟩ (*add. O. Müller*) -is, Lucanam dicunt, quod milites a Lucanis didicerint, ut quod Faleriis, Faliscum ventrem.

∗**crassus**, -a, -um [*orig. inc.; sunt qui conferant c. slavon.* črstŭ, črstrŭ '*solidus*' *ind.* kṛtsnaḥ '*totus, omnis*' *et c.* cratis. *v. Fick, Zeitschr. f. vergl. Sprachf. 19, 254; Brugmann, Die Ausdrücke f. d. Begriff der Totalität 56. Th.*]. ISID. orig. 10, 58 -us a sagina corporis, a creando carnes. *vox persaepe in codd. cum* grassus (*at cf.* ISID. diff. 1, 113 *sq.*) grossus *confusa, legitur inde ab* ENNIO *et* PLAVTO. [*dub.* PLIN. nat. praef. 24, *ubi* grossiores *codd.*, crass- *vulg.*, graviores *Mayh.*] [*val.* gras, *it.* grasso, *francog.* gras, *hisp.* graso. *M.-L.*]

I *proprie* *i. q. crassitudinem habens* (GLOSS. παχύς); *opp.* tenuis: A *generatim*: 1 *de rebus solidis*: PLAVT. Capt. 722 ubi ponderosas -as capiat compedes (734 *al.*). *cf.* Persa 815 restim tu tibi cape -am. Rud. 833 quid est, quod caveam? :: em, a -o (craeso *codd.*) infortunio. frg. inc. 5 tibi . . . -us corius redditust (APVL. met. 6, 26). LVCIL. 72 si natibus natricem impressit -am et capitatam (*cf.* PRIAP. 80, 1 mentula -a). CATO agr. 61, 1 *radices* -iores fient (*cf.* PLIN. nat. 12, 42 frutex est gravi et -a radice *eqs.*). 110 testam de tegula -am puram calfacito. VARRO rust. 1, 9, 5 stramenta. 1, 20, 1 coxendicibus. 2, 5, 8 cervicibus -is ac longis (SEN. contr. 3 praef. 16). 2, 9, 4 cauda. VITR. 4, 4, 3 columnae aequae -ae. 5, 1, 3 in arboribus teretibus, abiete cupresso, pinu, e quibus nulla non -ior est ab radicibus. 6, 8, 1 fundationes. 7, 11, 1 limis -is. VERG. georg. 2, 236 glaebas cunctantes -aque terga expecta. OV. epist. 9, 77 -aque . . . fila (*cf. p. 1105, 66.* HOR. sat. 1, 3, 15 toga. FEST. p. 301 lana [PROB. Verg. georg. 3, 391]. MART. 8, 58, 1 lacernae. IVV. 9, 29 pingues lacernas . . . duri -isque coloris. POTAM. tract. 2 p. 1416A per . . . -um tegminis velamentum. HIER. epist. 22, 34 vestis). PAVL. FEST. p. 99 funis. CELS. 3, 25 summa cutis inaequaliter -a *al.* (*cf.* PLIN. nat. 11, 226 *syn.* callosus. 11, 229 *al.* APVL. met. 11, 13). 8, 1 os. SEN. nat. 4, 11, 5 quomodo est pilus pilo -ior (*cf.* PLIN. nat. 8, 191 hirtae *lanae* pilo -o. 16, 158 -iore paniculae coma. PHYSIOGN. 5 capillus. ORIBAS. syn. 5, 46). COLVM. 4, 24, 21 in retuso et -o ferramento. 5, 10, 21 *arundo* (*cf.* 12, 56, 2 vimen. 18, 64 calamus). 7, 6, 2 cruribus -is. 8, 14, 9 faenum. 12, 44, 8 -a variaque . . . acina. SCRIB. LARG. 205 *linteolum* (PLIN. nat. 28, 146 lino -o. IVV. 3, 150). LVCAN. 18, 113 aurum (DRAC. laud. dei 3, 62. *cf.* STAT. Theb. 1, 144 nondum -o laquearia fulva metallo montibus . . . nitebant. SIDON. carm. 5, 22). PLIN. nat. 9, 77 anguillis -ius *tergus*. 11, 244 pollex. 12, 102 *cortex* (*cf.* 15, 88 *putamen*. 13, 40 vestitum *folium* . . . tunicis . . . -ioribus tenuioribus. 18, 304 *triticum* furfure -o vestitur). 16, 71 buxus . . . -issima in Corsica. 16, 165 *lignum*. 28, 146 lino -o. 29, 132 *aranei* -issimum textum. 33, 61 *bratteae* -issimae . . . Praenestinae vocantur. 37, 106 -iores sunt Arabicae *gemmae*. MART. 4, 46, 14 -o figuli polita caelo septenaria synthesis Sagunti. 5, 78, 25 nec -um dominus leget volumen (*cf. l. 26*). PORPH. Hor. epod. 8, 9—10 pedes. COMM. instr. 1, 34, 2 in campis -is satiari coliclis. SOL. 19, 13 cornua. LACT. opif. 5, 8 nodis -ioribus. CASSIOD. in psalm. 62, 6 adipes . . . viscerum -a velamina. *additur mensura*: CATO agr. 18, 1 arbores -as p. II *eqs.* (*cf.* 28, 2 arbores -iores digitis V). 18, 9 orbem olearium . . . -um digitos VI facito. 22, 3 si orbes in veteres trapetos parabis, medios -os p. I digitos III. 40, 4 luto . . . stirpem (*salicis graeci*) oblinito digitos -um tres. 49, 1 bracchium -am *vineam transferre*. 123 de iunipero materiem semipedem -am concidito minutim. LEX par. fac. Put. (Corp. X 1781) 1, 13 antas duas . . . -as p. I *et al.* VITR. 3, 3, 11 angulares columnae -iores faciendae sunt ex sua diametro quinquagesima parte. 3, 4, 1 parietes . . . dimidio -iores quam columnae. 3, 5, 7 axes volutarum ne -iores sint quam oculi magnitudo. 5, 1, 6 columnae . . . habentes post se parastaticas . . . -as IS *eqs.* 7, 1, 6 pistum . . . ne minus pede sit -um. 8, 6, 8 tubuli -o corio ne minus duorum digitorum fiant; *sim. passim.* COLVM. 5, 10, 6 semina lege -a non minus quam manubrium bidentis. 12, 7, 4 caules . . . pollice -iores. PLIN. nat. 16, 22 quercus . . . -ior caudice. 36, 187 nucleo -o VI digitos. MART. 2, 6, 10 nullo -ior *liber* ut sit umbilico (*opp.* macer). ITIN. Alex. 54 tituli . . . -i per quadrum cubitis binis. 2 *de rebus non solidis, aquis* (*v. l. 69 sqq., ubi saepius i. q. luteus*) *liquidis, sim.* (*syn. et saepius iuxta posita* concretus, spissus): ENN. trag. 331 pulvis (SIL. 4, 413 STAT. Theb. 3, 210 *al.* *cf.* AMM. 16, 12, 37 -i pulveris nubes). TRAG. inc. 75 caligo (*v. III p. 161, 26 sqq.*). CIC. ac. 2, 81 aer (*v. I p. 1050, 18 sqq.*). 2, 122 tenebrae (DRAC. laud. dei 2, 491). nat. deor. 2, 17 in terra h. e. in -issima regione mundi (*cf.* LVCR. 6, 857 sup[t]er tam -o corpore terram percoquere umorem. AVG. civ. 15, 27 omnium elementorum -issimam terram). 2, 42 qui utantur -o caelo atque concreto (*v. III p. 92, 77*). LVCR. 6, 246 e -is (classis *codd.*) . . . nubibus (SEN. nat. 1, 3, 1 *al.* AMM. 20, 11, 29 SVLP. SEV. chron. 1, 17, 5. *cf.* PLIN. nat. 2, 135 densatus aer nubium -iore corio spissatur. APVL. mund. 10 in -am nubium speciem. AMM. 25, 10, 3. DRAC. laud. dei 2, 219 te nubila -a coruscant). BELL. Hisp. 6, 4 ut . . . nebula esset -issima (*cf.* APVL. met. 6, 21 -aque soporis nebula. mund. 8 nebularum agmina halitu amnium . . . -iora). VERG. georg. 2, 309 *ignis* ruit atram ad caelum picea -us caligine nubem (SEN. nat. 1, 15, 5). MANIL. 1, 756 -o lumine candet. SEN. nat. 1, 2, 4 formae -is demum spissisque corporibus imprimi solent. epist. 21, 2 *umbra* (90, 17 PLIN. nat. 17, 90). PLIN. nat. 36, 53 arena. SIL. 6, 147 -usque per auras halitus erumpens (*cf.* APVL. mund. 8 exhalatio . . . aëre -ior). STAT. Theb. 6, 471 -um rapit . . . vaporem. PANEG. 10, 14 quod -am et caligantem aciem simplex illa et inconcreta substantia natura tenuis eludat. HIL. in psalm. 67, 3 fumus . . . globosus et -us. PAVL. NOL. carm. 17, 39 tumefacta -o corpora vento. MAR. MERC. Theod. refut. 13 ex diversis . . . substantiis . . . -a et subtili. *de voce*: CENS. 14, 7 vocem -iorem et inaequabilem fieri, quod . . . antiqui nostri irquitallire *vocant*. MACR. sat. 7, 10, 13 ἀρτηρίαν . . . efficiens -iorem angustat vocis meatum. CHAR. gramm. I 15, 16 natura c litterae, quod -um quodammodo et quasi geminum sonum reddat (*sic aut sim. passim apud gramm.*). EXPLAN. in Don. gramm. IV 532, 2 (*ex Varrone*) -ior exit in aera *vox tibiae*. PLAVT. Persa 95 nisi cremore -ost ius collyricum (CATO agr. 86). CATO agr. 92 granarium totum oblinito -o luto (COLVM. 12, 46, 6). 95 dum fiat tam -um quam mel (*cf.* SCRIB. LARG. 253 dum mellis -i habeat spissitudinem. 259. PLIN. nat. 15, 32 *elaeomeli* -ius melle). *ibid.* tam -um quam viscum. or. frg. 2, 33 gelum -um excidunt (*cf.* EVGIPP. Sev. 3, 3 *rates* -a Aeni fluminis glacie fuerant colligatae). LVCR. 4, 1244 *eqs. de semine hominis.* VERG. Aen. 5, 469 -umque cruorem ore eiectantem (10, 348. GLOSS. V 186, 12 sanguinem spissum). HOR. ars 375 -um unguentum (PERS. 6, 40 faenisecae -o vitiarunt unguine pultes. PLIN. nat. 13, 15 unguentorum hoc -issimum *eqs.* *cf.* PERS. 3, 104 -isque lutatus amomis. MART. 8, 33, 17 -ior in facie . . . stat creta). OV. am. 3, 6, 8 -as . . . volvis aquas (SEN. nat. 1, 3, 8. 6, 27, 3. MART. 11, 21, 4 vetus a -a calceus udus aqua. 12, 26, 10 *v. p. 1105, 10.* PANEG. 10, 32 VVLG. II Macc. 1, 20 [παχύ] EVSTATH. Bas. hex. 8, 1 p. 945C. *cf.* COLVM. 12, 11, 1 aqua mulsa. LVCAN. 6, 364 -is oblimat Echinadas undis. STAT. Ach. 1, 87 flumina. Theb. 4, 820 -us caenoque et pulvere sordens *alveus*. NEMES. cyn. 315 quae fluminibus -isque paludibus errant). VITR. 5, 9, 5 auferens ex oculis humorem -um (APVL. apol. 50 cum caro in humorem -um et spumidum . . . colliquescit. AVG. epist. 137, 4 *opp.* subtilis). CELS. 2, 6 p. 37 urina (2, 7 *al.* PLIN. nat. 23, 165. 28, 68 *al.*). 2, 10 sanguis (*al.* LVCAN. 6, 186 -o non asper sanguine mucro. 6, 605 PLIN. nat. 11, 221 *al.* STAT. Theb. 9, 251. 12, 364. *cf.* STAT. Theb. 2, 659 -um sanguine telum). 2, 19 pituita (2, 23 *al.* PLIN. nat. 20, 65. 180 *al.*). 5, 26, 20 sanies . . . -a et glutinosa (6, 7, 6 CLAVD. rapt. Pros. 2, 212 CYPR. GALL. num. 690). 5, 26, 20 melicera. *ibid.* ἰχώρ. 6, 7, 1 ius medicamentum (SEN. nat. 1, 3, 12). SEN. nat. 6, 2, 5 quem -ior saliva suffocat. COLVM. 12, 38, 3 instar iuris -i. 12,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

44, 6 oblini -o gypso. 12, 52, 17 gummi. SCRIB. LARG. 37 cinereo... inunguendi erunt -iore. LVCAN. 9, 702 -i gutta veneni (SIL. 13, 571). PERS. 13, 12 -us calamo quod pendeat umor. PLIN. nat. 11, 16 propolis, -ioris iam materiae..., nondum tamen cera. 11, 237 *lac* -issimum asinae (*cf.* CASSIOD. in psalm. 118, 70 *iniquitas* more lactis in -iorem substantiam fuerat... constricta). 12, 116 *oleum*. 14, 122 -iorem *resinam* vero et ad pices faciendas cedrus *habet*. 16, 53 liquor *taedae* -ior iam picem fundit. 16, 143 nata est et silva... imbre piceo -oque (*cf.* SIL. 12, 656 -usque rotante austro nimborum fervet globus. MART. 12, 26, 10 subitus -ae decidit imber aquae). 34, 131 -iore lotura. 34, 168 *plumbum*. STAT. Theb. 1, 618 -o squalentia pectora tabo (5, 310 *al.*). MART. 1, 103, 9 Veientani bibitur faex -i rubelli. LACT. opif. 11, 17 oblevit ea intrinsecus -iore suco. *potius substantive*: HOR. sat. 2, 4, 52 si quid -i est *Massicis vinis*. CELS. 5, 26, 3 iocineris -um. SEN. dial. 6, 24, 5 requies manet e confusis -isque pura et liquida visentem. CLAVD. MAM. anim. p. 70, 2 *corpus* habet in -o tantundem.

B *speciatim i. q. pinguis* (*cf.* GLOSS. IV 325, 52. III 567, 64 λιπαρός *et l. 44*), *obesus*; *opp.* macer, exesus: PLAVT. Pseud. 659 apud anum illam... -am. 1218 rufus quidam, ventriosus, -is suris. TER. Hec. 440 *homo* crispus, -us, caesius. PETRON. 67 ut Fortunata armillas suas -issimis detraheret lacertis. IVV. 11, 158 -a nec opposito pavidus tegit inguina gutto. 13, 163 quis... miratur... in Meroe -o maiorem infante mamillam. APVL. met. 7, 23 longe -ior atque corpulentior effici *asinus castratus*. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 180 ⟨si⟩ propter palmae folia vel afflictus et macer sum, vel opimus et -us. 2, 1, 241 *v. l. 56*. HIER. epist. 45, 5 bono tuo -us sis: me macies delectat et pallor. 79, 8 -i corporis nitor. VVLG. deut. 31, 20 cumque... et saturati -ique (ἐμπλησθέντες) fuerint. iud. 3, 17 erat autem Eglon -us nimis (ἀστεῖος σφόδρα). ISID. sent. 2, 42, 6 ex -o ventre subtilem sensum gigni non posse. *nota versum popularem*: VERS. gramm. VI 461, 28 postquam Crassus carbo factus, Carbo -us factus est. MART. 2, 40, 3 tenduntur -is nunc retia turdis. HIER. epist. 119, 11 -ae sues grunniunt. VVLG. gen. 41, 2 boves pulchrae et -ae nimis (βόες... ἐκλεκταὶ ταῖς σαρξί). *cf.* psalm. 143, 14 (παχεῖς). Ezech. 34, 3 quod -um (τὸ παχύ) erat, occidebatis. *in herbae nomine*: GLOSS. -a gallina *v. s.* portulaca. PERS. 2, 42 grandes (pingues *a*) patinae tucetaque -a. HIER. hom. Orig. in Luc. 25 p. 323/24 contentus erat simplici et tenui cibo, ne corpus illius -ioribus pulmentis pinguesceret. VINDIC. med. 10 si quid *nutrimentum* fuerit -ius ac pinguius. CATO agr. 6, 1 ager -us et laetus *eqs.* (CIC. Flacc. 71 COLVM. arb. 10, 3). *cf.* 6, 2 in loco -o (*ibid. opp.* macer). 8, 1. 35, 2. 40, 1. 50, 2 PLIN. nat. 16, 129). VERG. georg. 2, 110 -isque paludibus alni nascuntur (*cf.* GLOSS. V 186, 13 pinguis). *adde*: PERS. 5, 60 -os (*i. luxuriosos*) transisse dies lucemque palustrem.

II ***translate*** *et in imagine i. q. hebes, stultus, simplex, rusticus*; *cf.* CIC. nat. deor. 2, 17. NON. p. 86, 21 -um positum pro hebeti et stulto (GLOSS. V 639, 17): LVCIL. 386?, *cf. Leo, Gött. gel. Anz. 1906, 850.* VARRO Men. 487 sensibus (senibus *codd.*) -is... quid fiat? (GENNAD. vir. ill. 15 *Commodianus* vili satis et -o, ut ita dixerim, sensu disseruit. RVFIN. Orig. in num. 26, 7 qui... -is et stolidis sensibus abundant. POMER. 2, 22, 2 *cf.* HIER. in psalm. 72 -as corporum mentes. AVG. divers. quaest. 69, 1. CASSIAN. conl. 24, 26, 1 -o intellectu). MART. 9, 22, 2 vulgus -aque turba. 12, 18, 12 Celtiberis haec sunt nomina -iora terris. APVL. met. 1, 3 -is auribus et obstinato corde respuis. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 241 hominem ita stultum, ut eum diceres in Boeotia ⟨natum esse⟩ i. e. -os et hebetes faciente[s]. HIER. epist. 27, 1 non adeo me hebetis fuisse cordis et tam -ae rusticitatis. PAVL. NOL. epist. 2, 1 ingenio tenues, corde -i. RVFIN. Orig. in psalm. 38 hom. 2, 8 anima quae peccat -ior efficitur. VLP. dig. 22, 6, 6 neglegentia -a (COD. Iust. 6, 24, 14, 2). FIRM. math. 4 praef. 3 -a invidia. CASSIAN. conl. 23, 5, 9 -ioribus vitiis involuti. *nota*: PERS. 5, 190 -um ridet Pulfennius ingens. GELL. 13, 21, 15 erat enim -ius iam vetustiusque... dicere (*opp.* mollius teretiusque). *in proverbio* (*cf. Otto, Sprichw. d. Römer p. 224*): CIC. epist. 9, 12, 2 munusculum mittere volui... -o filo. HOR. sat. 2, 2, 3 Ofellus rusticus, abnormis sapiens -aque Minerva (PRIAP. 3, 10 MACR. sat. 1, 24, 13). QVINT. inst. 1, 10, 28 -iore, ut vocant, Musa. *v. etiam nom. propr.* (*dubitatur de* LVCIL. 413).

adv. **crassē**: **a** *proprie i. q. spisse*: COLVM. 12, 44, 5 *vasa* -e picari. 12, 46, 2 *mala* luto paleato -e linunt. SCRIB. LARG. 46 gypso... nares -e oblinere (228). 67 Syriacum *laser* aqua dilutum -ius per pinnam faucibus adhibitum. PLIN. nat. 37, 106 feminae *gemmae* pigriores et -ius nitent. EXPLAN. in Don. gramm. IV 532, 5 (*e Varrone*) chordae quae -ius sonant. **b** *translate i. q. rustice, non eleganter, stulte*: HOR. epist. 2, 1, 76 non quia -e compositum (*poema*) illepideve putetur. SEN. epist. 121, 12 constitutionem suam -e intellegit et summatim et obscure. GELL. 17, 10, 14 *Vergilius* ῥόον καπνοῦ αἴθωνα interpretari volens, -e et inmodice congessit (MACR. sat. 5, 17, 12). PRISCILL. can. 7 p. 115, 8 -e de divinitate sapere. CONSENT. gramm. V 395, 8 litteram c quidam in quibusdam dictionibus non latine efferunt, sed ita -e (*opp.* subtiliter), ut non discernas, quid dicant. *Probst.*

crāstinātio ἀναβολή. ὑπέρθεσις GLOSS. II 117, 29. *a* crastinus. *comp.* concrastinatio (GLOSS. V 281, 69).

*crāstinus, -a, -um [*a* cras. *Th.*]. PRISC. gramm. II 75, 25 quae ab adverbiis nascuntur temporalibus cras -us, horno hornotinus, diu diutinus. *de locutione* crastini *v. infra l. 32 sqq.* AVG. loc. hept. 3, 12 p. 572, 29 (*ad* ITALA lev. 7, 16, αὔριον, VVLG. *v. p. 1107, 27*) -a die, pro eo, quod est, postera die; unde alii 'altera die' interpretati sunt. SCHOL. Hor. epist. 1, 5, 9 *et* ISID. diff. 1, 83 *v. p. 1099, 11 sqq.* GLOSS. αὔριννος. -o die αὔριον (*cf.* VITR. 1, 6, 11 -usque dies propter auras matutinas αὔριον fertur esse vocitatus). *legitur per totam latinitatem.*

i. quod die proxime futuro erit vel fiet: *de temporibus*: dies -us (*omittitur* dies: PASS. Perp. 17 -us satis vobis non est? *cf. etiam p. 1107, 3 sqq.*): CIC. Att. 15, 8, 2 sed aliquid -us dies ad cogitandum nobis dare. APVL. met. 2, 31. PORPH. Hor. carm. 4, 7, 17 -us dies adiungatur. VVLG. I reg. 11, 11 et factum est cum dies -us venisset (μετὰ τὴν αὔριον). Matth. 6, 34 -us enim dies sollicitus erit sibi ipsi (ἡ γὰρ αὔριον). AVG. serm. ed. Mai 94, 6 hodiernus ille dies *aeternitatis* nec a fine incohatur hesterni nec ad principium -i terminatur, sed semper hodiernus est. PALLAD. hist. mon. I 5 -o... illucescente sabbati die (αὔριον). PASS. Petr. Paul. long. 30 -us dies vos probabit. VITA Cypr. 15 -us dies ille... vere -us esse debebat. in die -o: ITALA gen. 30, 33 (Aug. loc. hept. 1, 111 p. 523, 27) exaudiet me iustitia mea in die -o (VVLG. cras). in diem -um: PLAVT. Stich. 635 AVG. in psalm. 48 serm. 1, 2. a die -o: ITALA lev. 23, 15 (Aug. loc. hept. 3, 57 p. 580, 22) a die -o sabbati (VVLG. ab altero die). -o die: LIV. 2, 56, 9 -o die adeste. 3, 2, 9 -o die oriente sole redite in aciem. 10, 25, 2 hodierno et -o die. 44, 38, 7 hodierno aut summum -o die. 24, 38, 5. 26, 36, 5 aurum... -o die in publicum conferamus. 27, 13, 8. 36, 17, 15 PETRON. 15. AVR. Fronto p. 87, 19 N. quod tu legas die -o. *cf.* GELL. 10, 24, 8 *l. 33.* APVL. met. 1, 24 -o die scies. ITIN. [Silv.] 30, 2 die -o hora nona. HYG. fab. 126 p. 110, 9 -o die perduc me in regiam. 194 p. 125, 1. VVLG. num. 16, 16 state... seorsum... Aaron die -o separatim (αὔριον). die -i: GELL. 10, 24, 8 item simili figura 'die -i' dicebatur, id erat -o die. MACR. sat. 1, 4, 20 sed nec die -i a doctissimo viro sine veterum auctoritate prolatum est, quibus mos erat modo diequinti modo diequinte pro adverbio copulato dicere. PLAVT. Most. 881 hoc die -i quom erus resciverit. GELL. 2, 29, 7 idcirco die -i, ubi primum diluculabit, fac amicos eas (die -a *P*, die -o *C*). MACR. sat. 1, 3, 16. dies -a: PROP. 2, 15, 54 forsitan includet -a fata dies. VAL. FL. 8, 180. HOMER. 117 cum -a primum extulerit Titana dies. VVLG. Dan. 13, 27 et facta est dies -a. die -a: LIV. 3, 20, 4 -a die armati ad lacum Regillum adsitis. 3, 46, 8 ITALA exod. 10, 4. 16, 23. 32, 5 lev. 7, 16 (*v. supra l. 4*) Ios. 3, 5. 4, 6. 11, 6 (Lugd.) -a die (αὔριον, VVLG. cras). VVLG. act. 23, 20 (αὔριον). SVLP. SEV. Mart. 4, 5. HIST. Apoll. rec. A 36 iube -a die... poni scamna (*cf. p. 1107, 77*). PASS. Petr. Paul. long. 49 -a (-o *AFGNUfn*) die ad caelos vadam. NOT. Tir. 44, 86. in -a die: ITALA deut. 6, 20 (Lugd., VVLG. cras). PLAVT. Men. 175 inde usque ad diurnam stellam -am potabimus. VERG. georg. 1, 425 numquam te -a fallet hora (SEN. epist. 88, 16. 17. PASS. Barth. 140, 15 -a prima hora diei). Aen. 4, 118 ubi primos -us ortus extulerit Titan. 8, 170 lux cum primum terris se -a reddet (10, 244. LVCAN. 3, 595 nec lux est notior ulli -a. VAL. FL. 2, 566 -a lux biiuges stabulis ostendat apertis. SIL. 10, 268 quid deinde relictum, -a cur Tyrios lux non deducat ad urbem. 12, 635 non te -a nobis lux umquam eripiet. 14, 669 an nullos oriens videat lux -a muros. STAT. Theb. 10, 21 neque enim lux -a longe. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 10, 245 cr⟨astina lux cum⟩ advener⟨it, intellegendum⟩. VVLG. iud. 6, 31 moriatur antequam lux -a veniat [ἕως πρωΐ]. CLAVD. 5, 313 opportuna meis oritur lux -a votis. rapt. Pros. 1, 222 -a puniceos cum lux detexerit ortus). VERG. Aen. 12, 76 cum primum -a caelo... Aurora rubebit (OV. epist. 3, 57 cum -a fulserit Eos. STAT. Theb. 2, 697 quisquis es... quem -a... exemptum... Aurora videbit). HOR. carm. 4, 7, 17 quis scit, an adiciant hodiernae -a summae tempora di superi. OV. fast. 3, 345 protulerit cum totum -us orbem Cynthius. LIV. 30, 32, 2 Roma an Carthago iura gentibus daret, ante -am noctem scituros. STAT. Theb. 3, 562 quid -a volveret aetas, scire nefas homini. MART. 1, 15, 12 sera nimis vita est -a: vive hodie. ITALA exod. 32, 6 (Lugd.) vigilans in -o deluculo (τῇ ἐπαύριον, VVLG. mane). PALLAD. hist. mon. II 8 -o sabbato. *de variis rebus*: LVCAN. 7, 26 -a dira quies. PLIN. nat. 13, 60 subnascente -o fructu. VAL. FL. 7, 97 seu -us ignis (*sc. taurorum*) hiatu *me hauriet*. SIL. 9, 21 qui (*Paulus*) -a iura videret amenti cessura viro (*sc. imperium altero die penes Terentium fore*). 9, 61 sistis ni -a signa. 14, 455 quid vellet -us auster. STAT. Theb. 7, 462 -a mandant funera. silv. 4, 6, 64 semper ab hoc animos in -a bella petebat (*sc. Alexander Magnus ab Hercule*). MART. 3, 10, 3 luxuriam premeret cum -a semper egestas. 3, 58, 42 nec avara servat -as dapes mensa. FRONTO p. 90, 1 N. hodierno igitur otio et quiete labori me -o praeparabo. p. 106, 16 -am opportunitatem avide prospicio. APVL. met. 6, 32 quid aliud quam meum -um deflebam cadaver (*i. mortem*). IVL. VAL. 1, 11 de secundis -is fluctuantem. CLAVD. rapt. Pros. 1, 288 -a venturae spectantes gaudia praedae. AVG. epist. 98, 8 ut pascha propinquante dicamus -am vel perendinam domini passionem. TAB. devot. Audollent 295, 17 -is et perendinis cir⟨cens⟩ibus. *nota*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praedicative: SIDON. carm. 24, 22 *libelle*, -us aspicis Triobrem. DRAC. Romul. 10, 447 -a cum Glauce veniet.

subst. f. **crāstina,** -ae *sc. dies*: CASSIOD. hist. 9, 10 p. 1128^A scitote -ā nos collectam celebraturos. VITA Caes. Arel. 2, 8. PASS. Barth. p. 134, 2 -a mane adducite eam. MVTIAN. Chrysost. hom. 17, 3 *opp.* nunc. PASS. Petr. 3 in -a quoque surrexerunt quidam ex senatoribus (*sic BCDEG*, in crastinum *A*, in crastino *Lf*).

subst. n. **crāstinum,** -ī. *i. q. crastinus dies et ea, quae die crastino eventura sunt* (*cf. l. 37*). HIER. epist. 55, 1 -um in scripturis sanctis futurum tempus significat): in -um (GLOSS. in -um εἰς αὔριον. τῇ ἐπαύριον): PLAVT. Cas. 679 vitam sinere in -um protolli. Pseud. 1335 vos vocabo. CIC. de orat. 2, 367 differre (rep. 2, 70. NEP. Pel. 3, 3 res serias. AVG. in psalm. 58 serm. 1, 22. VITA Cypr. 12 dilatio in -um petebatur [*cf.* 13 dilationem petit -i]. 15 dilatus in -um). SEN. epist. 45, 12 nullius non vita spectat in -um. 47, 8 quos adulatio et intemperantia aut gulae aut linguae revocet in -um. 91, 17 nemo in -um sui certior. PETRON. 18 iam parata erat in -um turba. QVINT. inst. 5, 10, 16 eum, qui recte valeat, in -um perventurum. SVET. Dom. 16 servari ... in -um. CASSIAN. conl. 2, 24, 1 quod hodie sumpturi fuerant, in -um reservare. ITALA num. 16, 41 (Lugd.) murmurarunt fili Istrahel in -um ad Moysen (τῇ ἐπαύριον, VVLG. sequenti die). iud. 6, 38 vigilavit Gedeon. 9, 42 factum est (VVLG. sequenti ... die). Ios. 3, 5 purificamini in -um, quoniam crastina die faciet dominus ... mirabilia. Matth. 27, 62 (cod. d) in -um autem, quae est ... (τῇ δὲ ἐπαύριον ἥτις, VVLG. altera autem die, quae est ...). PORPH. Hor. carm. 3, 22, 21 usque in -um mane. VVLG. lev. 7, 16 si quid in -um remanserit, vesci licitum est. Ios. 7, 13. prov. 27, 1 ne glorieris (τὰ εἰς αὔριον). Ier. 20, 3 cumque illuxisset in -um, eduxit Phassur. Ion. 4, 7 paravit deus vermem ascensu diluculi in -um. I Macc. 5, 27 in -um constituerunt admovere exercitum. Matth. 6, 34 nolite ergo solliciti esse in -um. Ioh. 1, 43 in -um voluit exire in Galilaeam. 12, 12 act. 4, 3. 5. 20, 7 Paulus disputabat cum eis profecturus in -um. AVG. civ. 22, 8 libellum in -um populo recitandum promisi. GREG. TVR. Franc. 4, 18 nocte media expiravit nec pervenit in -um. Mart. 4, 41 quod est in -um de festivitate. PASS. Petr. Paul. brev. 4 in -um facite eos ad nos venire (crastina die *F*). CLEDON. gramm. V 66, 5 post -um quotienscumque dicere voluerimus, non debemus dicere post -um diem, sed per se post -um ponere, ut subaudiamus diem. PASS. Montan. 15 post -um. *sing. plerisque locis significatur dies proxime futurus ipse*: SEN. suas. 2, 12 cenant enim, tamquam -um desperent. SEN. Thy. 620 -um ut posset sibi polliceri. dial. 10, 7, 9 nec optat -um nec timet. 10, 9, 1 maximum vivendi impedimentum est expectatio, quae pendet ex -o, perdit hodiernum. epist. 1, 2 sic fiet, ut minus ex -o pendeas, si hodierno manum inieceris. 12, 9 -um si adiecerit deus. *ibid.* qui -um sine sollicitudine expectat. 32, 4 placidusque eris et -i neglegens. 101, 4 quam stultum est aetatem disponere ne -i quidem dominum. Ps. SEN. mon. 57 tu enim de hodierno, tu de -o nihil cogitas (ITALA Matth. 6, 34 [Tert. orat. 6 Aug. c. Adim. 4 p. 122, 27] nolite de -o cogitare, quid edatis [εἰς τὴν αὔριον, VVLG. solliciti esse in -um]. HIER. in Tit. 1, 7 nec de -o cogitamus. epist. 3, 4 nec de -o cogitat nec post tergum respicit. SVLP. SEV. Mart. 2, 8 euangelii non surdus auditor de -o non cogitabat. CASSIAN. inst. 4, 5 de -o non esse sollicitus. 7, 30). HIL. in Matth. 5, 13 futuri autem temporis significantia continetur in -o (VVLG. Iac. 4, 14 qui ignoratis, quid erit in -o. AVG. serm. ed. Mai 5, 2 videat ..., qui irascitur, ... ne in -o *irascatur*. VITA Radeg. 2, 4 in -o mandavit ei [*i. postero die*]. VITA Caes. Arel. 1, 29 ultra offertur in -o sceleratissimus obsidentibus inimicis). AVG. serm. ed. Mai 61, 2 transibit hodie, transit et cras et aliud cras addes ad -um et (*sc. ad*) alterum -um. RVRIC. epist. 2, 62 p. 440, 9 si secundo -o non potueris, vel tertia feria ... venire digneris. *nota plur.*: COPA 37 pereat qui -a curat. OV. fast. 3, 352 audi -a. -um *pro adverbio*: ITALA iud. 19, 9 (Lugd.) deluculo vigilabis -um (αὔριον, VVLG. cras).

adv. **crāstinō.** *i. q. cras*: PRISC. gramm. II 406, 23 aperi nunc portam, ut -o sit aperta. GELL. 2, 29, 9 -o seges non metetur. APVL. met. 2, 11 imber aderit -o. 6, 31 hunc igitur iugulare -o placeat. 7, 26. MIN. FEL. 40, 2 etiam nunc tamen aliqua consubsidunt, ... de quibus -o. ITALA exod. 17, 9 (Rufin. Orig. hom. *ad l.*) (αὔριον, VVLG. cras). PLIN. med. 3, 15 (*incantamentum*) -o hospites mihi venturi sunt, suscipite illos. hoc ter dicat. FAVSTIN. trin. 1, 13 p. 48^A ut quod hodie voluit, -o nolit, et quod hodie noluit, -o velit. ANON. Vales. 13, 75 -o qui tibi primus intra cubiculum nuntiatus fuerit. VVLG. I reg. 20, 5 ecce calendae sunt -o (αὔριον). 20, 12 -o vel perendie. Iac. 4, 13 hodie aut -o ibimus. RVFIN. hist. 1, 13, 20 (αὔριον). RVRIC. epist. 2, 24 p. 410, 2 -o ... mihi ieiunus occurras. POMER. 2, 7, 1 quales futuri simus -o. HIST. Apoll. rec. B 36 iube -o ... scamna disponi. *cf. p. 1106, 45.* ACT. Archel. p. 77, 22 -o autem nobis ... quaestiones habeantur.

deriv.: crastinatio. *comp.*: procrastinus. *Lambertz.*

crataegis, *acc.* -in *f.* [*cf.* crataegonos. *Th.*]. *nomen herbae*: PLIN. nat. 26, 99 in totum quidem Graeci, cum concitationem hanc (*sc. veneris*) volunt significare satyrion appellant, sic et -in cognominantes et thelygonon *eqs.*

crataegōn *v.* crataegos.

crataegonon, -ī *n. et* **crataegonos** *f.* (*l. 4*) *nomen herbae*, κραταιόγονον. PLIN. nat. 1, 27, 40 -on, genera II, medicinae VIII. 27, 62 -on spicae tritici simile est *eqs.* 27, 63 et alia est -os, quae thelygonos vocetur ... sunt qui florem -i bibentes mulierum intra XL diem concipere tradant *eqs.* DIOSC. 3, 134 de crategonon. *cf.* DIOSC. 1, 124 W.

crataegos, *acc.* -on, *et* **crataegōn,** *acc.* -ona *f. nomen arboris*, κράταιγος, κραταιγών: PLIN. nat. 27, 63 Theophrastus arboris genus intellegi voluit -on (crataegonon *codd.*) sive -ona (*sc. pro crataegono*) quam Itali aquifolium vocant.

crataegum, -ī *n.* *granum ilicis*: PLIN. nat. 1, 16, 52. 16, 120 plurima vero gignunt ilices (*Mayh. ex Theophr.*, buxeis *vel* buxiis *codd.*), nam et semen suum et granum, quod -um vocant, et a septentrione viscum ... habent. *L.*

cratella *v.* clitella.

crātēr, -is *m. vel* **crātēra,** -ae *f. vel* **crēterra,** -ae *f.* κρατήρ, *ion.* κρητήρ. *de formis*: grat- ITALA exod. 24, 6 (Ottob.). 25, 31. 33. 34 (Lugd.). prov. 2, 2 (Cypr. testim. 2, 2 *codd.* $M^1 L^1$). SERV. Aen. 1, 724 -as: graecum est ab eo quod est hic -r; nam latine haec -a dicitur. PRISC. gramm. II 156, 5 in multis ... videmus commutatione terminationis genera quoque esse conversa, ut ὁ κρατήρ haec -a. 217, 1 nec non et ab accusativo *graeco factum latinum nominativum*: panthera, creterra. III 505, 34 graece enim masculinum est et latine femininum ..., quomodo ὁ κρατήρ haec -a. ISID. orig. 20, 5, 3 -a calix est duas habens ansas et est graecum nomen: declinatur autem apud eos hic -r: nam latine haec -a dicitur. unde Persius (*2, 52*) et Vergilius (*Aen. 1, 724*). fiebant autem primum a conexibus virgularum, unde et dictae -ae ἀπὸ τοῦ κρατεῖν, id est quod se invicem teneant. GLOSS. V 186, 14 -es duos: vasa vinaria, sed masculinum est. *legitur inde a* NAEV. *et* ENN. *deest ex. gr. apud* PLAVT. TER. LVCIL. CATONEM RHET. Her. CATVLL. PVBLIL. TIB. GRATT. MANIL. SEN. rhet. GERM. VELL. PHAEDR. SEN. phil. LVCAN. PETRON. *al.* crater *frequentatur apud poetas*; cratera *in sermone pedestri, apud poetas non legitur nisi*: NAEV. trag. 42 carm. frg. 7 ENN. ann. 624 *l. 72* CIC. Arat. *v. p. 1109, 82* HOR. sat. 2, 4, 80 carm. 3, 18, 7 PERS. 2, 52. *acc. sing.* crātērem: PLIN. nat. 33, 51 ITALA exod. 24, 6 (Ottob.) prov. 9, 3 (Cypr. testim. 2, 2) PAVL. dig. 33, 10, 3, 5 PORPH. Hor. ars 463 HIER. in Is. 51, 17—19 p. 596 RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 160^B. *acc. graec. sing.* crātēra: VARRO frg. Serv. Aen. 10, 145 (καμπτῆρα *F. Schoell*). CIC. Att. 2, 8, 2 VERG. georg. 2, 528 Aen. 3, 525. 5, 536. 9, 264. 344 OV. met. 5, 82. 8, 679. 13, 681 fast. 2, 251 VITR. 9, 5, 1. 2 PLIN. nat. 35, 156 VAL. FL. 1, 337. 4, 343. 5, 615. 694. SIL. 7, 190 STAT. Theb. 2, 76. 564. 6, 531 IVV. 12, 44 ITALA prov. 9, 2 (Cypr. epist. 63, 5) NEMES. ecl. 3, 65 IVL. VAL. 3, 52 CHALC. comm. 140 AVIEN. Arat. 899. 1123 HYG. astr. 2, 40 p. 76, 14. 3, 39 p. 97 SCHOL. Germ. Bas. p. 101, 5 PRVD. ditt. 26 CLAVD. rapt. Pros. 2, 344 AVG. civ. 17, 20 MART. CAP. 1, 82. kratera: CORP. XIII 7640. *acc. graec. plur.* crātērās: ENN. ann. 511 VERG. ecl. 5, 68 Aen. 1, 724. 7, 148. 9, 163. 356. 12, 285 STAT. Theb. 5, 255. 10, 313 AVSON. 352, 12 MACR. sat. 5, 19, 19. 20 AVELL. p. 746, 24. creterra: PAVL. FEST. 53 M. creterrae vocabulum trahitur a cratere, quod vas est vini. NON. p. 547 creterra est quam nunc situlam vocant. PRISC. gramm. II 217, 1 *v. l. 23.* GLOSS. IV 33, 11 creterrae: crateres. *legitur*: NAEV. trag. 42 VARRO frg. Non. p. 547, 23 CIC. epist. 7, 1, 2 HOR. carm. 3, 18, 7 (*FL* PORPH., craterae *ABER*). sat. 2, 4, 80 (*VFvg*, craterae *aDE*). PERS. 2, 52 (*α* PRISC. gramm. II 219, 1). APVL. apol. 31 flor. 20 p. 96. 97 *bis.* ARNOB. nat. 2. 19 (*Vrsinus*, cetera *codd.*). PARIS 1, 1 ext. 4 (cod. Vat.). CYPR. GALL. exod. 1045 SIDON. epist. 2, 9, 8. cretera: VARRO frg. Non. p. 544, 7. CIC. Arat. *v. p. 1109, 82.* PARIS 1, 1 ext. 4 (*cod. α*). *de significatione* (*cf. supra l. 30*): NON. p. 545, 25 -es: vasa vini. 545, 27 vasa olearia. GLOSS. κάνθαρος, κρατήρ, ποτηροπλύτης. patena. vel obba est calix habens ansas. vas id est qui unum cadum capit, urnas tres. πατάλαι (πατάναι *coni. Goetz*), calices vinarii; vasa vinaria; fialas, scyphos, cantharos maiores; buttes vel vasa vinaria; vas vinaria quod et galleta, anappum, scalam. *cf. Marquardt-Mau, Privatleben p. 333. 651; E. Pottier, Daremberg-Saglio II p. 1152—1156.*

1 *proprie*: *vas quoddam magnum, praecipue vinarium*: NAEV. carm. frg. 7 ferunt pulchras -as (*unus cod. Plotii*, creterras *ceteri et Mar. Victorin*; pateras *codd. Caes. Bass.*), aureas lepistas. ENN. ann. 511 vertunt -as aenos (= VERG. Aen. 9, 163). 624 olli -is (*Canchius*, crateribus *trad.*) ex auratis hauserunt. VARRO frg. Non. p. 547, 23 ad Sybaritanam praedam, in qua sunt tripodes, creterrae, anancaea, opera nobilium toreutarum. CIC. Verr. 5, 131 quod ... -as ex aere pulcherrimas ... abstulit. epist. 7, 1, 2 -arum tria milia. VERG. georg. 2, 457 magno Hylaeum Lapithis -e minantem. 2, 518 ignis ubi in medio et socii -a coronant. Aen. 1, 724 -as magnos statuunt et vina coronant (7, 148 AVSON. 352, 12). 2, 765 huc ... mensae ... deorum -esque auro solidi captivaque vestis congeritur. 3, 525 tum pater Anchises magnum -a corona induit. 5, 536 -a impressum signis. 9, 264 -a antiquum. 9, 344 sed magnum metuens se post -a tegebat. 9, 356 armaque -asque simul pulchrosque tapetas. 12, 285 -asque focosque ferunt. HOR. carm. 3, 18, 7 nec desunt Veneris sodalis vina -ae (*cf.* PORPH. *et* SCHOL. Hor. *ad h. l.*). sat. 2, 4, 80 sive gravis veteri -ae limus ad-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

haesit. PROP. 3, 17, 37 ante fores templi -r antistitis auro libatum fundens in tua sacra merum. OV. met. 5, 82 ingentem manibus tollit -a duabus. 8, 669 post haec caelatus eodem sistitur argento -r fabricataque fago pocula. 8, 679 totiens haustum -a repleri sponte sua per seque vident succrescere vina. 12, 236 signis extantibus asper antiquus -r (13, 701 hactenus antiquo signis fulgentius aere, summus inaurato -r erat asper acantho). 13, 681 dat munus ...-a Aeneae. fast. 2, 251 corvus inauratum pedibus -a recurvis tollit. 3, 537 ducunt posito duras -e choreas. 4, 779 tum licet apposita, veluti -e, camella lac niveum potes. 5, 522 terra rubens -r, pocula fagus erant. LIV. 5, 25, 10 -am a u r e a m fieri placuit (5, 28, 2 VAL. MAX. 1, 1 ext. 4 CVRT. 9, 10, 26 IVL. VAL. 2, 29. VVLG. I Esdr. 8, 27 -es [LXX χαφουρῆ *ex hebr.*] aureos viginti). CVRT. 4, 8, 16 Herculi Tyrio ex auro -am cum XXX pateris dicavit. 9, 10, 25 -as vino repletas et alia eximiae magnitudinis vasa. PERS. 2, 52 si tibi -as argenti incusaque pingui auro dona feram. PLIN. nat. 33, 51 -em Semiramidis. 35, 156 Octavio equiti Romano -a facere volenti. 36, 62 lances -asque. 36, 29 quartus *Satyrus* -e alterius sitim sedat. VAL. FL. 1, 142 -es mensaeque volant araeque deorum. 1, 337 cum signiferum -a minantem non leviore Pholum manus haec compescuit auro. 4, 343 victori geminans -a parenti. 5, 571 iuxta Aesoniden magno -e lacessit. 5, 615 occiduo libat -a parenti. 5, 694 fertque gravem Phrygius circum -a minister. SIL. 7, 190 quercu in -a cavata. STAT. Ach. 1, 114 consanguineos fracti -es in hostes. Theb. 2, 76 serta inter vacuosque mero -as. 2, 564. 5, 255 -as pronos epulasque in caede natantes. 6, 531 huic pretium palmae gemini -a ferebant Herculeum iuvenes. 6, 537 saxa, faces aliique iterum -es. 10, 313 Bacchus in altos -as paterasque redit. MART. 8, 6, 7 hoc -e ferox commisit proelia Rhoetus cum Lapithis. IVV. 2, 87 Bonam tenerae placant abdomine porcae et magno -e Deam. 12, 44 urnae -a capacem. PAVL. dig. 33, 10, 3, 5 -em argenteum non esse in supellectili. APVL. apol. 31 nec Helena -am medicavit. flor. 20 p. 96 prima...-a ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam. p. 97 Musarum -a versa vice quanto crebrior quantoque meracior, tanto propior ad animi sanitatem. *ibid.* ego et alias -as Athenis bibi. ITALA exod. 25, 31 (Lugd.) scaphus et calamisci et -es (κρατῆρες, VVLG. scyphos) et licnuchi et lilia ex ipso erint. 25, 33 tres -es deformati in modum nuclioli. 25, 34 in -es deformati (ISID. in exod. 56, 11 sunt ibi et -es id est distributiones donorum). NEMES. ecl. 3, 65 lynci praebet -a bibenti. IVL. VAL. 3, 17 multis -bus. 3, 52 -a argenteum. ARNOB. nat. 2, 19 quia sibi craticulos, trulleos -asque (*Vrsinus*, ceteraque *codd.*) fecerunt. AMBR. Hel. 13, 48 tunc de integro potum instaurant suum ... tunc deferuntur fialae, tunc maximi -es quasi instrumenta bellorum. HEGES. 5, 48 vasa sacerdotalium ministeriorum ... -as phialas et omnia vasa aurea. HIER. epist. 64, 9 -as, scyphos, turibula. 123, 9 est -r ad bibendum. in Is. 51, 17—19 p. 596 κόνδυ ... quem Symmachus -em interpretatus est. VVLG. exod. 24, 6 dimidiam partem sanguinis et misit in -as (κρατῆρας). num. 4, 7 ponent...-as ad liba fundenda (σπονδεῖα). cant. 7, 2 umbilicus tuus -r tornatilis. Is. 22, 24 omne vas parvulum a vasis -arum usque ad omne vas musicorum. CYPR. exod. 1045 -ae instillans aliam *partem sanguinis iuvencorum.* RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 160[B] -em mistum sacramentis. CLAVD. 10, 197 mediis spirent -es in armis. 26, 611 miserisque graves -as ab Argis raptaque flagranti spirantia signa Corintho ... obicit hostis. rapt. Pros. 2, 344 Eumenides -a parant et vina feroci crine bibunt. MACR. sat. 7, 1, 16 ut -r liquoris ad laetitiam nati adhibeatur non modo Nympharum, sed Musarum quoque admixtione temperies. MART. CAP. 1, 82 alter (*Bacchus*) ... laeva gestans -a somnificum ac pronus in petulantiam referebatur. AVELL. p. 746, 24 *topazium* implet ... -as plurimos. SIDON. epist. 2, 9, 8 quorum cerebris hospitales -ae nimium immersae dominabantur. ISID. in exod. 56, 9 candelabrum, altare, columnae, bases tabulae, -es, scyphi, turibula. CORP. III 1904 Nigrinus Herc(uli) Aug(usto) crater(am) f(ecit). VI 327 -am argyrocorintham cum basi sua et hypobasi...dederunt. 414 -am cum columella. 532 -am cum basi bicapite. 589 aediculam cum ara et -a. VI 30849 ⟨? crate⟩ram miscent. X 3927 -r arg(enteus). 7640 -a cum ara.

vas olearium: VERG. ecl. 5, 68 -asque duo statuam tibi pinguis olivi. Aen. 6, 225 congesta cremantur aurea dona, dapes, fuso -es olivo. MART. 12, 32, 12 cum lucerna corneoque -e matella curto rupta latere meiebat. *vas aquarium*: NAEV. trag. 42 -is sumere aquam ex fonte. *i. q. labrum*: PLIN. epist. 5, 6, 23 fonticulus in hoc, in fonte -r.

2 *in imagine*: **a** *sensu philosopho*: ITALA prov. 9, 1—3 (Cypr. testim. 2, 2) sapientia...miscuit in -e (in -e *om.* VVLG.) vinum suum ... et misit servos suos convocans cum excelsa praedicatione ad -em (RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 1, 2 vineam iustitiae cuius fructus laetificat cor hominis cum in sapientiae -e miscet. in cant. p. 154[D]. 155[B]). ARNOB. nat. 2, 25 *anima*... affluens ex -bus vivis. 2, 52 Platonico ex illo -e quem conficit miscetque Timaeus (*cf. Plat. Tim. p. 41*[D]). CHALC. comm. 140 rursus ... -a proponit deus et mixturam concretionemque earum potentiam, ex quibus mundi anima concreverat. **b** *sidus*: CIC. Arat. 219 in medioque sinu fulgens cretera (*H*[1], Non. p. 547, crat- *H*[2]*D*) relucet. 292 hydra tenet flexu -am. 387 creteraque (*H*[1], crat- *H*[2]*D*) tenus lucet mortalibus hydra (*cf.* GERM. 620). VITR. 9, 5, 1 medioque corpore sustinens -a. 9, 5, 2 iuxta -a et leonem navis est. COLVM. 11, 2, 20 XVI kal. Martii vespere -r oritur. 11, 2, 65 -r matutino tempore apparet. AVIEN. Arat. 899 spirarum medio gestat -a coruscum. 1005 spira anguis levis hic -rque tenacia corvi ora inhiant. 1123. SERV. georg. 1, 205 tres sunt angues in caelo: unus qui in septentrione est, alter ophiuchi, tertius australis, in quo sunt -r et corvus. SCHOL. Germ. p. 100, 19. 101, 5. 14 HYG. astr. 2, 40 p. 76, 9. 14. 17. 77, 1. 3, 39 p. 97. 98, 6. 102, 15. 110, 27. MACR. somn. 1, 12, 8 -r Liberi patris ille sidereus in regione. MART. CAP. 8, 838 aquam, quae ex -e aquarii fluit, melius in partem signi credimus. *ibid. iterum.* **c** *terrae fauces, praecipue montium ardentium caminus*: LVCR. 6, 701 in summo sunt vertice enim -es, ut ipsi nominitant; nos quod fauces perhibemus et ora. OV. met. 5, 424 pronos currus medio -e recepit. PLIN. nat. 2, 237 iuxta gelidum fontem semper ardens Nymphaei -r. 3, 88 -r eius (*Aetnae montis*) patet ambitu stadia XX. APVL. mund. 34 ex Aetnae verticibus quondam effusis -bus (AVG. civ. 4, 2). PORPH. Hor. ars 463 qui se in -em praecipitem dedit Aetnae. SOL. 5, 9 in Aetnae vertice hiatus duo sunt -es nominati. MACR. sat. 5, 19, 19 lacus..., quos incolae -as vocant. 5, 19, 20 ab omni contagione mundi ad -as accedunt. 5, 19, 21 ut -es...implacabiles...vocarentur. MART. CAP. 6, 647 cuius -r stadiis viginti patens favilla Taurominium Catinamque respergit. **d** *libri inscriptio*: SERV. Aen. 6, 667 *Musaeus* ad ipsum (*Orpheum*) primum carmen scripsit quod appellatur -r. **e** *de sinu Baiano*: CIC. Att. 2, 8, 2 quoniam putas praetermittendum nobis esse -a illum delicatum. **f** *de campo Capuano*: VARRO frg. Serv. Aen. 10, 145 Varro dicit propter caeli temperiem et caespitis fecunditatem campum eundem Capuanum -a (καμπτῆρα *F. Schoell*) dictum quasi sinum (signum *F*) salutis et fructuum.

craterītis, -idis *f.* [*vocabulum graecum, cf.* καρτερός. *Th.*]. *cf. Blümner, Technologie III 236, 5.* *gemma*: PLIN. nat. 1, 37, 56 corallis, -is, crocallis. 37, 154 -is inter chrysolithum et electrum colorem habet. DAMIG. lapid. 34 lapis galactites c r a t e r i t e s dicitur, quoniam tenax est. nam fortitudine et potentia in iudiciis et causis litigatores vincere facit.

crātīcius, -a, -um [*a* cratis. *Th.*]. *cf. Blümner, Technologie II 313. III 151.* [*it.* graticcio. *M.-L.*] *i. q. e cratibus factus*: VITR. 2, 8, 20 *parietes* -i vero velim quidem ne inventi essent. *ibid.* compendio -orum esse in periculo. 7, 3, 11 sin autem in -is tectoria erunt facienda. FEST. p. 301 super quam (*materiam*) paries -us extruitur. VLP. dig. 17, 2, 52, 13 ut ibi -um parietem inter se aedificarent. PALLAD. 1, 19, 2 si terrae pauperes minora promittunt vel -is podiis erunt discernenda granaria. OROS. hist. 5, 12, 8 rescisso -o pariete confossi sunt.

crātīcula, -ae *f.* [*a* cratis *deminutive. Th.*]. *v.* carticula *III p. 500, 60.* grat-: ARNOB. *l. 55.* ITALA exod. 30, 3 (Lugd.). GLOSS. σχάρα, ἐσχάρα, focus (*cf. Landgraf, Archiv 9, 379*). -is: ferreis factis; *anglosax.* herst. *cf. Mau, PW. IV p. 1682; Saglio ap. Daremberg-Saglio II p. 1556.* [*francog.* grille, *sard.* cadrija. *M.-L.*]

CATO agr. 13, 1 lucernas X, corium I, -as duas (*PAR*, corium unum lucernas -as duas *v, inde quidam adiectivum* craticulus *fuisse effecerunt*). PETRON. 31 fuerunt et tomacula super -am argenteam ferventia posita, et infra -am Syriaca pruna cum granis Punici mali. 70 in -a ... argentea. MART. 14, 221 -a cum veribus. rara tibi curva -a sudet ofella. ARNOB. nat. 4, 19 -as (grat- *cod.*) trulleos creterrasque. AMBR. serm. 48, 10 Laurentium -a consumptum recolis. HYMN. Ambros. 72, 27 ensis et -ae coronam dedit passio. VVLG. exod. 27, 4 -amque (ἐσχάραν) in modum retis aeneam. 27, 5 eritque -a usque ad altaris medium. 30, 3 vestiesque ... auro purissimo -am eius (*altaris*). 35, 16 -am eius aeneam cum vectibus. 37, 26 vestivitque ... cum -a ac parietibus. 38, 4 -amque eius in modum retis fecit. 38, 30 altare aeneum cum -a. lev. 2, 7 sin autem de -a fuerit sacrificium. 7, 9 quidquid in -a vel in sartagine praeparatur. RVFIN. hist. 5, 1, 55 -is exusta *mulier.* 8, 6, 3 -a (ἐσχάρα) prunis substrata poni iubetur in medio. 8, 12, 2 quando recordabor -as prunis impositas. AVG. quaest. hept. 2, 113 quia concavum fieri iubet et -am deponi usque ad medium eius. PS. AVG. serm. 87, 2 Laurentius in -a flammarum igne torretur. MARCELL. med. 8, 101 cocleas Africanas veras super spissam -am dispositas ponito et carbones acres assidue suggerito. 33, 39 dum in -a assatur. PLAC. med. 4, 2. APIC. 7, 261 sumen elixas...et in furnum mittis vel in -am, subassas. 7, 264. 266. 292 inde assantur in clibano vel -a. AVELL. p. 680, 6 de -a beati Laurentii martyris. PETR. CHRYS. serm. 135 p. 566[B] oblata est torrenda, et ut verius dicam, assanda martyrio nobilis illa Laurentii -a. PS. FVLG. RVSP. serm. 60 *passim.* CASSIOD. hist. 6, 13 in -a superpositos ardere. ANTHIM. 21 incisum bene in -a ferrea, quae habet latas virgas, unguatur *ficatum.* GREG. M. epist. 3, 33 de beati Laurentii -a, in qua perustus est. **crāticulum,** -ī *n.* PAVL. FEST. p. 53 craticulum a graeco κρατευταί deducitur. HYG. astr. 3, 38 haec (*Ara*) habet in summo cacumine craticuli (*Dittmann, coll.* ARAT. lat. p. 264 *Maass*: habet stellas supra craticulam [ἐπὶ τῆς ἐσχαρίδος] duas; *Bunte* turibuli, *codd.* circuli). *cf. Mau, PW. IV 1682; E. Saglio, Daremberg-Saglio p. 1557.*

crāticulātim *adv.* *a* craticula. *i. in figuram craticulae*: PELA-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GON. 196 -m (*vel* reticulatim *Ihm*, rticulati *cod.*) subtiliter urito. CHIRON 187 decussatim ilia aut -m super renibus permixtis punctis subrenalem curabimus. 676 ures eum -m in renibus. 689 cauteris candentibus -m urito. VEG. mulom. 2, 67, 6 -m, sicut moris est, ures.

crātio, -īre [*a* cratis. *Th.*]. *i. q. occare*: PLIN. nat. 18, 258 utilissimum, si malae herbae, arare, dein -ire (gratire *codd.*), sarire, florem ... spargere, priusquam -antur (gr- *E*). *deriv.* cratitio.

crātis, -is *f.* [*i. q. theod.* hurd '*cratis*', *got.* haurds '*porta*'; *cf. c. gr.* κάρταλος, *ind.* kaṭaḥ '*storea*', cṛtáti '*figit, iungit*', *boruss.* corto '*saepimentum*'. *Th.*]. ISID. orig. 19, 10, 17 quorum (*laterum*) -es dicuntur, in quibus lutum pro eisdem lateribus crudis portare solent; sunt enim conexiones cannarum, dicti ἀπὸ τοῦ κρατεῖν, id est quod se invicem teneant. CHAR. gramm. I 33, 8 feminina semper pluralia: ...-es; et -em dixerunt. 327, 35 feminina semper pluralia: ...-es. *nom. sing.* cratis *legitur*: VARRO ling. 7, 55 (*F*, -es *a*). VEG. mulom. 1, 56, 5 mil. 1, 12 ALC. AVIT. carm. 5, 512. *acc. sing.* -im: PLAVT. Poen. 1025. *acc. plur.* -is: CATO agr. 48, 2. CAES. Gall. 7, 81, 2 (*β*). VERG. Aen. 7, 633 (*F*, -es *MR*). 12, 508 (-es *MPR*). VARRO ling. 7, 55 congerro a gerra, hoc graecum est et in latina -is (*cf. infra l. 67sqq.*). [GLOSS. V 186, 15 -es, *leg.* crateres. *dub.* FEST. p. 177]. *legitur inde a* PLAVTO. *cf. Olck, PW. IV p. 1682—1685; E. Saglio et G. Humbert, Daremberg-Saglio II p. 1556.* [*it.* grata, *hisp.* grada. *M.-L.*]

1 *proprie*: *de omni genere operis viminei ad permultos et diversos usus adhibiti*: EXC. Bob. gramm. I 549, 3 hae -es: πλέγματα ῥάβδων. GLOSS. πλέγματα ἐκ ῥάβδων. **a** *in usu privato, praecipue rei rusticae*: VEG. mulom. 1, 56, 5 -is quae occa (*Schneider*, cocta, cocca, zacca, gaza *trad.*) vocatur a vulgo. SERV. georg. 1, 95 *v. infra l. 34.* ISID. orig. 19, 10, 17 *v. supra l. 10.* CATO agr. 10, 2 -es stercorarias (11, 4 VARRO rust. 1, 22, 3). 48, 2 -is ficarias imponito (PLIN. nat. 17, 71). 112, 2 si pluvia erit, in tecto in -bus componito. VARRO rust. 1, 23, 5 ut habeas vimina, unde viendo quid facias, ut sirpeas, vallus, -es. 2, 2, 9 portant secum -es (grates *cod.*) aut retia, quibus cohortes in solitudine faciant. VERG. georg. 1, 95 qui frangit inertes vimineasque trahit -es (SERV. *ad l.* ad agrorum scilicet exaequationem -es quam rustici irpicem vocant). 1, 166 virgea praeterea Celei vilisque supellex, arbuteae -es et mystica vannus Iacchi. Aen. 11, 64 haud segnes alii -es et molle feretrum arbuteis texunt virgis et vimine querno. HOR. epod. 2, 45 claudensque textis -bus laetum pecus distenta siccet ubera. SEN. epist. 90, 17 virgeam -em texerunt. COLVM. 2, 17, 4 glaebas surculis resolvemus et inducta -e coaequabimus grumosque quos ad versuram plerumque tractae faciunt -es, dissipabimus. 4, 2, 1 quia -em factura sit *vitis* (4, 2, 2). 7, 8, 5 sub umbra -bus in hoc factis. 12, 9, 1 *caules* expressos in -bus pandere. 12, 15, 1 -es pastorales. 12, 15, 4 religatas iunco vel qualibet herba offas reponunt in -es. 12, 16, 2. 12, 45, 1. PETRON. 135 vers. -e saligna impositum Cereris vacuae nemus. CALP. ecl. 1, 39 claudere fraxinea nolit praesepia -e. PLIN. nat. 8, 35 *dracones* inter se -ium modo implexos. 10, 126 scrobes excavare rostro, inde -e consternere et operire terra. 13, 77 traversa postea -es peragit. 14, 84 uvis in sole siccatis loco cluso per dies septem in -bus. 16, 209 quae ... flexili -e constent. 18, 145 solum ... aratum et occatum integitur -e iterum ac tertium. 18, 173 -esque dentatas. 18, 180 occatio sequitur, ubi res poscit, -e vel rastro, et sato semine iteratur haec quoque, ubi consuetudo patitur, -e contenta vel tabula aratro adnexa. 18, 186 -is et hoc genus dentatae stilis ferreis. 18, 233 qualos, -es, fiscinas texere. 21, 84 iuncea -e. 35, 169 illini ...-es parietum luto et lateribus crudis extrui quis ignorat? SIL. 6, 540 praefixo paribus ligno mucronibus omnes armentur laterum -es. IVV. 11, 82 sicci terga suis rara pendentia -e moris erat quondam festis servare diebus. APVL. met. 4, 6 solidis -bus. SOL. 2, 47 *Diomedeae aves* surculis inversum superpositis imitantur texta -um. 56, 8 bubulis utribus ... contabulatas -es superponunt. PALLAD. 1, 5, 1 *gleba* ad tegendam se graminis sui -e sufficiens. OPTAT. 2, 4 p. 39, 6 sic speluncam quondam foris a civitate -bus saepserunt. AMM. 14, 2, 10 innare temere contextis -bus (25, 8, 2). CASSIOD. var. 5, 42, 8 iste consutili -e praecinctus munitior redditur fragilitate cannarum (*syn.* gestabili muro cannarum).

b *in usu militari*: PAVL. FEST. p. 40 cerrones leves et inepti a -bus dicti, quod Siculi adversus Athenienses -bus pro scutis sunt usi, quas Graeci γέρρας appellant (p. 94). p. 231 plutei -es corio crudo intentae quae solebant opponi militibus opus facientibus et appellabantur militares. nunc etiam tabulae, quibus quid praesaepitur, eodem nomine dicuntur. GLOSS. γέρρον, εἶδος ἀσπίδος Περσικῆς. *cf.* VARRO *supra l. 18.* CAES. Gall. 4, 17, 8 haec ... longuriis -busque consternebantur. 5, 40, 6 pinnae loricaeque ex -bus attexuntur. 7, 58, 1 Labienus ... -bus atque aggere paludem explere atque iter munire conabatur (7, 86, 5 civ. 1, 40, 4). 7, 79, 4 proximam fossam -bus integunt atque aggere explent. 7, 81, 2 subito clamore sublato ... -es proicere ... parant. civ. 1, 25, 9 has (*rates*) ... a fronte atque ab utroque latere -bus ac pluteis protegebat (CVRT. 5, 3, 7. TAC. hist. 2, 21 pluteos -esque et vineas. 2, 22. 3, 20 AMM. 21, 12, 6). 1, 27, 4 haec levibus -bus terraque inaequat. 2, 2, 2 per duos ordines -um. 2, 15, 2 quidquid est contignatum, -bus consternitur, -es luto integuntur. 3, 46, 1 Caesar ... -es ad extremum tumulum contra hostem proferri et adversas locari ... iussit. 3, 46, 3 -esque pro munitione obiectas propulerunt *Pompeiani.* 3, 46, 5. 3, 80, 4 Caesar ... scalas musculosque ad repentinam oppugnationem fieri et -es parari iussit. BELL. Alex. 18, 1 aut scalis aut -bus. BELL. Afr. 20, 3 ut sibi -es materiemque congererent. BELL. Hisp. 16, 2 extulerunt virgulta, -es ad fossas complendas. VERG. Aen. 7, 633 flectuntque salignas umbonum -is. LIV. 10, 38, 5 locus est consaeptus -bus pluteisque et linteis contectus. 23, 19, 12 nuces ... fusae ... -bus excipiebantur. 27, 3, 3 erant ... pleraque ex -bus ac tabulis facta. VITR. 10, 14, 3 circum tabulata collocentur -es ex tenuibus virgis creberrime textae. CVRT. 10, 2, 23 ex -bus scuta. LVCAN. 1, 241 nuda iam -e fluentes invadunt clipeos. 3, 485 perpetuam rupit defesso milite -em. 3, 495 percussae cedunt -es. VAL. FL. 3, 199 -emque trilicem. SIL. 5, 522 cui medio leviter clipeo stetit aeris in ora cuspis et oppositas vetita est tramittere -es. STAT. Theb. 4, 110 omnibus aeratae propugnant pectora -es. FRONTIN. strat. 1, 5, 5 alias *vias* operuit -bus. TAC. hist. 4, 23 -es vineasque parare. ann. 1, 68 proruunt fossas, iniciunt -es. 4, 51 virgultis et -bus et corporibus exanimis complere fossas. VEG. mil. 1, 11 scuta de vimine in modum -ium corrotundata texebant, ita ut duplum pondus -is haberet, quam scutum publicum habere consuevit. *ibid.* tiro cum -e illa et clava velut cum gladio se exercebat. 1, 12 dupli ... ponderis illa -is et clava ideo dabantur. 4, 6 ut de ligno -es facerent, quas metallas vocaverunt. 4, 15 huius tectum munitione duplici tabulatis -busque contexitur. 4, 21 in uno ... capite -bus sive tabulatis contexitur machina. AMM. 19, 7, 3 -es vimineas praetendentes. 20, 7, 6 alii opponentes vimineas -es. 20, 11, 10 vimineae -es cum procederent. 24, 4, 16 vimineas -es prae se ferentes. SIDON. epist. 7, 1, 2 putrem sudium -em. 8, 12, 5 superflexa -e paradarum.

c *in poena*: PLAVT. Poen. 1025 sub -im ut iubeas se supponi. LIV. 1, 51, 9 deiectus ad caput aquae Ferentinae -e superne iniecta. 4, 50, 4 quos necari sub -e iusserat. TAC. Germ. 12 ignaros et imbelles et corpore infames caeno ac palude, iniecta insuper -e, mergunt.

2 *translate*: **a** *de costis, pectore aliisque corporis partibus et de toto corpore*: VERG. Aen. 12, 508 -is pectoris (SOL. 1, 75. AMBR. hex. 6, 9, 70 pectoris -em ventrisque mollitiam. ENNOD. opusc. 1 p. 270, 8 GREG. TVR. Franc. 10, 14). OV. met. 8, 806 pendere putares pectus et a spinae tantummodo -e teneri. 12, 370 quae laterum -em perrupit. APVL. met. 4, 12 perfracta diffissaque -e costarum (ARNOB. nat. 3, 13 sub costis earumque sub -bus. PRVD. perist. 11, 57). TERT. resurr. 42 Gigantum cadavera ..., quorum -es adhuc vivunt. LACT. opif. 5, 5 ut illius solidae -is (*sc. costarum*) amplexu possent esse munita. PRVD. apoth. 891 angelus hospitium ... nescit adire caducum -is tabifluae. cath. 8, 59 frangit et -em luteam laboris grandior usus (SCHOL. *ad l.* corpus). perist. 3, 148 non laceratio vulnifica -e tenus nec arata cutis. VINDIC. epist. ad Valent. 9 verendum est, ne perforans cutem ac pertundens -em capitis generet in eo vitia diversa. OROS. hist. 4, 8, 11 quae (*tela*) per horrendam squamarum -em quasi per obliquam scutorum testudinem labebantur (*cf.* SIDON. carm. 22, 60 -em nativam nec tela forant). SIDON. epist. 2, 2, 8 veras dentium -es. DRAC. laud. dei 3, 696 curvis spina latus complectitur aspera costis pectora circumstant -es iugulique ligantur. IORD. Get. 75 Danubius suscipiens flumina in modum spinae quem costas ut -em intexunt.

b *de aliis rebus crati similibus*: *huc fortasse pertinet*: GLOSS. Werth. anglosax. gaerdes [cirographa]. VERG. georg. 4, 214 -es solvere favorum (AMBR. hex. 5, 21, 69 quae castra quadrata tantum possunt habere artis et gratiae, quantum habent -es favorum. *cf.* GLOSS. grates cellae *et* cellulae apium). ARNOB. nat. 6, 16 videretis deos ... lamminarum flatilium ... esse -es. *i. q.* ἐσχάρα: HIL. Macc. 49 -bus impositos subiectis urere flammis cernat *mater.* LEO M. serm. 85, 3 ut per -em ferream ... fieret cruciatus vehementior. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 763 fluctus fracti elisa tabularum -e resultant. ALC. AVIT. carm. 5, 512 assuti -is compacta metalli (*de lorica*). *in imagine*: OROS. hist. 3, 2, 9 contexui indigestae historiae inextricabilem -em. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 262 arcebatque omnem foliorum -e calorem arboris unius densum nemus.

deriv.: craticius, craticula (-um), craticulatim, cratio.

crātītio, -is *f. a* cratire. PLIN. nat. 1, 18, 50 de occando, runcando, sariendo. de cratitione. *Burger.*

? **crauceum** maliasis GLOSS. II 529, 27. *Hesych.* μαλεή *et* κραυγίας *confert Bücheler.*

craxo *sim. v.* charaxo.

crea stercora GLOSS. V 595, 53. *cf.* GLOSS. Plac. V 13, 22 (= 55, 11) crea stercus: unde nos ea quae ex ore abicimus excreare, dicimus, id est expuere. *sim.* V 282, 39. 596, 33. [*ab* excreare *ductum esse videtur, cf.* screa. *Th.*] *L.*

creābilis, -e *a* creare. *is qui creari potest; qui nondum creatus vel perfectus est*: PS. APVL. Ascl. 15 qualitatis materiae, quae -is est, tametsi creata non est. HIER. Didym. spir. 12 inconvertibili aeternum est consequens ... convertibili -e subsequens est. AVG. conf. 12, 17, 26 non iam perfectas atque formatas ... naturas ..., sed ... adhuc informem rerum formabilem -emque materiam. 12, 19, 28 quicquid -e atque formabile est (*opp.* creatum atque formatum). 12, 22, 31 quod factum est -e atque formabile. 12, 28, 39 alius ... -em materiam caeli et terrae ..., alius iam formatas distinctasque naturas. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 4, 14 verbum ergo erit ... -e et con-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

trectabile atque visibile (*opp.* increatum). *adde*: GAVDENT. serm. 7. 18 (*v. l. 15 sqq.*).

creagra, -ae *f.*, κρεάγρα. greagra: EVCHER. instr. 2 p. 147, 13 GLOSS. IV 605, 32. GLOSS. -as tridentes. -ae unci ferrei carnarii. -ae sunt fuscinulae ad carnes ex caldariis efferendas (*cf.* EVCHER. instr. 2 p. 147, 13 greagrae in Paralipomenon fuscinae ad carnes de caldariis proferendas, graecum est) GLOSS. IV 605, 32 greacre fuscinae ad carnes. *cf.* 266, 2 oreagra fuscinula graece.

nomen instrumenti de quo v. Blanchet, Daremberg-Saglio II p. 1557 s. v. harpago. VVLG. II par. 4, 11 fecit ... Hiram lebetes et -as. 4, 16 et lebetes et -as et phialas *fecit*. Ier. 52, 18 lebetes et -as et psalteria et phialas ... et omnia vasa aerea. *adde*: MART. CAP. 9, 997 (vers.) Pelasgos dum docere nititur artes -is vix amicas Atticis (*fort. corruptum*).

? **creālis,** -e *a* creare. *i. q. creabilis*: GAVDENT. serm. 7 bonum se (*i. dei filium*) iuxta conditionem -ium (*cod. Rem.*, crearum *Paris. m. 1,* creatura *m. 2,* creabilium *codd. rec.*) bonorum nuncupari. 18 ei se largiturum possessionem -ium (*cod. Rem.*) pollicetur *diabolus*.

creāmen, -inis *n. a* creare. PRVD. ham. 505 ex elementis cuncta solubilibus fluxoque -e constant (*i. natura, corpore*).

creamentum *v.* crementum.

creātio, -ōnis *f. a* creare. *si excipis* CIC. leg. 3, 10, *non legitur ante* ITALAM *et* PAPIN. [GLOSS. II 594, 50 suggurunda -o (cenatio *Heraeus*)].

1 *i. q. actus creandi*: **a** *de magistratibus sim.* (GLOSS. χειροτονία): CIC. leg. 3, 10 -o magistratuum, iudicia populi ... plebi libera sunto. PAPIN. dig. 26, 7, 39, 6 tutor datus adversus ipsam -em *tutoris* provocavit. MOD. dig. 48, 14, 1 ad curam principis magistratuum -o pertinet. HEGES. 5, 16 l. 122 nobis ... sacerdotum -em restituerunt. LEO M. epist. 167, 1 vana habenda est -o *clericorum*. NOVELL. Anth. 3, 1 divina maiestas et nostra -o ... imperii commiserit potestatem. HYD. praef. chron. II p. 14, 20 deformem ordinis statum -bus indiscretis (*v. Brassloff, PW. IV 1686*). **b** *de liberis* (GLOSS. -o filiorum τεκνογονία): VLP. dig. 1, 7, 15, 2 magis liberorum -i studere debeat. EPIST. Paul. et Cor. II rec. A 8 ut vivificetur per filii -em (rec. B adoptionem). FAVST. REI. spir. 2, 2 p. 134, 9 ante -is initia ... Mariae corpus impletur et inter initia -is filius ... concipitur.
c *de rebus a deo creatis*: HIER. in Eph. 4, 23/4 p. 626 -o apud nos generatio vel nativitas dicitur, apud Graecos vero sub nomine -is verbum facturae et conditionis accipitur; et quod apud nos conditio, hoc apud Graecos -o sonat. in magnis operibus verbum -is assumitur. *cf. l. 62.* ISID. diff. 2, 27 inter -em mundi et formationem eius haec est differentia, quod originaliter secundum materiae substantiam simul cuncta creata sunt *eqs.* MAR. VICTORIN. verb. script. 7 post aquarum -em intellegas vesperam. PS. MAR. VICTORIN. phys. 6 ventorum flatus ... nascentium -bus subministrat. HIL. in Matth. 5, 8 in substantia sua et -e corporeum. 33, 6 divinae operationis mysterium totius -is stupore sentitur. myst. p. 5, 34 in -e mulieris non iam limus apprehenditur. p. 27, 1 -o orbis. in psalm. 2, 14 caelestium et invisibilium -es. syn. 17 -em referens ad parentis indemutabilem naturam. *ibid.* est opus virtutis -o, non naturae ex natura gignente nativitas. trin. 1, 13 ut nova in se generis nostri -e constitutionem decreti anterioris abolet (HIER. epist. 124, 8. *ibid.* in alio saeculo. *cf.* PROSP. epist. 2, 19 nisi *naturam* ... secundae -is Christi gratia reformaverit, *ibid. saepe* regeneratio. resp. ad Gall. 1, 8 alia -e alioque principio renovari egemus). HIL. trin. 1, 16. 6, 18 usurpas ... nativitatem filii ad -is voluntatem. *ibid.* -is indultae sibi habeat substitutionem. 6, 33 naturae in naturam vel demutationem vel profectum vel -em. 11, 8 -o ex nihilo subsistat, generatio vero naturalem habeat nativitatis auctorem. FILASTR. 109, 3 in -e hominis. 126, 2 angelorum. HIER. epist. 98, 17. 140, 6 -o *significat* ... eius, qui prius non erat, conditionis exordium. VVLG. Hebr. 9, 11 tabernaculum non manufactum, id est non huius -is (κτίσεως). PS. RVFIN. in Am. 5, 7 solus ... dominus iure -is ostenditur. AVG. civ. 11, 4. 6 -is mundi et temporum. 11, 9. 22 causam -is rerum. 11, 32. 12, 13. 26 -em ... conditionemque omnium naturarum. epist. 166, 15. 167, 1 in origine suae -is. gen. ad litt. 7, 28 p. 227, 9 quorum -o spatiis temporalibus distat. 9, 16 p. 289, 9. PS. AVG. quaest. test. I 17 ne fructum haberent -is dei. 55. serm. 125, 2. ZACCH. 1, 32. CASSIAN. conl. 8, 7, 2 -is et opificii sui principia. 8, 7, 3. NICET. spir. 7 -o sine spiritu facta. 8 si -o et renovatio per spiritum erit. 9. LEO M. serm. 12, 1 -is nostrae ... exordium. SACR. Leon. p. 370 -is tuae (*i. dei*) circa mortalitatem nostram testificentur auxilium. FAVST. REI. spir. 1, 6 p. 108, 27. VICT. VIT. 2, 79 -is totius auctor deus. 2, 83 *bis.* ORIG. in Matth. 18, 54 a -e mundi usque ad consummationem. 18, 69 quicquid habuerit quis ex naturali -e. LIB. iubil. 15, 27. PS. PRIMAS. in Eph. p. 612[D] non de illa -e dicit *Paulus*, qua in Adam vel ex Adam nascimur, sed qua in baptismo per gratiam reformamur. ISID. orig. 5, 39, 1 prima aetas in exordio sui continet -em mundi. *nota*: AMBR. Noe 24, 86 -o hominis de luto terrae. ZACCH. 1, 31 bonam nostri -em ... egit in crimina *diabolus*.

2 *i. quod creatum est, creatura*: ITALA Hebr. 4, 13 (Lucif. non conv. 10 p. 22, 10) non est ulla -o (κτίσις, VVLG. creatura) quae non pareat ante illum. HIL. syn. 17 -o ... sumit exordium de creantis potestate potente ... creatore ex nihilo condere creaturam. 20 omnium -um ... dici deum patrem. 84. SERM. Arrian. frg. I 6 spiritus sanctus ... maior omnibus -bus. VVLG. IV Esdr. 9, 17 qualis operator talis -o. MAXIMIN. c. Ambr. 46 filium ... creatorem esse totius -is. AVG. c. Iul. op. imperf. 5, 64. HERM. vulg. mand. 8, 1 -es domini duplices sunt (κτίσματα, Pal. creatura). ZACCH. 1, 11 -o ... ex materia corruptibili effecta. CASSIAN. c. Nest. 7, 3, 2 si ad terrenas -es respicis. LEO M. serm. 30, 4 haec generatio ... supra omnem originem humanae -is excellit. VIRG. gramm. epit. 4 p. 23 ingenium de ingenuitate -is creatoris sibi insertum ac nominatum.

syn.: conditio. regeneratio. creatura.

×**creātor,** -ōris *m. a* creare. ISID. orig. 9, 5, 5 (= 11, 1, 15 GLOSS. Plac. V 18, 19. 66, 19) hinc (*a cremento*) et parentes -es dicuntur. AVG. serm. 118, 1 -r est ... qui fecit, creatura autem quod fecit. PAVL. NOL. epist. 16, 2 -r pariter et creatura, id est opifex et opus. PS. HIL. c. Arrian. 13, 23 -r ... et creatura, id est factor atque factura. GLOSS. factor. κτίστης. δημιουργός, κτίστης. γεννήτρια (? γεννήτης, γεννήτωρ *e*). *legitur inde a* CIC.

is qui creat: 1 *generatim, plerumque accedit vel subintellegitur genetivus obiectivus*: CIC. Balb. 31 princeps ille -r huius urbis Romulus. VLP. dig. 50, 8, 2, 7 -r *magistratus* nihil praestare debet (GLOSS. χειροτονητής. COD. Theod. 12, 11, 1, 3 [*a. 314*] periculo curatoris kalendari et magistratuum et -um ... pecunia collocanda est. 12, 1, 192 [*a. 436* = COD. Iust. 10, 31, 59] tam nominati quam etiam -es. COD. Iust. 6, 62, 5 pr. qui velut -es decedentium attinentur). FILASTR. 55, 5 angelos dicunt -es esse animarum nostrarum. HEGES. 2, 12 l. 13 mirabilium -em operum *Iesum*. AVG. civ. 12, 25 an ullius ... creaturae possint dici angeli -es. *ibid.* animalium. 12, 26 agricolas non dicimus fructuum quorumque -es (gen. ad litt. 9, 15 p. 287, 8. 9, 16 p. 289, 20). EVSTATH. Bas. hex. 8, 1 p. 945[B] sermo divinus nascentium ... -r est. ALC. AVIT. carm. 2, 40 se semet fecisse putans, suus ipse -r ut fuerit *diabolus*. SCHOL. Stat. Theb. 12, 622 Hymetti montis, -is mellis.
i. q. parens (*cf. supra l. 14*): CIC. carm. frg. 22, 24 nobis haec portenta deum dedit ipse -r. OV. met. 8, 309 Telamon ... magnique -r Achillis. SEN. Phaedr. 888 te, -r caelitum. CORP. III 710 (*imp. Diocl.*) diis genitis et deorum -bus. MART. CAP. 2, 197 deorum rigidissimum -em. ENNOD. dict. 17, 2 p. 474, 6 -is proprii exitium ... removere. 17, 7 p. 475, 16. 18, 8 p. 477, 26 si ille -em torvo lustrasset aspectu (*ibid.* genitore). 19, 5 p. 479, 27 quotiens -es tui sollicitis deum movere suspiriis. epist. 7, 31 p. 198, 3 -es reptantium parvulorum. 8, 32 p. 220, 18. 9, 2 p. 229, 20 -r pro filio ... supplicet. 9, 4 p. 231, 19. 9, 11 p. 236, 21 progeniem sanctis -bus ... procedentem. *de deo*: LVCAN. 10, 267 ille -r atque opifex rerum. PS. APVL. Ascl. 2 qui est unus omnia vel ipse est -r omnium. TERT. adv. Marc. 1, 10 si unius familiae deus fuisset -r. 5, 5 hominis et universitatis -em et institutorem. 5, 17 aëris huius -em. *ibid.* irae filios ad naturam rettulit, non ad -em. resurr. 2 ne -r carnis habeatur. PS. TERT. haer. 6 duos deos ... bonum superiorem, saevum hunc mundi -em. COMM. apol. 158 qui esset -r eorum. instr. 1, 13, 3 quaerendus est petrae -r. PANEG. 9, 13 deus ille mundi -r et dominus. HIL. c. Const. 4 omnipotens deus et universorum -r. trin. 1, 10 -em suum (*animi*) deum. FILASTR. 112, 7 doctrina ... suum ... agnoscens dominum recordansque -em. PRISCILL. tract. 6, 104 omnium -r in totis est. HYMN. Ambros. 1, 2, 1 deus -r omnium. MAXIMIN. c. Ambr. 46 patrem ... -em esse -is, filium vero -em esse totius creationis. HIER. in Am. 3, 7 p. 323 huius ... locustae fictor et -r est deus. VVLG. deut. 32, 18 oblitus es domini -is tui. Iudith 9, 17 -r aquarum. eccles. 12, 1. sap. 13, 5 -r horum. II Macc. 1, 24 omnium. 7, 23 mundi -r. OPTAT. 2, 1 p. 34, 22 *terra* debet laudes -i suo. 7, 2 p. 169, 12 -r unus omnium est animarum. AVG. civ. 1, 28 -is mundi atque rectoris. 4, 31 animae. 6 praef. 7, 30 qui universarum aquarum -r et gubernator est. 10, 3 Platonici quamvis -em universitatis intellexerint. 10, 14 animae -i ac domino. 11, 28 sumus ad nostri -is imaginem creati. 12, 26 quis ... alius -r est temporum nisi qui fecit ea .... 14, 4 cum sit eius (*hominis*) auctor et -r deus. quant. anim. 34, 77. epist. 144, 2 deo -e ac perfectore naturae. serm. 100, 1, 2 amandus est generator, sed praeponendus est -r. BREV. fid. adv. Arrian. p. 658[A] universitatis. OROS. hist. 3, 8, 8 -is orbis universi. NICET. symb. 2 deum ... caeli et terrae -em. LEO M. serm. 42, 3 substantiarum. CANON. Migne 56 p. 879[B] -r omnium, quae sunt, et auctor. SALV. gub. 4, 44. ALC. AVIT. carm. 3, 384 praepollens hominum rerumque -r. 4, 229 summus terrae pelagique -r. CASSIOD. var. 9, 18, 9 -em vitae ... mortis auctorem. BENED. reg. 16 nostro. 73. GREG. M. epist. 8, 24. 13, 45 -is ac redemptoris nostri. CORP. X 4525 credo me resurgere ante -em meum. INSCR. christ. Rossi II p. 109, 63, 9 *Christus* ipse sator semenque sui matrisque -r. p. 168, 19, 7 sanguine me proprio roboravit mundi -r. *cf.* CORIPP. Iust. 2, 52 virgo -is genetrix sanctissima mundi. *adde*: PAVL. FEST. p. 122 cerus manus intellegitur -r bonus.

2 *speciatim: absolute, i. q. deus Iudaeorum vel christianorum*: TERT. adv. Hermog. 10 malum a materia, non a -e deducunt. ieiun. 15 opera -is. adv. Marc. 1, 7 angeli aut homines -is. 1, 9 deum ... praelatiorem nostro -e. 1, 21 alium deum ... non fuisse ... quam -em. 1, 24 bellis et pestibus aliisque plagis -is. 1, 25 affecti-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bus, quos Marcionitae ... a deo suo abigunt in -em. 2, 2. 3 bonitas -is, qua se deus noluit ... latere. 2, 10 in -em dirigas culpam ut in auctorem diaboli. 3, 5 ad scripturas ... -is. 3, 11 a -is prophetis (4, 9). 3, 16 spiritus -is, qui est Christus. *ibid.* non alterius sperabatur Christus quam -is (*ibid.* commune ... alterius dei Christo cum Christo -is. 3, 18. 4, 2 ad unicum deum attinet -em et Christum eius. 4, 6 aut Marcionis Christum aut -is. 4, 29. 39). 3, 21 proselytos quaeris, qui de nationibus transeunt ad -em. 4, 7 de caelo -is (*ibid.* de suo caelo in -is descendens. 4, 22). 4, 15 magis -is ... quam eius dei, qui nec propria cuiusque castiget. 4, 20 fide -is, quae alium deum ignorabat. 4, 23 legem -is manifeste confirmavit (5, 7. AVG. civ. 19, 12 eadem lege -is). 4, 23 sectam -is exequitur (4, 27). 4, 26 nec ... in Belzebule ... sed ... in virtute -is. 4, 33 unum deum ponit *dominus* nominaturus et -em. 4, 38 deum diversum a -is exemplis. 4, 39. 5, 2. 7 -em ... inter eos posuisse, qui dei dicantur et tamen non sint. 5, 16 in hoc ... crematoris dei Christus est et in illo -is. *ibid.* -i ... ex operibus intellegendo. 5, 17 homo ... factura -is est. *passim.* PS. TERT. haer. 5 alterum deum fingunt praeter -em. HIL. syn. 17 creantis potestate, potente ... -e ex nihilo condere creaturam. HIER. epist. 64, 22 super creaturas -r insistens. 78, 2 nisi noveris -em (*ibid.* conditoris). VVLG. Rom. 1, 25 servierunt creaturae potius quam -i. AVG. de duab. anim. 5. gen. ad litt. 1, 12 spiritualis ... vita ... non conversa ad -em. civ. 13, 24. 14, 11. 21, 9 per miraculum omnipotentissimi -is. 22, 14 -i ..., qui creavit cuncta de nihilo. epist. 147, 49 utrum de -e an de creatura aliter aliquid sentiatur. in euang. Ioh. 97, 1 -e qui summus et verus et immutabilis est deus. PS. AVG. symb. 3, 3, 3 si ex operibus intellegeres artificem, ex creatura conieceris -em. ZACCH. 1, 1. SIDON. carm. 15, 116 ut pateat substantia summa -r. ALC. AVIT. 2, 23 quaecumque bonus formavit membra -r. VEREC. in cant. 2, 5. CASSIOD. inst. div. 33 -r altissime. in psalm. 50, 2 propter nos creari -em. 138, 3.

nota i. q. deus pater (*opp.* deus filius): TERT. adv. Marc. 2, 29 alienare Christum a -e. 3, 4 tepidus ... in -em et calidus in Christum. 3, 22. 4, 14. 4, 20 Christum -i adaequatum. 4, 25 non minori se tradidit omnia filio -r. 4, 26 patrem, quem etiam appellas -em. 4, 33. 34 Christus contrarium docens Moysi et -i. *saepius. cf. supra l. 5.*

pro adiectivo: TERT. ieiun. 11 unici dei -is (adv. Marc. 1, 16. 3, 20. 21. 4, 2 *et saepius.* VEG. mil. 4, 40 dei arbitrio -is. AVG. civ. 14, 27 -em atque adiutorem deum. CORIPP. Iust. 2, 187. CORP. VIII 21496 a -e deo). FILASTR. 102, 3 ad dominum salvatorem atque -em. AVG. civ. 13, 24 -em spiritum, qui proprie dicitur ... spiritus sanctus (*cf.* NICET. spir. 8 sicubi -r spiritus invenitur).

syn.: auctor, conditor, factor, perfector, fictor, generator, genitor, institutor.

fem. **creātrīx,** -īcis. CHAR. gramm. I 44 creator -x. GRAMM. suppl. 119. GLOSS. γεννήτρια. γεννήτειρα. genetrix, mater. *inde a* CATVLLO *et* LVCR.

LVCR. 1, 629 rerum natura -x (5, 1362). VAL. FL. 5, 142 illa (*i. Chalybum*) -x prima manus belli (SIL. 15, 184 bellorum dira -x evastanda tibi tellus). STAT. Theb. 10, 125 nimborum fulva -x *Iris.* NEMES. cyn. 313 Libye magnarum avium fecunda -x. AMBR. fid. 4, 3, 30 divinitas utpote -x caput est creaturae. HIER. c. Ioh. 16 credis quod universitatis trinitas sit -x. AVG. agon. 1, 1 creatura -x. *opp.* creatura quae non peccavit. c. Faust. 12, 10 creatam ... lucem a -e luce factam esse. gen. ad. litt. 2, 6, 12 in ipso vita est, et vita utique -x. civ. 12, 26 nec feminam sui puerperii -em appellare debemus. 16, 6 -is participes veritatis. c. Iul. op. imperf. 5, 63 cum ... defendi et praedicari natura possit -x. epist. 187, 14 substantia -x mundi. PS. AVG. serm. 246, 1 duas ... naturas ... -is et creatae. SERV. georg. 2, 11 terra mater est rerum omnium et seminum cunctorum -x. 4, 252 vitae longitudo morborum -x. PRVD. perist. 4, 191 turba *martyrum,* quam servat procerum -x purpureorum (*i. Caesaraugusta*). 5, 474 virtus -x omnium (EVSTATH. Bas. hex. 3, 2 p. 892^{C} vivida -x omnium virtus). PAVL. NOL. epist. 21, 4 sensum creaturis omnibus altiorem ex ipso -is omnium rerum corde sapientiae biberat. RVT. NAM. 1, 355 ferri fecunda -x. EVSTATH. Bas. hex. 5, 2 p. 911^{A} neque ... calami progenies potest olearum haberi -x. CLAVD. MAM. anim. p. 112, 4 cum ... ad ipsam -em venitur magnitudinem. p. 193, 12 ascendentes ad -em substantiam. VIGIL. THAPS. c. Arrian. 2, 37 creaturam ... -em esse non posse. 2, 44 totam trinitatem mundi -em esse. DRAC. Orest. 437 Graecia ... legum fecunda -x. FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 36. serm. 2, 3 opus -is omnipotentiae. CASSIOD. anim. 2 p. 1283^{B} -x igitur nulla creata potest esse substantia. FERRAND. epist. 4, 12 creata ... substantia -i substantiae semper est minor. CARM. epigr. 1376, 1 (*saec. VI*) humano generi legem natura -x hanc dedit. *i. q. mater:* VERG. Aen. 6, 367 si quam *viam* tibi diva -x ostendit. 8, 534. PS. AVR. VICT. epit. 40, 17 more Olympiadis Alexandri Magni -is. EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 962^{A} congruam -i mercedem pro tali partu rependens *vipera* (*ibid.* genetrix, mater). CANON. Migne 56, 533^{A} virginem -em ausi sunt negare. 56, 535^{B} virgine divini numinis -e. MARCELL. auct. chron. II p. 104, 534 addit. Theodahadus ... reginam, -em suam, ... occidit. *adde:* CATVLL. 63, 50 patria o mei -x, patria o mea genetrix. STAT. Theb. 8, 303 hominum divumque aeterna -x *Tellus.*

syn.: genetrix, mater.

×**creātūra,** -ae *f. a* creare. criaturam: INSCR. christ. Leblant 540 A Nouv. Rec. (*aev. Merov.?*). -a- *corripitur:* COMM. apol. 636 agnovit dominum omnis -a latentem. 964 excipere sanctos ipsa -a laetatur. instr. 2, 1, 35 caelestem populum gaudet -a videre. 2, 39, 11 ira dei summi ardet -a gemendo. SIDON. carm. 15, 92 materiam cunctis -is aera. VEN. FORT. carm. 2, 15, 8 filius ut dicant quia est -a dei. PS. DAMAS. epigr. 63, 9 sic -a prior tanto pro munere gaudet. *producitur:* PRVD. ham. 506. SIDON. carm. 15, 112 quinta -as superas substantia prodat. ALC. AVIT. carm. 2, 47 ARATOR act. 1, 30 CORIPP. Iust. 2, 26. 30. VEN. FORT. carm. app. 1, 218 -ae fulgida massa novae. AVG. fid. et symb. 4, 5 hoc ... dicimus -am, quod illi κτίσμα vel κτίσιν vocant. GLOSS. χειροτονία. κτίσις. -is κτισμάτων. *legitur inde ab* ITALA *et* TERT.

1 *i. q. actus creandi:* ITALA gen. 2, 4 (Aug. gen. c. Manich. 2, 1, 1) hic est liber -ae caeli et terrae (Aug. gen. ad litt. 5, 1 p. 137, 13 liber -ae vel facturae. γενέσεως, VVLG. istae sunt generationes. *cf.* FILASTR. 79, 4 in libro geneseos, id est -ae mundi. 109, 2 in libro -ae mundi, id est in genesi). FILASTR. 36, 1 docens de generatione ... salvatoris deque -a angelorum (PAVL. NOL. epist. 45, 7 ipsa angelorum -a. LIB. iubil. 15, 27 a diebus -ae ipsorum *angelorum*). AMBR. parad. 2, 7 in hac -a mundi (spir. 2, 6, 50 MAXIMIN. c. Ambr. 134. HIER. epist. 140, 2 cuius ore -am mundi ... didicimus. RVFIN. apol. Orig. 1 p. 549 a prima -a et conditione mundi. APRING. in apoc. 5, 1 liber hic ... praesentis est mundi totius -a. *cf.* OROS. hist. 7, 1, 1 deum ... condidisse mundum -amque eius). AMBR. parad. 2, 7 -am serpentium. HIER. epist. 123, 12 primi hominis. in Is. 65, 20 p. 790 populo dei, qui exultationis et gaudii aeternam suscipiet -am. VVLG. sap. 19, 11 novissime ... viderunt novam -am avium. Sirach 38, 39 -am aevi confirmabant (κτίσμα αἰῶνος). Marc. 10, 6 ab initio ... -ae masculum et feminam fecit eos deus (*cf.* 13, 19 ab initio -ae quam condidit deus. MAXIMIN. c. Ambr. 17 in principio omnis -ae iam erat. EVCHER. instr. 1 p. 67, 21 in exordio -arum). RVFIN. Adamant. 1, 2 alienus ... est *deus* ... ab omni -a (δημιουργήματος). 2, 2 si unusquisque habet propriam virtutem, consequens est ut unusquisque habeat propriam -am (κτίσιν). AVG. c. Iul. 3, 20, 41 Sodomitas et in panis ac vini peccasse -a. *ibid.* bona est -a panis ac vini. OROS. apol. 9, 2 in omni -a caelestium et terrestrium et infernorum. hist. 1, 1, 2 mundi originem -amque hominum. NICET. spir. 3 omnia quae ... in multitudine et ordine -ae sint constituta (AVG. civ. 19, 15 quid postulet ordo -arum. EVCHER. instr. 1 p. 68, 8 in -arum ordine). VIGIL. THAPS. c. Arrian. 1, 11 si alimentorum -a multiplicati faenoris sensit augmentum. ASSVMPT. Moys. 1, 2 bis millesimus ... annus a -a orbis terrae. NOVELL. Iust. 89, 1 pr. *filii* legitimi a -a fiebant (παρὰ τῆς δημιουργίας). LIB. gener. chron. I p. 90, 22.

verbum vel subiectum in acc. c. inf. ex nexu sententiarum subaudiendum: TER. Hec. 221 sed non -idi adeo (*sc. cepisse odium tui Philumenam*), ut *eqs.* 617 -o ea gratia concordes magis, si non reducam, fore. Haut. 192 se miserum esse *narrat.* :: miserum? quem minus -res? Eun. 428 tuomne ... hoc dictum erat? vetus -idi. CIC. div. 1, 23 fingebat Carneades ... saxo diffisso caput extitisse Panisci; -o aliquam non dissimilem figuram, sed certe non talem, ut .... 2, 68 censes anto coronam herbae extitisse, quam conceptum esse semen? herbam autem asperam subito -o avium congestu, non humano satu. Tusc. 1, 38. Att. 13, 2, 3 multis verbis scripsit ad me, -o item ad te. epist. 9, 2, 1. LVCR. 1, 696 -it enim sensus ignem cognoscere vere, cetera non -it, quae nilo clara minus sunt. 6, 411 et simul in multas partes qui -ere possis mittere? (*sc. deum fulmina*). SALL. or. Macri 9 Sulla mortuo ... finem mali -batis. VERG. georg. 1, 415 haud equidem -o (*sc. corvos strepitare*) quia sit divinitus illis ingenium. HOR. epist. 1, 6, 8 quo spectanda modo, quo sensu -is et ore? OV. ars 3, 426 quo minime -is gurgite, piscis erit. LIV. 6, 1, 7 cui iudicio eum mors adeo opportuna, ut voluntariam magna pars -ret, subtraxit. 6, 13, 7 pars maxima captivorum ex Latinis ... fuit nec hominum de plebe, ut -i posset mercede militasse. 21, 38, 6. 22, 32, 7 si quam opem in sese -rent. SEN. contr. 1 praef. 9 nisi illam vocem non M. Catonis, sed oraculi -itis. 2, 7, 8 qui pudicam (*sc. eam esse*) libentissime -rem. 7, 1, 6. SEN. Ag. 244 -is aut speras tibi Agamemnonis fidele coniugium? Med. 857 quis -at exulem? dial. 7, 12, 3 quia scit se cum voluptate vivere, -it et cum virtute. benef. 6, 43, 1 qui ingentis animi -unt proferre, donare .... LVCAN. 3, 759. PLIN. nat. 7, 6 quis enim Aethiopas, antequam cerneret, -idit? 11, 149 venas ab his pertinere ad cerebrum peritissimi auctores tradunt; ego et ad stomachum -erim. IVV. 6, 275 tu -is amorem (*sc. in uxore tua inesse*). 15, 21 nam citius Scyllam ... -erim aut ... cum remigibus grunnisse Elpenora porcis. PLIN. epist. 9, 21, 1 flevit multum ... fecit mihi fidem paenitentiae: vere -o emendatum, quia deliquisse se sentit. paneg. 11. TERT. patient. 10 p. 16, 12 quid ergo -imus iudicem illum, si non ultorem? *passive nominativus c. infinitivo*: PLAVT. Stich. 48? *v. p. 1140, 14.* LVCR. 4, 388 quae *navis* manet in statione, ea praeter -itur ire. 4, 852 haec igitur possunt utendi cognita causa -ier, ex usu quae sunt vitaque reperta. 6, 763. SALL. Catil. 15, 2 *Catilina* ... pro certo -itur ... fecisse. hist. frg. 2, 87 et in eo -batur epulari diebus certis dea. HOR. epist. 2, 1, 168. OV. epist. 8, 114 et mihi pollutas.-or habere manus. 13, 34 ars 1, 14. 600 -atur nimium causa fuisse merum. 2, 220 met. 1, 749. 4, 320 puer, o dignissime -i esse deus. *et saepius.* LIV. 1, 48, 5 -itur ... admonitu Tulliae id factum. 22, 31, 11. 22, 51, 4 mora eius diei satis -itur saluti fuisse. 29, 32, 9 ipse perisse -itus. 30, 2, 9. PAVL. FEST. p. 86 fescemnoe vocabantur qui depellere fascinum -bantur. p. 129. 368. SEN. contr. 9, 6, 3 ut -retur noverca privigno dedisse. suas. 5, 2 VAL. MAX. 1, 7 ext. 2. 1, 8 ext. 12 illa nonne ludibria naturae in corporibus humanis fuisse -enda sunt. 2, 1, 7. 3, 3 ext. 6 *saepius.* SEN. Tro. 490 haec causa multos una ab interitu arcuit, -i perisse. dial. 2, 2, 2 benef. 6, 33, 3 nat. 3, 25, 12. epist. 82, 15 in quas adductura mors -itur. CVRT. 6, 5, 18 *Bucephalus* -batur sentire, quem veheret. COLVM. 6 praef. 7 Italia, quae ab hoc nuncupationem traxisse -itur, quod. 6, 5, 3. 8, 5, 12. MELA 1, 75 habitarique a diis *specus* et dignus et -itus. 2, 31. 99 duae parvae parvoque distantes spatio et aliquando -itae dictaeque concurrere et Cyaneae vocantur. 2, 117. LVCAN. 3, 99 namque ignibus atris -itur ut captae rapturus moenia Romae. LAVS Pis. 171. PLIN. nat. 2, 166 quod ita formasse artifex natura -i debet. 4, 89. 6, 82. 16, 234 vita arborum quarundam immensa -i potest. VAL. FL. 2, 345 Thressa manus, quaecumque faces timuisse iugales -ita. STAT. Theb. 6, 337 -i nec degener illo de grege. Ach. 1, 91 -ēris, *Theti*, peperisse Iovi *Achillem.* Theb. 4, 291. MART. epigr. 21, 4 quale fuisse nemus -itur Hesperidum. QVINT. inst. 1, 10, 18 ut *Plato* suppositos capiti libros *Sophronis* ... habuisse -atur. 3, 1, 11. 3, 4, 12 *al.* IVV. 3, 146. TAC. hist. 2, 52 ne ... cunctanter excepisse victoriam -rentur *senatores.* 2, 86. 3, 11. 32. PLIN. epist. 1, 8, 15 ii vero, qui benefacta sua verbis adornant, non ideo praedicare quia fecerint, sed ut praedicarent, fecisse -untur. 3, 7, 3 *al.* SVET. Tib. 52 etiam causa mortis fuisse ei per Cn. Pisonem legatum Syriae -itur. 62 plures aliquanto necaturus ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus -itur. Cal. 50. GAIVS inst. 2, 21 provinciae, quae propriae Caesaris esse -untur. APVL. mund. 15 prius coruscare caelum -itur. TRYPH. dig. 1, 5, 15 iam libera peperisse -enda est. VLP. dig. 2, 15, 9, 1. 4, 7, 11. TERT. adv. Marc. 1, 17 p. 312, 14 quomodo ergo, quia liberasse dicetur, etiam esse -etur, cum potuerit et esse et non liberasse? SOL. 52, 4 *India* diu etiam -ita est tertia pars esse terrarum. ARNOB. nat. 1, 26 deus esse -endus est. *saepius.* IVST. 1, 2, 4 PRISCILL. tract. 6, 105. AMM. 24, 5, 7 rex propediem affore -batur. 29, 1, 38. SCHOL. Germ. Sang. p. 222, 7 luna globum suum -itur habere. RVFIN. symb. 4 -endus est ergo deus esse pater ... non discutiendus. CLAVD. 5, 150 tantis capiendi -imur armis (*sc. Rufinus*), tot signis unum petitur caput. AVG. civ. 3, 17 ita ut iam defecturum genus animalium -retur. FAVST. REI. grat. 1, 16 p. 49, 7 etiam impii ... resuscitandi esse -untur. INSCR. christ. Hisp. 165 -ĕtur (*pro* -itur, *sicut antea* tegĕtur *pro* tegitur) etheriae lucis habere diem. *infinitivus omisso pronomine personae*: PLAVT. Cas. 271 atque hoc -o impetrassere (*sc. me*). Merc. 706 vidisse -o mulierem in aedibus. Mil. 402 *cf. p. 1133, 24.* TER. Haut. 881 ut nihil -as intellegere, nisi idem dictumst centiens. VARRO Men. 277 -o ridere. rust. 3, 1, 5. CIC. Att. 13, 48, 2 quaedam enim vix mihi -o legisse. VERG. Aen. 1, 218 spemque metumque inter dubii, seu vivere -ant sive extrema pati. OV. am. 1, 8, 71 sine -at amari. rem. 540 iam quoque cum -es posse carere, mane. LIV. 24, 18, 14 nusquam eas tutius sanctiusque deponere -entibus, qui deferebant, quam in publica fide. VAL. MAX. 1, 7 ext. 8 inter somnum exaudisse vocem -idit. QVINT. inst. 2, 1, 2 hi non satis -unt excepisse. PLIN. epist. 4, 3, 4 Callimachum me vel Heroden vel si quid his melius tenere -bam. AMM. 17, 3, 1 damnis mederi posse -bat. VVLG. psalm. 26, 13 -o videre bona domini in terra viventium (πιστεύω τοῦ ἰδεῖν). CORP. X 1377 -o resurgere (1380 ego ... -o resurgere. *cf.* 4525 -o me resurgere ante creatorem meum).

γ *aliquid*: PLAVT. Amph. 773 id. 835 vera dico, sed nequiquam, quoniam non vis -ere. Asin. 202 oculatae manus sunt nostrae, -unt, quod vident. Curc. 641 qui -am ego istuc? Merc. 628 quia tibi in manu est quod -as, ego quod dicam, id mi in manust. Trin. 115 haec. 607 si hoc non -is, ego -ero. TER. Andr. 511 unde id scis? :: audivi et -o. Hec. 844 timeo ne aliud -am atque aliud nunties. Haut. 105 id. 1018. Eun. 1012 ea quae dixi. LVCIL. 889 id quod verum est. VARRO Men. tit. cras -o, hodie nihil. CIC. Catil. 1, 30 qui ... coniurationem ... nascentem non -endo corroboraverunt. de orat. 1, 175 re (*sc. nuntio de morte*) -ita. 2, 287 istorum nihil. Att. 1, 16, 12 quod ego non -o. 4, 20, 4 quid -as, videris. 7, 25 omnia facilius -ere possum quam quod scribitis. 15, 4, 1 quod quidem ita -o. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 6, 1 nihil minus -endum est. LVCR. 1, 624 quod quoniam ratio reclamat vera negatque -ere posse animum. 2, 1027. CAES. Gall. 3, 18, 6 quod fere libenter homines id, quod volunt, -unt (civ. 2, 27, 2 nam quae volumus, et -imus libenter. QVINT. inst. 6, 2, 5). 5, 28, 1. SALL. Iug. 107, 2 ea. NEP. Dat. 9, 2 VERG. ecl. 10, 46. Aen. 2, 196 talibus insidiis periurique arte Sinonis -ita res. CIRIS 189. quis non bonus omnia malit -ere quam tanti sceleris damnare puellam? HOR. epod. 17, 27 negatum vincor ut -am miser. ars 339 ne quodcumque volet, poscat sibi fabula -i. TIB. 1, 2, 59. PROP. 1, 15, 34 ocelli, per quos saepe mihi -ita perfidia est. 3, 6, 4. OV. am. 2, 7, 13 omnia. epist. 2, 9 tarde, quae -ita laedunt, -imus. epist. 16, 89. ars 2, 638 quod non contigit esse. met. 1, 400 hoc. 7, 717 adulterium. 10, 302 nec -ite factum, vel, si -itis, facti quoque -ite poenam. 12, 360. 532. 13, 43 utinam aut verus furor ille aut -itus esset. fast. 4, 307 certa quidem sed non et -ita. trist. 2, 64 in non -endos corpora versa modos. Pont. 4, 10, 35 vix vos ea -ere dicunt ... -e tamen. EPICED. Drusi 329 si non temere haec -untur. LIV. 1, 7, 8 Euander venerabilior divinitate -ita Carmentae matris. 1, 15, 6. 1, 31, 2. 2, 7, 7 haec dicta vulgo -itaque. 5, 15, 1 prodigia ..., quorum pleraque et, quia singuli auctores erant, parum -ita spretaque. 5, 46, 10 quod magis -ere libet. 6, 37, 5. 10, 3, 4 id magis -o, quam Q. Fabium ea aetate atque eis honoribus Valerio subiectum. *ibid.* nec aspernanda res visa neque incaute -enda. 21, 62, 1 multa nuntiata et temere -ita sunt. 24, 10, 6 prodigia ..., quae quo magis -bant simplices ac religiosi homines, eo plura nuntiabantur. 25, 19, 12 id non promissum magis stolide, quam stolide -itum. 27, 50, 7. 28, 24, 15 mors Scipionis falso -ita occaecabat animos. 28, 25, 2 ut -isse potius temere quam finxisse rem talem videri posset. 28, 29, 4 quid -erint homines, quid speraverint, quid optaverint. 29, 14, 2. 33, 47, 9 id itum vulgo. 37, 10, 6. 42, 13, 1 incertis iactata rumoribus et cupidius -ita. MANIL. 2, 132 rite sequenda via est ac veris -ita causis. SEN. contr. 2, 7, 7 numquid non testamentum viri -itis? 4 praef. 2 quod magis -erim. contr. exc. 5, 2 nemo quicquam facile -it, quo -ito dolendum sit. 10, 1, 6. VELL. 1, 12, 2 magis, quia volebant Romani quidquid de Carthaginiensibus diceretur -ere, quam quia -enda afferebantur. VAL. MAX. 4, 7, 4 vani est istud narrare, stulti -ere. SEN. Herc. f. 314 quod nimis miseri volunt, hoc facile -unt. OCTAVIA 274 *fama* falso -ita (TAC. ann. 6, 35). 360 *nati tui* facinus vix posteritas, tarde semper saecula -ent. 540. dial. 2, 3, 1 magna promittitis et quae ne optari quidem, nedum -i possint. 5, 40, 1 -itumque apud plerosque robur. 11, 9, 2 per falsa et prave -ita. epist. 13, 13 vanus auctor est, vanus haec aut finxit aut -idit. 117, 13 hoc sensus ostendit, animus -idit. CVRT. 4, 3, 22 deteriora. 4, 16, 29. 10, 10, 12 traditum magis quam -itum refero. SCRIB. LARG. 19ª intelleges simplicis rei vix -endos effectus. PERS. 5, 161. PETRON. 137 vers. licebit Acrisium iubeat *dives* -ere quod Danaen. PLIN. nat. 2, 186 id quod cogit ratio -i. 5, 4 quaeque alia Cornelius Nepos avidissime -idit. 6, 80. SIL. 10, 387 dumque ea Mago fremit cauto non -ita fratri. STAT. Theb. 3, 343 omnia (7, 112). 10, 592. MART. epigr. 26, 4 -idimus remum -idimusque ratem. 3, 75, 7 mirare satis hoc quisquam vel -ere possit, quod. 10, 3, 6. QVINT. inst. 4, 2, 34 quare non minus laborandum est, ut iudex quae vere dicimus, quam quae fingimus, -at. decl. 323 p. 273, 25 cetera tamen opinione -imus et coniectura colligimus. 325 p. 282, 15 id quod accusator tibi obiecit, hodie -o.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TAC. hist. 4, 42 an Neronem extremum dominorum *putatis*? idem -erant qui Tiberio ... superstites fuerunt. ann. 2, 24 miracula narrabant, ... visa sive ex metu -ita. PLIN. epist. 4, 15, 7. 8, 24, 10 haec velim -as. VLP. dig. 28, 6, 24 quod vix -endum est, nisi evidenter fuerit expressum (*cf. p. 1136, 4*). TERT. scorp. 11 sed haec erit perversitas fidei, probata non -ere, non probata praesumere. IVST. 4, 1, 13 hinc igitur fabulae Scyllam et Charybdin peperere, hinc latratus auditus, hinc monstri -ita simulacra. AMM. 22, 16, 10 heptastadium vix -enda celeritate construxit. AVG. civ. 3, 3 dura vel potius non -enda condicio. 18, 10 haec Varro non -it, ne deorum naturae seu moribus -at incongrua. 21, 7 incredibilia. *nota aliquem* (*cf. p. 1129, 72. 1134, 73. aliter p. 1148, 31sqq.*): VERG. Aen. 2, 247 fatis aperit Cassandra futuris ora, dei iussu non unquam -ita Teucris. OV. epist. 16, 129 nimium mihi (*i. a me*) -itus aegre. 20, 9 utque cupis -i, memori te vindicat ira. met. 7, 98 -itus *Iason* accepit cantatas protinus herbas. 15, 74 primus quoque talibus ora docta quidem solvit, sed non et -ita, verbis. fast. 3, 351 at certe -emur, ait, si verba sequetur exitus. trist. 3, 10, 35 vix equidem -ar, sed cum sint praemia falsi nulla, ratam debet testis habere fidem. DRAC. Romul. 8, 159 provida non -or (*Cassandra*). *aliter*: SIL. 17, 34 Claudia, non aequā populi male -ita famā.

δ alicui credere (*cf. p. 1133, 12. 1137, 65sqq. 1149, 76*): PLAVT. Amph. 436 iuro tibi Iovem non -ere; nam iniurato scio plus -et mihi quam iurato tibi (*cf.* CIC. Q. Rosc. 45 utrum potius Chaereae iniurato in sua lite an Manilio et Luscio iuratis in alieno iudicio -as?). 598 neque ...-bam primo mihimet Sosiae, donec Sosia illic egomet fecit sibi uti -rem. 756 neque tu illi neque mihi viro ipsi -is? eo fit, quia mihi plurimum -o. Asin. 63. Aul. 719 tibi -ere certumst, nam esse bonum ex voltu cognosco. Curc. 714 satis -o tibi. Merc. 212 *saepius*. Poen. 643 -o hercle vobis. TER. Andr. 618 tibi ego ut -am, furcifer? TVRPIL. com. 9 nam si iceris me posthac, -as mihi velim. ACC. trag. 169 nihil -o auguribus (SEN. suas. 3, 4 auguriis). SCAVR. or. frg. Ascon. in Scaur. p. 20 (*cf.* Val. Max. 3, 7, 8) utri vos, Quirites, convenit -ere? CATO or. frg. 51 illi unde petitur, ei potius -endum esse. RHET. Her. 4, 21, 29. 4, 37, 49 nimium -itis unicuique. CIC. S. Rosc. 112 neque -it nisi ei, quem fidelem putat. Font. 21 potest igitur testibus iudex non -ere? cupidis et iratis ... non solum potest, sed etiam debet. Brut. 134. top. 74 plerumque enim -itur iis, qui experti sunt. *ibid.* dignos, quibus -atur, putant. ac. 2, 78 equidem Clitomacho plus quam Philoni aut Metrodoro -ens ... puto. 2, 108. Tusc. 1, 79 -amus ... Panaetio a Platone suo dissentienti? Att. 1, 16, 10 *iudices* iuranti ... tibi non -erunt. 2, 13, 2 -as mihi velim. 11, 6, 2 *al.* ad Brut. 1, 1, 2. 3, 6, 5. 7, 27, 1. 11, 2, 2 tibi uni. ad Q. fr. 1, 2, 16 quibus ego ita -o, ut nihil de mea comparatione deminuam *al.* CATVLL. 12, 6 non -is mihi? -e Pollioni fratri. 64, 143 nunc iam nulla viro iuranti femina -at. PVBLIL. J 32 ita -e amico, ne sit inimico locus. CAES. frg. Suet. Caes. 66 proinde desinant quidam quaerere ultra aut opinari mihique qui compertum habeo, -ant. NEP. Them. 9, 1 sed ego potissimum Thucydidi -o. VERG. Aen. 11, 283 experto -ite (OV. ars 3, 511 odimus immodicos, experto -ite, fastus. fast. 5, 674 expertis. SEN. Thy. 81 experto mihi. COLVM. 4, 3, 5 experto mihi -e. SIL. 7, 395. *cf. l. 38.* Ov. trist. 3, 4, 3 usibus edocto si quicquam -is amico). HOR. epist. 1, 1, 48 discere et audire et meliori -ere non vis? 1, 16, 19 sed vereor, ne cui de te plus quam tibi -as. 1, 19, 1 prisco si -is, Maecenas docte, Cratino.... 2, 2, 159 consultis. TIB. 1, 2, 41 nec tamen huic -et coniunx tuus. LYGD. 4, 12 sive illi vera moneri, mendaci somno -ere sive volent. PRIAP. 80, 5 si quid -is Homero. PROP. 2, 18, 37 -am ego narranti ... *famae* (LIV. 1, 49, 9. 10, 25, 12 CVRT. 4, 4, 19 LVCAN. 3, 220). 4, 2, 20 de se narranti tu modo -e deo. OV. am. 2, 2, 57 -et tamen ille neganti. epist. 6, 102. 19, 17 meus hic tibi -idit ardor. 19, 151. ars 1, 742 tibi laudanti. 3, 439 vix mihi -etis, sed -ite! 3, 457 parcite, Cecropides, iuranti -ere Theseo. fast. 3, 370 -ite dicenti. 3, 626 talia dicenti. trist. 2, 447 -ere iuranti durum putat esse Tibullus. Pont. 1, 1, 59 si quid miserorum -itur ulli. 4, 9, 101. LIV. 8, 26, 6 cum auctoribus hoc dedi, quibus dignius -i est. 8, 30, 9 Fabio auctori. 25, 12, 6. 25, 17, 6 si illis...-ere velis. 28, 16 ducibus est -itum. 28, 27, 6 negantibus (TERT. nat. 1, 2 atquin illis negantibus non -itis: nobis, si negaverimus, statim -itis). 29, 27, 13 permultis Graecis Latinisque auctoribus. 33, 10, 10 nos non minimo potissimum numero -idimus, sed Polybium secuti sumus. 39, 41, 6 Antiati Valerio. 40, 21, 2 vulgatae opinioni *al.* SEN. contr. 1, 1, 10 tu dicebas oportere, tibi -idi. contr. exc. 2, 7 puto plus -etis civi quam peregrino, marito quam adultero. 7, 8, 4 facilius me (*abl.*) puellae -istis. PHAEDR. 3, 10, 1 periculosum est -ere et non -ere. ... Hippolytus obiit, quia novercae -itum est; Cassandrae quia non -itum, ruit Ilium. SEN. Phaedr. 330 sacer est ignis: -ite laesis. Phoen. 647 si dubitas, avo patrique -e. Tro. 486 optime -am patri. dial. 3, 3, 5. 3, 20, 5 irascentium verbis. 5, 24, 3 prudentiori -amus, stultiori remittamus. nat. 1, 13, 3 Arato. 4, 2, 22 si Thaleti -is. 4, 3, 2 ergo si mihi parum -is, Posidonius tibi auctoritatem promittet. epist. 76, 3 si proverbio -imus. 88, 45 si Protagorae -o *al.* COLVM. 3, 1, 9 Vergilio dicenti. LVCAN. 1, 94 nec gentibus ullis -ite. CALP. ecl. 3, 90 -ere, pastores, levibus nolite puellis. PLIN. nat. 3, 66 urbem tres portas habentem Romulus reliquit aut — ut plurimas tradentibus -amus — quattuor. 5, 132 *al.* VAL. FL. 7, 52. CORP. IV 1635 carminibus -o. SIL. 7, 450 quis -ere salvis hoc ausit vobis? STAT. Theb. 2, 595 Geticae si fas est -ere Phlegrae. 2, 621 vix -et fama reverso. MART. 2, 41, 8 si speculo mihique -is. 7, 6, 4 -o tibi, verum dicere, Fama, soles. QVINT. inst. 1, 5, 12 reprehendenti Hortensio. 3, 1, 13 Aristoteli. 4, 1, 12 ut iudices iis, quos libentius audiunt, etiam facilius -ant. decl. 353 p. 384, 24 illi plurimum. 377 p. 421, 18 qui roganti non -idit, morienti -at *al.* IVV. 4, 53 si quid Palfurio, si -imus Armillato. TAC. hist. 3, 54 dabo *documentum*, cui -as. ann. 2, 71 fingentibus scelesta mandata aut non -ent homines aut non ignoscent. 6, 2 nimirum epistulae *Tiberii*. 14, 48 PLIN. epist. 2, 3, 10. 9, 33, 1 auctor, cui bene vel historiam scripturus -isses. paneg. 66 omnes ante te eadem ista dixerunt, nemini tamen ante te -itum est. 78 imperii hoc verbum, non adulationis esse obsequio tuo -e. FLOR. epit. 3, 11, 7 simulato transfugae cuidam Mazzarae Syro -itur. Verg. p. 185 siquid -is mihi, qui multa cognovi. FRONTO p. 41, 24 N. mihi -e, si tu vis, si minus, egomet mihi -am seniorum a te prudentiam exuperari. p. 176, 10 siquid mihi -is. CALL. dig. 48, 18, 15, 1 ut etiam sine tormentis eisdem -atur. VLP. dig. 29, 5, 3, 1 si quis moriens dixisset ... dicendum est non esse -endum domino .... 48, 18, 1, 26 quia non facile eis iudicantibus proditores suos -itur. TERT. nat. 1, 2 quamquam confessis difficile -itur. resurr. 12 p. 41, 24 quo facilius -as prophetiae discipulus naturae. adv. Hermog. 25 p. 154, 6 adv. Marc. 3, 13 p. 396, 26 *al.* ITALA (Tert. patient. 6 p. 10, 7 adv. Marc. 4, 34 p. 536, 11. 5, 3 p. 578, 16) *et* VVLG. gen. 15, 6 (*cf.* Rom. 4, 3 Gal. 3, 6 Iac. 2, 23) denique Abraham deo -idit et iustitiae deputatus ab illo est (ἐπίστευσεν τῷ θεῷ). Is. 53, 1 (Tert. adv. Prax. 11 p. 244, 21. 13 p. 247, 18) domine, quis -idit auditui nostro et brachium domini cui revelatum est? (τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; Ioh. 12, 38 Rom. 10, 16). Ioh. 3, 18 (Tert. adv. Prax. 28 p. 283, 21) ut -amus nomini filii eius Iesu Christi (ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα, VVLG. quia non -it in nomine). ITIN. [Silv.] 7, 3 nam mihi -at volo affectio vestra .... HIL. c. Const. 1 ne per spiritum erroris -amus mendacio. PRISCILL. tract. 1, 1 ne quis in nos -ens male alteris inveniabili errore peccaret. 1, 21 *saepius*. FILASTR. 26, 3 falsis prophetis. AMM. 22, 1, 3 coniecturis. 22, 2, 2 vaticiniis. CARM. epigr. 950, 4 -e mihi, levis est natura virorum. *nota*: PLIN. epist. 10, 2, 2 liberos concupisco, quos habere etiam illo tristissimo saeculo volui, sicut potes duobus matrimoniis meis -ere.

ε alicui alicuius rei credere: PLAVT. Amph. 672 numquam edepol tu mihi divini [quicquam] -uis. Bacch. 504 nam mihi divini numquam quisquam -uat. Truc. 307.

ζ alicui aliquid credere: PLAVT. Aul. 306 haec mihi te, ut tibi me aequom est, -o, -ere. Bacch. 697 quem si orem ut mihi nil -at, id non ausit -ere. 922 numquam edepol quicquam temere -am Chrysalo. Capt. 886 mihi nil -is, quod ego dico sedulo. Cas. 999 potius vobis -am, quod vos dicitis. Epid. 128 tibi istuc. Merc. 627. Mil. 1076 istuc tibi. Poen. 490 an mihi haec non -is? :: -o, ut mi aequomst -ier. 747. Pseud. 904 ne quis quicquam -at Pseudolo. Rud. 246 ut vix mihi -o ego hoc, te tenere. 1366 istuc facile non -o tibi. TER. Hec. 265 te hoc mihi cupio -ere. Haut. 624 vin me istuc tibi, etsi incredibilest, -ere? 926 tibi omnia. Eun. 884 nihil tibi quicquam -o. 1069 principio ego vos ambos -ere hoc mihi vehementer velim. CIC. Deiot. 18 id tibi et medico callido et servo, ut putabat, fideli non -idit. *saepius*. de orat. 2, 276 ancillae tuae -idi te domi non esse, tu mihi non -is ipse? ac. 2, 9 quod dicunt omnia se -ere ei, quem iudicent fuisse sapientem, probarem. nat. deor. 1, 72 quod *Epicuro* non praedicanti tamen facile equidem -rem. *ibid.* -o plus nemini. Att. 2, 22, 2 ei nihil. epist. 2, 16, 3 hoc mihi. 6, 17, 1 *al.* CATVLL. 31, 5 vix mi ipse -ens Thyniam atque Bithynos liquisse campos. VERG. Aen. 8, 140 auditis si quicquam -imus (-itur *P*). OV. epist. 15, 145 -is et hoc nobis? met. 1, 754 matri omnia. 13, 825. fast. 4, 857 quis tunc hoc ulli -ere posset? Pont. 1, 6, 19 non mendaci si quicquam -is amico. LIV. 22, 25, 2 cum laeta civitate dictator unus nihil nec famae nec litteris -ret. MANIL. 4, 933 ne dubites homini divinos -ere visus. VAL. MAX. 6, 3, 2 quod senatui et populo Romano -idit. SEN. nat. 6, 24, 6 idem Sidone accidisse Posidonio -e. epist. 26, 5. CVRT. 4, 14, 18 si quid mihi -itis. 10, 1, 13. PETRON. 83 si modo coronis aliquid -endum est. QVINT. inst. 11, 2, 17 idque -ere suo quisque queat experimento. decl. 296 p. 170, 24 hoc tibi in praesentia -atur. 388 p. 434, 9 quae funus suum tantum sibi -idit, gratulationem nemini -idit. IVV. 6, 643 -amus tragicis, quidquid ... dicitur. 10, 246 magno si quidquam -is Homero. PLIN. epist. 7, 27, 12 et haec quidem affirmantibus -o. FRONTO p. 96, 8 N. -e autem hoc mihi *seq. acc. c. inf.* p. 179, 4 sed -idi affirmantibus id doctissimis et honestissimis et mihi carissimis viris. APVL. apol. 67 mihi -ite, quod reapse intellegitur. *nota*: MANIL. 1, 468 media *siderum* extremis atque ultima summis -untur; satis est, si se non omnia celant (*i. ex extremis media coniciuntur eqs.*). SIL. 5, 405 ille sibi longam Clotho (*i. vitam*) turbamque nepotum -erat (*i. certo speraverat*). HIER. c. Vigil. 2 nulli caelibi -entes pudicitiam (*i. affirmanti se esse pudicum*).

η sequitur interrogatio indirecta: AETNA 343 huic *rei* igitur -is, torrens ut spiritus ille ... praesertim ipsa suo declivia pondere numquam corpora diripiat validoque absorbeat arcu. HOR. sat. 1, 2, 19 vix -ere possis, quam sibi non sit amicus. 2, 2, 72 nam variae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

res ut noceant homini, -as. SEN. epist. 80,10. FRONTO p. 177, 21 N. GELL. 2, 28, 1 quaenam esse causa videatur, quamobrem terrae tremores fiant, ... nondum ... pro certo -itum. *nota pron. rel.*: AMM. 14,6,22 nec -i potest, qua obsequiorum diversitate coluntur homines sine liberis Romae. quod, quia, quoniam: APVL. met. 3, 14 nulli me prorsus ac ne tibi quidem ipsi asseveranti posse -ere, quod tu quicquam in meam cogitaveris perniciem. TERT. resurr. 24 p. 59,9 quod Iesus mortuus sit et resurrexerit. ITALA Is. 41, 20 (Cypr. testim. 2,4) ut videant et cognōscant et sciant et -ant simul, quia ... (VVLG. ut videant et sciant et recogitent et intellegant pariter, quia ...). Ioh. 6, 69 (Tert. adv. Prax. 21 p. 267, 12) nos -imus, quod tu sis Christus (πεπιστεύκαμεν καὶ ἐγνώκαμεν, ὅτι, Cypr. epist. 59, 7 et nos -imus et cognovimus, quoniam tu es *eqs.* VVLG. nos -idimus et cognovimus, quia tu es). 11, 41 (Tert. adv. Prax. 23 p. 271, 11) ut -ant, quod tu me miseris (VVLG. quia). 14, 10 (Tert. adv. Prax. 24 p. 275, 14, *et* VVLG. *sim.*) non -is, quia ego in patre et pater in me. HERM. Pal. vis. 4, 2, 4 -ens quia ... poteras (πιστεύσας ὅτι ... δύνῃ). COMM. instr. 1, 27, 21 et -e, quod Christus ... reddit. PARTHEN. epist. vers. 1 -o equidem quod ... misit. ITIN. Alex. 10 quod is Alexander Aëropi interfectoribus Philippi conscius heredis eius clementiam callidam suspectaret, est -itu facile quod conscientia opinatur ad sui meritum. ITIN. [Silv.] 12,7 mihi -ite, quia columna non iam paret (*i. extat*). 19, 6 -idit ei, quia esset vere filius dei. FAVSTIN. trin. 2, 10 p. 59^A quia ex patre natus est. 1, 11 p. 46^A -at, quod Christus deus ... est. 1, 13 p. 47^C quomodo tibi -am, quia sinceriter confiteris. *ibid.* si -is, quod pater et filius unum sunt voluntate. AVSON. 416, 2 -eram, quod te *nostrae querimoniae chartae* flectere posset. AMM. 19, 1, 4 -entem, quod ... venirent. ANON. Vales. 15, 88 item -ens quod eum pertimesceret Iustinus. AMBR. virg. 9, 50 -erunt, quia Iesus mortuus est. HIER. in Matth. 4, 24, 27 nolite -ere, quod filius hominis vel in deserto gentium sit vel in penetralibus haereticorum. c. Ioh. 17. adv. Rufin. 1, 5 -imus in deum salvatorem, quod servum suum, quem mihi promisit, ostendet. VVLG. Tob. 5, 27 -o enim quod angelus dei ... comitetur ei. 7, 14 et -o, quoniam ideo fecit vos venire ad me. 13, 8. Iob 9, 16 non -o, quod audierit vocem meam. 15, 22 non -it, quod ... possit. Matth. 9, 28 -itis, quia hoc possum facere vobis? Marc. 11, 24 quaecumque orantes petitis, -ite quia accipietis. Rom. 6, 8. Iac. 2, 19 tu -is quoniam unus est deus (σὺ πιστεύεις, ὅτι ...). AVG. civ. 8, 20 an -endum sit, quod dii boni libentius daemonibus quam hominibus misceantur. SVLP. SEV. dial. 3, 4, 6 -e quia non leviter apud me actum est, ut procederem. 3, 3, 8. MART. CAP. 5, 427 denique -itum, quod instar Iovis eadem posset etiam fulmina iaculari. DRAC. Orest. 129 Romul. 10, 350. ut (*aliter cf. supra l. 1. p. 1144, 82*): TERT. adv. Marc. 3, 18 p. 406, 29 argumentantes insuper non esse -endum, ut in id genus mortis exposuerit creator filium suum, quod ipse maledixerat. COMM. apol. 669 Christo qui -it, ut socius dei sit homo post funera vivens. HIER. epist. 106, 1 quis hoc -ret, ut barbara Getarum lingua hebraicam quaereret veritatem? (*cf. etiam p. 1146, 71*). 107, 1 quis hoc -ret, ut ... nasceretur? in Ezech. 3 pr. MACR. sat. 5, 18, 21 ut haec ignoraverit ... minime -erim. CASSIOD. var. 2, 40, 15 dicunt enim debere -i, ut beatitudo caelestis illis oblectationibus perfruatur .... VEN. FORT. carm. 7, 12, 67 -eram potius ... ut vestri affectus se duplicaret. 7, 15, 3 sic ego -bam, quarta satiarer ut hora (*cf.* epist. [carm. 3, 4] 3 -bam ... fluxisset oratio). *nota* ut *subaudiendum*: ACT. Petr. 78, 3 percipite communicationem Christi, -entes, in aeternum vitam consequamini. *cf. etiam l. 54.*

ϑ *constructiones praepositionales*: de: PLAVT. Men. 617 -it iam tibi de isto. CIC. leg. agr. 3, 2 nihil de me. rep. 2, 20 ut id de Romulo Proculo Iulio ... -retur, quod multis iam ante saeculis nullo alio de mortali homines -issent. Att. 8, 15^a, 2 nobis de Caesare. 9, 9, 2 recte non -is de numero militum. 16, 2, 5. epist. 3, 11, 5 quod de me cito -isses. HIRT. Gall. 8, 52, 3 tamen neque de Labieno -idit quicquam neque ... adduci potuit. SALL. Catil. 31, 7 ne quid de se temere -rent. or. Lep. 1 ne, quae ipsi nefanda aestumatis, ea parum -undo de aliis circumveniamini. NEP. Con. 5, 4 Dinon historicus, cui nos plurimum de Persicis rebus -imus. Dat. 9, 2. HOR. epist. 1, 16, 19 *v. p. 1143, 53.* TIB. 1, 2, 55 ille nihil poterit de nobis -ere cuiquam. OV. fast. 1. 469 orta prior lunā, de se si -itur ipsi, a magno tellus Arcade nomen habet. Pont. 1, 8, 13 de se si -imus ipsis. EPICED. Drusi 470 nec tu de tanto -e minora viro! LIV. 5, 34, 6 nisi de Hercule fabulis -ere libet. 6, 21, 9 ut minus -i de criminibus, quia nollent ea vera esse, appareret. 29, 18, 19. SEN. contr. 1 praef. 1 non -atis tantum de illis, sed et iudicetis (*cf.* SEN. dial. 7, 1, 4 et dum unusquisque mavult -ere quam iudicare, nunquam de vita iudicatur, semper -itur). 1, 2, 9 de sacerdotis pudicitia his sponsoribus -endum est? 2, 7, 2 *al.* VELL. 2, 60, 2 maluit avunculo et Caesari de se quam vitrico -ere. VAL. MAX. 8, 4, 1 cuius de nece -itum erat. SEN. dial. 4, 23, 3 plus sibi de amico suo -idit. 4, 29, 2 de iis, quae narrata sunt, non debemus cito -ere. 7, 2, 2 oculis de homine non -o. 11, 4, 3. benef. 7, 2, 3 ubi de dis famae -itum est. epist. 82, 16 multa enim de illa -idimus. 102, 2 iuvabat de aeternitate animarum quaerere, immo mehercules -ere. CVRT. 10, 3, 8 nec deceptus sum, quod de his -idi famae. PLIN. nat. 7, 173 uti de homine ne morti quidem debeat -i. 28, 195. VAL. FL. 1, 332 nec de te -am nostris ingrata serenis. STAT. silv. 2, 1, 199 spernit et ignota -it de stirpe nepotum. MART. 8, 15, 7 nec minor ista tuae laurea pacis erat, quod tibi de sancta -is pietate tuorum. QVINT. inst. 2, 14, 4 ne temere videamur oratori maximo de nomine artis suae -isse. 3, 3, 4. 3, 8, 13 qui sententiae suae de utilibus atque honestis -ere omnes velit. 12, 10, 26 melius de hoc nomine sentiant -antque, Attice dicere esse optime dicere. IVV. 4, 70 nihil est, quod -ere de se non possit cum laudatur dis aequa potestas. TAC. Germ. 34 sanctius ac reverentius visum de actis deorum -ere quam scire (*cf. p. 1135, 60*). hist. 1, 34 facilius de odio -itur. 2, 60. 83 maiora -i de absentibus. ann. 14, 8. 16, 2 servilia fingebant, securi de facilitate -entis (*sc. Neronis*). PLIN. epist. 4, 15, 7 mihi de absente. paneg. 19. 82 voluptates, quibus optime de cuiusque gravitate ... -itur. SVET. Dom. 21 quibus de coniuratione comperta non -retur nisi occisis. APVL. met. 9, 23 me nunc etiam meis oculis de tali muliere minus -ere. 10, 14. TERT. adv. Prax. 16 p. 258, 10 de filio dei -enda. adv. Marc. 3, 8 p. 389, 9. 4, 14 p. 461, 2 ut facilius illi et de maioribus -am, quam qui nunquam de minoribus prius fidem liberalitatis suae struxit. HIL. ad Const. 2, 6 dum evitamus de domino Christo ea -ere, quae de se docuit -enda. Ps. HIL. libell. 2 de deo. 3 FILASTR. 100, 1. 127, 5 scire posse de deo et -ere (*cf. etiam p. 1135, 60*). 66, 2. VVLG. sap. 18, 13 de omnibus enim non -entes propter veneficia (πάντα γὰρ ἀπιστοῦντες). Ioh. 9, 18 non -erunt ergo Iudaei de illo (περὶ αὐτοῦ). AVG. civ. 1, 26 sicut de Samsone aliud nobis fas non est -ere. 5, 10 male autem vivitur, si de deo non bene -itur *al.* in *cum abl.* (*cf. etiam l. 67 sq. p. 1149, 50*): SEN. contr. 7, 1, 17 puto difficulter postea in me parricidium -es. 9, 6, 3 si incredibile est parricidium, in sorore -itis? non timeo, ne quis hoc in sorore -at. contr. exc. 5, 4 crudelis in fratrem miraris, si in te parricidium -itum est? 6, 6 in cadavere illius materna verba -idimus. CELS. 4, 26 ego experimentis quemque in se -ere debere existimo. QVINT. inst. 3, 6, 21 in eo -ere statum causae, quod esset in ea potentissimum. 5, 10, 25 ut latrocinium facilius in viro, veneficium in femina -as. TERT. adv. Hermog. 11 p. 138, 6 aut si, quod aeternum est, poterit et mali capax esse, poterit hoc et in deo -i. ieiun. 12 quid ergo cessatis paracletum, quem in Montano negatis, in Apicio -ere? ITALA Marc. 9, 42 (Priscill. tract. 3, 59) his, qui -erunt in nomine meo (τῶν πιστευόντων, VVLG. -entibus in me). Ioh. 3, 36 (Tert. adv. Prax. 29 p. 265, 11) qui non -it in filio dei, non videbit deum (ὁ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ. Priscill. tract. 2, 46 qui -it in filio habet vitam, qui non -it in filio, non habet vitam. VVLG. qui -it in filium [*cf. p. 1149, 28*] ... qui autem incredulus est filio). Eph. 1, 13 (Tert. adv. Marc. 5, 17 p. 633, 21) euangelium, in quo -istis (ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες, VVLG. in quo et -entes). I Petr. 2, 6 (Priscill. tract. 5, 88) pono in Sion lapidem ... et qui crediderit in eo, non erubescet (COMM. apol. 266 crederet in quo qui) (ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, VVLG. in eum). EPIST. Paul. et Cor. I rec. B 8 nos -entes in domino. CYPR. unit. eccl. 2 -ere se in Christo. domin. orat. 9 in nomine eius. eleem. 8 in deo. COMM. instr. 1, 25, 11 -ere in lege secunda (*i. testamento novo*). apol. 290 *al.* HIL. c. Const. 23 hoc nunc a te, Constanti, requiro, in qua tandem fide -as. in Matth. 12, 10 in nomine eius per fidem gentibus -uris. 15, 8 -ere ... in dei filio et in passione ac resurrectione eius. FILASTR. 151, 2 -entes in domino. VVLG. II par. 20, 20 -ite in domino deo vestro (ἐμπιστεύσατε ἐν). *et saepius.* PSALT. Rom. 105, 24 non -erunt in verbis eius (τῷ λόγῳ, VVLG. non -erunt verbo eius). 118, 66 in mandatis tuis -idi (ταῖς ἐντολαῖς, VVLG. mandatis tuis). DIDASC. apost. 73, 10 -is in sp(iritu) s(an)c(t)o et sanctam ecclesiam et carnis resurrectionem? *persaepe.* super: LIV. 32, 11, 4 percunctatum ad Charopum mittit, satisne -endum super tanta re agresti censeret. TERT. apol. 21 et Caesares -issent super Christo. *aliter* ex: TERT. adv. Marc. 2, 27 p. 374, 14 nescio, an ex fide -as deum crucifixum (*cf. p. 1148, 58*). 3, 2 p. 378, 28 ex agnitione debens -ere, quia posset, quae scilicet -ere didicisset ex praedicatione. 3, 3 p. 379, 24 tanto magis Christum tuum non ex solis virtutibus -endum fuisse. LACT. inst. 5, 3, 20 itaque Christum deum -imus non magis ex factis, ... quam ex illa ipsa cruce. VVLG. Sirach 32, 27 in omni opere tuo -e ex fide animae tuae (πίστευε τῇ ψυχῇ σου). ACT. Petr. 59, 16 ex toto corde -ens in Christo. 59, 19. 30 -ens ... ex totis praecordiis suis in nomine Iesu Christi. *sim.* de: PLAVT. Cist. 318 de opinione -o. *nota*: COMM. instr. 2, 18, 13 ex corde qui -it.

formae, quae habent vim irrealem vel potentialem: crederes, -as, quis -at, -ret *sim.*: ACC. trag. 321 Mavortes armis duo congressos -res. CIC. p. red. in sen. 14 nihil -res interesse. Verr. 2, 106 quis umquam -ret mulierum adversarium Verrem futurum? VERG. Aen. 3, 187 sed quis ad Hesperiae venturos litora Teucros -ret? 8, 691 pelago -as innare revolsas Cycladas. ELEG. in Maecen. 1, 81 quis fore -bat (*sc. talia*) cum iam premet impiger infans hydros ingentes. OV. ars 2, 43 quis -ret unquam aërias hominem carpere posse vias? fast. 2, 8 ecquis ad haec illinc -ret esse viam? trist. 3, 9, 1 quis -ret? EPICED. Drusi 143 quis -at? LIV. 2, 43, 9 maestique — -res victos — ... redeunt in castra. 5, 7, 1 cum subito, unde minime quis -ret, accepta calamitas. 7, 20, 5 eane meritos -ret quisquam hostes repente sine causa factos? 22, 24, 4 ipse autem quod minime quis -ret ... dimisit. 22, 46, 3. 30, 32, 11 celsus haec corpore vultuque ita laeto, ut vicisse

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iam -res, dicebat. 31, 7, 11 nec Tarentini modo oraque illa Italiae, quam maiorem Graeciam vocant, ut linguam, ut nomen secutos -res, sed Lucanus et Bruttius et Samnis ab nobis defecerunt. 40, 50, 3 cur vicisse -res. MANIL. 4, 54 quis . . . -ret. SEN. contr. 1, 1, 3. VAL. MAX. 2, 2, 1 itaque non dicam unum, sed neminem audisse -res. 6, 9, 11. SEN. Ag. 486 ipsosque rupto -res caelo deos. Herc. O. 1731 Caucasum . . . ardere -as. epist. 40, 6 quae fieri posse non -res. CVRT. 4, 10, 23 -res Alexandrum . . . flere. 6, 2, 16. 7, 4, 35. 8, 4, 12. 9, 4, 14 findi -res undas . . . cum amni bellum fuisse -res. 9, 9, 16 *al.* PETRON. 31 pantomimi chorum, non patris familiae triclinium -res. 83 ut -res etiam animorum esse picturam. 92 ut ipsum hominem laciniam fascini -res. SIL. 2, 430 spirantem -as certamina anhela movere. 4, 85 vix -as. 9, 445 fulgent sanguinei, geminum vibrare cometem ut -as. 17, 44 ventos impellere -as. STAT. silv. 3, 1, 22 -as. Theb. 3, 253 mortalia -as pectora. 5, 338 abruptam -as radicibus ire Ortygiam. 6, 596. 7, 18. 7, 572 iamque ipsi colles, ipsa has — quis -at? — amabant, armenta. 12, 792. MART. 4, 64, 29 -as Alcinoi pios Penates aut facti modo divitis, Molorchi. 5, 44, 3 quis -at? 8, 36, 5 septenos pariter -as assurgere montes. 8, 55, 6 quis non esse gregem -ret? 8, 64, 13. 9, 48, 9. 12, 32, 10 -res. QVINT. inst. 10, 1, 119 Trachalus plerumque sublimis et satis apertus fuit et quem velle optima -res. 11, 1, 70. decl. 247 p. 12, 17 -rem igitur neque illam virginem ⟨aut viduam⟩ esse constare. 249 p. 21, 5 quis igitur -at eius condicionis esse iura ulla. 259 p. 57, 15 quis -ret *al.* PLIN. epist. 4, 7, 7 -as non de puero scriptum sed a puero. 5, 8, 1. 8, 6, 6. FLOR. epit. 1, 11, 5 quis -at? 1, 13, 15 quis -ret? 2, 6, 22. 2, 15, 16 quod minus -as. 3, 3, 11. 3, 5, 10 *al.* APVL. met. 10, 2 -res et illam fluctuare tantum vaporibus febrium. apol. 66 at hoc ego Aemiliano, . . . vix -issem. mund. 16 horum pleraque iaculari -as. TERT. adv. Val. 16 p. 195, 21 Soterem . . . emittit cum officio. . . . -as et cum duodecim fascibus. 23 p. 200, 23. 31 p. 207, 5. adv. Marc. 3, 24 p. 422, 7 ita -rem Christum sublimiora pollicentem eius esse qui . . . . PRISCILL. tract. 2, 49 quis non consacerdotibus -ret, praesertim cum in eadem synhodo vir religiosus . . . Symposius affuisset? HIER. epist. 106, 1. 107, 1 *saepius. cf. p. 1145, 47.* VVLG. gen. 21, 7 quis auditurum -ret Abraham (*τίς ἀναγγελεῖ*). CLAVD. 1, 194 -as. 5, 359. 9, 27. carm. min. 26, 49 facta manu -as. MART. CAP. 1, 75 -res. crediderim: VERG. georg. 2, 338 non alios prima crescentis origine mundi illuxisse dies . . . -erim. HOR. carm. 2, 13, 5 illum et parentis -erim sui fregisse cervicem. LYGD. 4, 83 nec tibi -erim votis contraria vota nec tantum crimen pectore inesse tuo. PROP. 1, 1, 23 tunc ego -erim vobis et sidera et amnes posse Cythalinis ducere carminibus. OV. ars 3, 178 -erim nymphas hac ego veste tegi. met. 15, 260 nil equidem durare diu sub imagine eadem -erim. LIV. 1, 55, 8 -erim quadraginta ea sola fuisse. 2, 8, 8. 2, 54, 6 si aliud quam plebem esse in re publica -erit. 7, 26, 15 *al.* VELL. 1, 7, 4 vix -erim tam mature tantam urbem crevisse. 2, 120, 4 VAL. MAX. 3, 6, 1. 6, 6 ext. 1. 6, 9, 6. 8, 1 abs. 11. 9, 12 ext. 7 SEN. dial. 1, 2, 11. 4, 33, 1. 4, 36, 3 *al.* CVRT. 4, 3, 23 *al.* PLIN. nat. 8, 35 id modo mirum, unde cristatos Iuba -erit. MART. 10, 35, 14 tales Egeriae iocos fuisse udo -erim Numae sub antro. QVINT. inst. 12, 1, 20 non maligne -erim defuisse ei summam illam. decl. 252 p. 32, 10 nunquam -erim. 254 p. 39, 7 nemo enim -erit *al.* FRONTIN. aq. 2 neque enim ullum omnis actus certius fundamentum -erim. TAC. ann. 1, 76 non -erim. 16, 6 neque enim venenum *fuisse* -erim. PLIN. paneg. 5 ita ad augendam pacis tuae gratiam illum tumultum praecessisse -erim. 31 -erim tamen. FLOR. epit. 4, 12, 16 deos audisse -erim. FRONTO p. 184, 21 N. facilius -erim beatum *sapientem* fore *in Phalaridis tauro inclusum* quam posse . . . epigrammata scribere. p. 233, 19 hoc ego ita esse facilius -erim. AVG. civ. 15, 23 dei tamen angelos sanctos nullo modo illo tempore sic labi potuisse -erim. 16, 2 nec eos defuisse -erim. 18, 18. creditum est *vi praesentis*: PLIN. nat. 3, 120 hoc ante Eridanum ostium dictum est, ab aliis Spineticum ab urbe Spina, quae fuit iuxta praevalens, ut Delphicis -itum est thesauris. 8, 52 -itum est, a moriente humum morderi lacrimamque leto dari. 13, 9 ob id -itum et id e vetustissimis esse. 23, 35 -itum est, obscuritatem visus facere. 36, 204 -itumque Laris familiaris filium ob id Compitalia ludos Laribus primum instituisse. QVINT. inst. 2, 15, 7 quem illo ipso aspectu maxime motum in hoc, ut absolveret reum, -itum est. 2, 15, 10 sive ipsius (*sc. Theodectis*) id opus est, . . . sive, ut -itum est, Aristotelis. 10, 1, 48 invocatione dearum, quas praesidere vatibus -itum est. 10, 4, 1. 11, 2, 50.

2 ***speciatim de fide religiosa***: **a** *absolute ponitur*: AVG. praedest. 2, 5 quamquam et ipsum -ere nihil aliud est quam cum assensione cogitare. serm. 161, 2 quid est -ere, nisi fide informata tendere in deum et -ere incarnatum, redemptorem, flagellatum, punitorem, dum venerit iudicare vivos et mortuos? TERT. resurr. 8 p. 36, 28 quod nulla omnino anima salutem possit adipisci, nisi, dum est in carne, -erit. 23 p. 58, 4 et utique -erat et omnia sacramenta cognoverat. 32 p. 71, 11 quis ergo discendi magis affinis quam praesumendi et -endi diligentior quam contendendi. 59 p. 120, 15 nec alia erit forma nationum -entium nisi quae et non -entium de carne, de anima. adv. Prax. 3 p. 230, 9 simplices enim quique, ne dixerim imprudentes et idiotae, quae maior semper -entium pars est. adv. Marc. 3, 24 p. 421, 5 postea ad caelestia per euangelium -endo deducitur. 4, 1 p. 423, 24 nationes . . . simul -erunt (*i. fidem christianam acceperunt*). 4, 2 p. 427, 7 Paulus . . . Hierosolymam ascendit ad cognoscendos apostolos . . . ne non secundum illos -isset et non secundum illos euangelizaret. 4, 34 p. 538, 18 qui non -bant omnino vel qui nec sic -bant. 4, 35 p. 541, 2 *al.* bapt. 1 illi, qui simpliciter -isse contenti. 10 utpote non intellegentes quia nec -entes. ITALA Is. 7, 9 (Tert. adv. Marc. 4, 20 p. 487, 17. 4, 25 p. 504, 11. 4, 27 p. 515, 21. 5, 11 p. 613, 9 *et* VVLG.) nisi -eritis, . . . non intellegetis (*ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδὲ μὴ συνῆτε*). *et saepe.* CYPR. unit. eccl. 8 nec alia ulla -entibus praeter unam ecclesiam domus est. laps. 5 quid -entes . . . sub apostolis ante fecissent. *saepius.* COMM. apol. 929 multa signa facit ut illi -ere possint. 1055 et si non -erint, in umbra mortis abibunt. ARNOB. nat. 2, 5 cum carnifices . . . impendeant -uris. HIL. in Matth. 10, 15 dominus noster . . . dux -entium. 11, 7 ex his enim iam -entes, ex his iam apostoli, ex his iam regnum caelorum. hymn. 1, 17 -ens te populus rogat. OPTAT. 10, 8 -ens in nomine Christi baptizatur. LVCIF. reg. apost. 1 nisi integre -res. non parc. 9 nos, per quos omnia praecepta sua voluit ad populorum -entium perferri notitiam. PRISCILL. tract. 1, 2 eruditio -endi. PS. DAMAS. epigr. 66, 2 ut vitam doceat -entibus esse futuram. AMBROSIAST. in Rom. 2, 9 -ens honorificentior est propter Abraham, diffidens autem peius tractandus est. 2, 16. HIER. epist. 55, 5 omnes -entes, immo omne hominum genus (*opp.* incredulus). 58, 3 singuli quique -entium. VVLG. I Macc. 2, 59 Ananias et Azarias . . . -entes liberati sunt de flamma. Matth. 8, 13 vade et sicut -isti, fiat tibi. Marc. 5, 36 noli timere, tantummodo -e *al.* PAVL. NOL. epist. 11, 6 *opp.* infidelis. AVG. civ. 5, 19 gratiae dei, quod eas volentibus, -entibus, petentibus dederit. *nota i. q. fidem suam verbis exprimere*: TERT. adv. Marc. 4, 36 p. 546, 23 ut haec fuerit caeci illius fides, qua -erit in voce: 'Iesu, fili David'.

b *sequitur obiectum*: *α accusativus*: FAVST. REI. spir. 1, 1 p. 103, 11 *cf. p. 1149, 30 et* SERM. Caspari anecd. p. 329 *v. p. 1149, 35.* SEN. epist. 95, 50 primus est deorum cultus, deos -ere. 117, 6 nec ulla gens usquam est adeo extra leges moresque proiecta, ut non aliquos deos -at. PLIN. nat. 2, 3 ut totidem rerum naturas -i oporteret. 2, 14 innumeros quidem -ere *deos.* 2, 16 matrimonia quidem inter deos -i. TERT. patient. 2 p. 3, 5 dominum. 9 p. 14, 19 -entes enim resurrectionem Christi in nostram quoque -imus, propter quos ille et obiit et resurrexit. resurr. 1 p. 25, 3 illam (*sc. resurrectionem*) -entes sumus; hoc -ere veritas cogit. 2 p. 27, 1 obducimus praescribendo nullum alium -endum deum praeter creatorem. 2 p. 27, 15 quia durius -itur resurrectio carnis quam una divinitas. 5 p. 31, 24 quantus hic sit, satis nosti, qui unicum -isti. 11 p. 39, 27 ne qui forte adhuc sciant deum nosse, qui non alia lege -endus est, quam ut omnia posse -atur. 25 p. 61, 17 aut si et agnitio sacramenti resurrectio, salva utique illa -itur, quae in ultimo praedicatur. 35 p. 76, 30 tunc et aeternas substantias -et. 39 p. 82, 15 itaque talem (*sc. resurrectionem*) praedicabat, qualem et Pharisaei susceperant et dominus ipse defenderat et Saducaei, ne talem quoque -rent, in totum esse noluerunt. 48 p. 99, 11 per haec cui nos rei -endae videtur exstruere? . . . volens eam (*sc. resurrectionem*) -i. 57 p. 116, 15 quid est -ere resurrectionem nisi integram -ere? adv. Prax. 2 p. 229, 3 unicum quidem deum -imus. 22 p. 271, 4 adeo totum hoc perseverabat inducere, ut duo tamen -rentur in una virtute, quia aliter filius -i non posset, nisi duo -rentur. adv. Marc. 1, 5 p. 296, 11 cur non plura, si duo, quando oporteret -i substantiam divinitatis. 2, 17 p. 358, 25 propter quod alterum deum -is. 2, 26 p. 372, 1. 2, 27 p. 374, 14 ex fide deum crucifixum. 3, 3 p. 380, 10 nec deum nec Christum tuum -i. 3, 7 p. 388, 15 *Christum* facile et intellegere et -ere potuerunt. 4, 1 p. 423, 6 euangelio . . . secundum antithesis -endo. nat. 2, 1. 2 Aegyptiorum plerique quattuor deos -unt, Solem et Lunam, Caelum ac Terram. *et saepe.* ITALA Ioh. 20, 31 (Tert. adv. Prax. 25 p. 277, 4) ut -atis, inquit, Iesum Christum, filium dei? (*ἵνα πιστεύητε, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστός*, VVLG. ut -atis, quia Iesus est Christus . . . . *cf. etiam p. 1145, 8*). act. 11, 17 (Ps. Cypr. rebapt. 2) si ergo aequale donum dedit eis sicut et nobis -entibus dominum Iesum Christum (*πιστεύσασιν ἐπὶ τὸν κύριον*, VVLG. qui -idimus in dominum . . .). CYPR. idol. 12 unum tantum (*adventum Christi*) -unt. hab. virg. 5 virgo non esse tantum, sed et intellegi debet et -i. laps. 34 promittitur salus falsa vel -itur. PS. HIL. libell. 1. LVCIF. non conv. 14 ut per doctrinam colligentes sacrorum euangeliorum dei patris et unici filii eius unam -remus deitatem. reg. apost. 9 non -o unam potentiam patris et filii. GAVDENT. serm. 2 in mysterio panis ac vini . . . vivificat -itus *Christus.* PRISCILL. tract. 1, 3 quis enim est, qui legens scripturas et unam fidem, unum baptisma, unum deum -ens haereticorum dogmata stulta non damnet . . . . 2, 41. 44 fidem vero sicut accepimus ita et tenemus et tradimus, -entes unum deum patrem omnipotentem, sicut scriptum est. PS. DAMAS. epigr. 66, 4 sic Christum -ere fas est. TYCON. 69, 11 qui Iesum dominum corde -erit, id est operibus -isse monstraverit. RVFIN. Adamant. 1, 2 similiter . . . et spiritum -o sanctum. PRVD. psych. praef. 8 deo libenter -ito. AVG. civ. 3, 2 ne gravius sit tales deos -ere quam diis talibus peierare. 22, 5 de resurrectione carnis, quam quidam mundo -ente non -unt. *ibid.* si rem credibilem -erunt, videant quam sint stolidi, qui non -unt; si autem res

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

incredibilis -ita est, etiam hoc utique incredibile est, sic -itum esse, quod incredibile est . . . . *saepissime*. Ps. AVG. serm. 242, 4 -entes . . . sanctam ecclesiam catholicam . . . -ere vos quoque in corpore resurrectionem et remissionem peccatorum oportet. *nota*: EVANG. Nicod. 1, 2, 5 duodecim isti -i debent, quoniam non est natus de fornicatione (*οἱ δώδεκα οὗτοι πιστεύονται*).

β duo accusativi: TERT. adv. Prax. 24 p. 274, 17 hoc (*sc. filium dei*) se volens -i ab illis omni hora patrem nominabat. 25 p. 276, 15 percurre adhuc et invenies, quem patrem -is vice patris dictum et patrem agricolam, uti quem in terra tu putas fuisse, hunc rursus in caelis a filio agnosci. 25 p. 277, 9 ut patrem -as Iesum Christum, sed ut filium. 27 p. 280, 29 ceterum deum immutabilem et informabilem -i necesse est. 28 p. 283, 8 at tu, si ex aliquo argumento vestitus quoque vocaretur Iesus, quomodo Christus ab unctionis sacramento, aeque Iesum filium dei diceres, vestitum vero patrem nunc de Christo -res. adv. Marc. 1, 6 p. 298, 4 nega deum, quem dicis deteriorem, nega summum magnum, quem -is minorem. 1, 11 p. 305, 1. 2, 5 p. 339, 22 quod si evenit, absolutum est e contrario, deum neque bonum -endum neque praescium neque potentem. 3, 2 p. 378, 11 ceterum nec filius agnosceter quem nunquam pater nuncupavit nec missus -etur, quem nunquam mandator designavit. 3, 11 p. 393, 29 si omni modo natus -i habebat, qui homo videbatur. 3, 13 p. 397, 6 virgo mater merito -etur. 3, 15 p. 401, 20 ne Christus creatoris -retur? FILASTR. 69, 7 Christus et homo et deus -itur. 70, 2. 92, 4. 93, 1. 136, 5. GAVDENT. serm. 3 iustum -e deum et verum. AVG. civ. 4, 20 sed cur et Fides dea -ita est. 25, 5.

γ in *c. acc.*: FAVST. REI. spir. 1, 1 p. 103, 11 '-ere illi' cuilibet potes homini, -ere vero 'in illum' soli te ⟨dei⟩ debere noveris maiestati, sed et hoc ipsum aliud est 'deum -ere', aliud 'in deum -ere'. in deum . . . -ere, nisi qui pie in eum speraverit, non probatur; in deum ergo -ere hoc est: fideliter eum quaerere et tota in eum dilectione transire (*cf. p. 1147, 73*). VEREC. in cant. 4, 18 aliud est -ere in deum, aliud confidere; multi enim -unt, sed pauci confidunt. qui vero veniunt ad eum, -unt in eum. *cf.* SERM. Caspari anecd. p. 329, 18. 330, 1 aliud est -ere deo, aliud in deum -ere. -ere et Petro et Paulo iure debemus, in Petrum vero et Paulum -ere, id est in servos conferre honorem domini, non debemus *eqs.* TERT. patient. 9 p. 14, 20 -entes enim resurrectionem Christi in nostram quoque -imus, propter quos ille et obiit et resurrexit. 16 p. 24, 9 qui in resurrectionem carnis et spiritus -imus. 59 p. 120, 9 nationes . . . -uras in nomen et in bracchium domini. adv. Prax. 2 p. 229, 13 in patrem et filium et spiritum sanctum. 21 p. 267, 4 qui viderit filium et -erit in eum. adv. Marc. 1, 12 p. 306, 10 *al.* bapt. 16 qui in sanguinem eius -rent. anim. 51 magis enim -am in testimonium ex deo factum quam ex ullis animae reliquiis. ITALA Is. 28, 16 (Tert. adv. Marc. 5, 6 p. 591, 12) qui in eum *lapidem* -erit, non confundetur (*ὁ πιστεύων οὐ μὴ καταισχυνθῇ*, VVLG. qui -erit, non festinet). Ioh. 3, 17 (Tert. adv. Prax. 21 p. 265, 6 *et* VVLG.) qui -erit in illum, non iudicatur, qui non -erit in illum, iam iudicatus est, qui non -idit in nomine unici filii dei (*cf. etiam p. 1146, 38*). *et saepe*. LVCIF. non parc. 21. Athan. 1, 33 in antichristum. 2, 25 in eius clementiam divinam. PRISCILL. tract. 2, 45 -entes in sanctam ecclesiam, sanctum spiritum, baptismum salutare, sicut scriptum est (*ibid.* -entes remissionem peccatorum *cf. p. 1148, 74 sq. postea* -entes in resurrectionem carnis). MAXIMIN. c. Ambr. 15 in unum solum verum deum auctorem omnium. AMBR. Cain et Ab. 1, 8, 30 qui -it in Christum, -it et in patrem et qui perfecte -it in patrem, -it in filium et spiritum sanctum. Abr. 1, 3, 15 qui in domini nostri Iesu Christi passionem -rent. exhort. virg. 6, 38 in lumen aeternum. VVLG. I par. 5, 20 et exaudivit eos eo quod -issent in eum (*ἤλπισαν ἐπ' αὐτόν*). II par. 16, 9 his, qui corde perfecto -unt in eum (*ἐν πάσῃ καρδίᾳ πλήρει πρὸς αὐτόν*). Ion. 3, 5 et -erunt viri Ninivitae in deum (*ἐπίστευσαν . . . τῷ θεῷ*) *al.* AVG. civ. 5, 20 qui autem vera pietate in deum, quem diligit, -it et sperat. 17, 16 Christum, quem praedicamus et in quem -imus. 18, 53 o ingenia litterata digna -ere ista de Christo, quae -ere non vultis in Christum (*cf. etiam p. 1146, 39. 41. 57*). 18, 54 nos ergo, qui sumus vocamurque christiani, non in Petrum -imus, sed in quem -idit Petrus. *δ* ad: AMBR. Abr. 2, 8, 48 quia corde -idit ad iustitiam (*cf. p. 1144, 24*. PAVL. NOL. epist. 42, 3 concordes corde -amus ad iustitiam. AVG. pecc. mer. 1, 25, 38 quia nondum possunt corde proprio -ere ad iustitiam. serm. 279, 7 quid prodest corde -isse ad iustitiam?). HIER. vir. ill. 5 cum ad praedicationem eius Sergius -isset. c. Vigil. 6 ad suum euangelium -erunt. GREG. M. moral. 1, 25 quod ad vitam -entes populos non sermo sed causa suaderet. *ε alicui vel alicui rei*: SERM. Caspari anecd. p. 329, 18 *et* p. 330, 1 *v. supra l. 35*. COMM. apol. 615 ipsa spes tota, deo -ere, qui ligno pependit. 741 Christo. 766 legi. 803. ARNOB. nat. 2, 11 nos -imus et acquiescimus Christo. FILASTR. 125, 6 patri. 137, 6 trinitati. PELAG. in I Cor. 3 p. 725c cui (*sc. Christo*) fide firmissima -istis. VVLG. Sirach 2, 6 -e deo et recuperabit te (*πίστευσον αὐτῷ*). *cf. etiam p. 1133, 12*. 2, 8 qui timetis dominum, -ite illi (*πιστεύσατε αὐτῷ*). II Macc. 8, 13 quidam formidantes et non -entes dei iustitiae in fugam vertebantur (*ἀπιστοῦντες τὴν τοῦ θεοῦ δίκην*). Matth. 21, 32 et non -istis ei (*sc. Ioanni*), publicani autem et meretrices -erunt ei. 27, 42 descendat nunc de cruce, et -imus ei (*ἐπ' αὐτόν*). Marc. 1, 15 paenitemini et -ite euangelio (*πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ*). Luc. 1, 20 pro eo, quod non -isti verbis meis (*ἐπίστευσας τοῖς λόγοις*). Ioh. 8, 46 si veritatem dico vobis, quare non -itis mihi? act. 24, 14 -ens omnibus, quae in lege . . . scripta sunt. Rom. 2, 8 qui non acquiescunt veritati -unt autem iniquitati (*πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ*). RVFIN. Adamant. 1, 11. 3, 1 expone, quomodo -is deo (*περὶ τῆς εἰς θεὸν πίστεως*). AVG. civ. 17, 22 mente perversa non -ens deo. 17, 24 euangelio. APRING. in apoc. 19, 20 antichristo (20, 9 antichristum). PASS. Paul. 13 tunc -emus tuo regi. ACT. Petr. 52, 3 deo vivo. 56, 13 deo. 71, 17. *ζ* in *c. abl. v. p. 1146, 38 sqq.*

C *i. q. censere*: VICT. VIT. 1, 30 -idit Vandalus . . . Martinianum Maximamque coniugali consortio sociare. CORP. III 6866, 15 quod apud se decurionum sufficiens futura sit copia, -idimus adnuendum.

D *i. q. timere*: GREG. TVR. Franc. 2, 34 -entibus ne . . . urbs tota consumeretur.

opponuntur: *ad I*: reddere, solvere, debere, contrahere, deferre, donare, constituere (*cf. p. 1130, 58*). *ad II*: diffidere. scire, dubitare, negare. opinari, putare, novisse. intellegere.

part. praes. act. **crēdēns**: *pro adi. c. gen.*: ACT. Petr. 85, 3 ecce ego de -entibus Iesu Christi unus opto esse. *pro subst.*: *is, qui credit, de christianis, v. p. 1147, 81 sqq.* *i. q.* creditor *v. p. 1130, 80.* *i. q. fide dignus*: LEX Sal. capit. 5, 7 graphio cum septem rachymburgiis . . . bonis -entibus aut quis sciant accionis, ad casa illius ambulent.

part. perf. pass. pro subst. **crēditum**, -ī *n.* *i. q. pecunia credita* (*cf. p. 1129, 80 sqq.* GLOSS. *δάνειον*): *proprie*: LIV. 8, 28, 3 *L. Papirio* cum se C. Publilius ob aes alienum paternum nexum dedisset . . . *is* florem aetatis eius fructum adventicium -i ratus . . . pellicere adulescentem . . . est conatus. 27, 51, 10 ut . . . res inter se contrahere vendendo, emendo, mutuum dando argentum -umque solvendo auderent. QVINT. inst. 5, 10, 105 et illa, in qua lex est, ut argentarii dimidium ex eo, quod debebant, solverent, -um suum totum exigerent. decl. 273 p. 119, 6 ut primum -o satisfiat. p. 119, 16 omnia igitur ea, quae apparerent, in -um et in aes alienum transissent. SVET. Claud. 16 -i servandi causa. *apud* ICTOS *persaepe, ex. gr.* POMPON. dig. 13, 7, 8, 1. 20, 4, 4 -um pensare cum pretio rei venditae. GAIVS dig. 10, 2, 3 debita et -a. VLP. dig. 14, 4, 5, 18 si quidem in -um ei abit, tributio locum habebit. 34, 2, 27, 1 sine dubio non debetur id quod in -o esset. PAVL. dig. 47, 2, 15 pr. creditoris, cuius pignus subreptum est, non -o tenus interest. *opponitur* beneficium: SEN. benef. 1, 1, 3 nec facile dixerim, utrum turpius sit infitiari an repetere beneficium; id enim genus huius -i est, ex quo tantum recipiendum sit, quantum ultro refertur. 1, 2, 3 alioqui in formam -i transeunt *beneficia*. 2, 21, 2. 2, 34, 1 aliter beneficium, aliter -um solvitur. 3, 7, 1 si appello, si ad iudicem voco, incipit non beneficium esse, sed -um (3, 15, 1. 4, 26, 3). 4, 39, 2 *et saepius*. *in imag.*: PETR. CHRYS. serm. 167 p. 638B qui innocentiae -um servat, paenitentiae non solvit usuram.

deriv.: credibilis, creditarius, creditare, creditor, credulus.
comp.: ac-, con-, dis-, recredere. *Lambertz.*

ˣ**crēdulitās**, -ātis *f. a* credulus. GLOSS. *εὐπιστία*. *legitur inde a* PLANC. Cic. epist.; *singulis locis*: LIV. (*v. infra l. 74*) VAL. MAX. MART.; *binis*: PLANC. PHAEDR.; *ternis*: CVRT. PLIN. nat. APVL.; *quattuor*: QVINT. *senis*: SEN. phil. TAC. (*1 hist., 5 ann.*). *11ies*: OV. *coniungitur cum praep.* in *c. acc. p. 1151, 45*, super *p. 1151, 58*, de *p. 1151, 21. 46*; *cum genet. obi. p. 1151, 24. 67*.

1 *facilitas credendi, imprudentia, superstitio* (*cf.* AVG. util. cred. 9, 22 quod ipsa, inquis, -s, a qua creduli nominantur, vitium quoddam mihi videtur esse *eqs.*): PLANC. Cic. epist. 10, 21, 1 non licuit diutius bene de eo sperare: illud certe . . . cavebo, ne mea -e rei p. summa fallatur. 10, 23, 1 -s enim error est magis quam culpa (*ibid.* imprudentia). OV. am. 3, 3, 24 stultā populos -e movet *deus* (3, 14, 30. Pont. 2, 4, 32 *ibid.* fiducia mendax. PHAEDR. 2, 4, 26). 3, 12, 44 -s nunc mihi vestra nocet. epist. 12, 120 meritas subeamus . . . tu fraudis poenas, -is ego. 16, 39 -s damno solet esse puellis. met. 12, 59 (*de re personata*) illic (*sc. in domo Famae*) -s, illic temerarius Error . . . est. 13, 934 quos *pisces* aut in retia casus aut sua -s in aduncos egerat hamos (15, 101 nec sua -s piscem suspenderat hamo). 15, 498 Hippolytum . . . -e patris . . . occubuisse neci. Pont. 1, 1, 44 turpe nec est tali -e capi. LIV. 44, 22, 6 ⟨ru⟩mores -e vestra alatis (crudelitatis vestrae adlatis *cod.* *cf.* QVINT. inst. 5, 3). VAL. MAX. 9, 6 pr. cum -em nefariis vinculis circumdedit *perfidia*. PHAEDR. 3, 10, 33. SEN. dial. 2, 2, 2 excussa iam antiqua -e et saeculo ad summam perducto sollertiam. 4, 24, 1 plurimum mali -s facit. 4, 24, 2 (*ibid.* suspicio). 12, 11, 1 sua quemque -s decipit. epist. 15, 7. 108, 21 (crudelitatis *BA*). CVRT. 6, 10, 35 ego ipse, quotiens quae audieram detuli, cum ludibrio -is repulsus sum (*i. vituperatus ut credulus*). 7, 7, 8 (*ibid.* superstitio). 9, 5, 21 vel securitas vel, par huic vitium, -s. PLIN. nat. 7, 190. 8, 82 mirum est, quo procedat Graeca -s. 26, 20. MART. 5, 1, 10 ego te, *Caesar*, legisse putabo et tumidus Galla -e fruar. QVINT. inst. 6, 4, 8 ut nostra -e, aliena stultitia erubescamus.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

7, 3, 34 -s senis. decl. 291 p. 162, 12. FRONTIN. strat. 2, 5, 23 ad eliciendam Semproni -em. TAC. hist. 2, 19. ann. 2, 40 inanem -em. 2, 82 iuvat -em nox. 14, 4 facili feminarum -e ad gaudia (15, 11 ENNOD. opusc. 2, 137 p. 329, 19. *cf.* SIDON. epist. 7, 2, 8 non parvo etiam corollario facilitatem -emque munificentiae socrualis emungens). ann. 16, 2. GELL. 14, 1, 33 multa -e ducente perveniunt callide ad ea quae vera sunt. 15, 22, 9 hominum barbarorum -s. APVL. met. 9, 21 PS. APVL. Ascl. 29. TERT. anim. 44 ut ... hoc quoque Hermotimi argumento -s subornetur. CENS. 4, 11 rudis antiquorum -s. VLP. dig. 15, 3, 3, 9 ne -s creditoris domino obesset. 48, 5, 30, 4. PAVL. sent. 5, 21, 1 ne humana -e publici mores ad spem alicuius rei corrumperentur. PANEG. 10, 18 facis verba, spem illorum agitas et versas -em. LAMPR. Heliog. 3, 3 vota hominum ad -em festinantium. ARNOB. nat. 3, 24 quidquid vile vel sordidum suspiciosa potuimus -e confingere. 6, 16 ipsi vos ultro -is vacuae circumscriptione traducitis. IVVENC. 4, 98 falso ... nomine capta -s. 4, 144 -s vanissima. LACT. inst. 2, 16, 2 IVST. 11, 4, 2 PLIN. med. 3, 33. AMM. 30, 1, 22 hoc figmento decepta -e (*i. rege credulo*). HEGES. 4, 4, 1 mendaciis fidem quaerere et -em compositis asciscere. HIER. epist. 3, 2 manifestus ad -em nuntii auctor impulerat. *ibid.* tota -is frena laxavi. OROS. hist. 3, 10, 2 penes omnes de corrupto aëre (*sc. causam mortis esse*) simplex -s erat. CASSIOD. or. frg. p. 466, 20 -s incerta vagabatur. var. 4, 40, 2 -s (crudelitas *L*) sublevat humiles (*sc. quod iis facile creditur*), premit invidia potiores. *c. genet. obi*: APVL. met. 2, 27 vulgus ... facti verisimilitudine ad criminis -em (crudelitatem *cod.*) impelli. SCHOL. Stat. Theb. 7, 116 ad augendam -em novarum rerum ita dicta confirmant, ut ... se vidisse confirment (CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 140 superba ultra -em rei [εἰς ὑπερβολήν]). CASSIOD. var. 11, 9, 1 absit a nostris temporibus vel minima -s laesionis (*i. suspicio*). *nota*: PAVL. NOL. carm. app. 3, 195 ut quod -s fallacis vinxerat anguis, posset nunc melior solvere -s (*ad 2*). *in bonam partem i. q. fiducia, fides*: ARNOB. nat. 1, 54 incredulum illud genus humanum, quod nisi aperta res esset ..., numquam rebus huiusmodi -is suae commodaret assensum (2, 6). 1, 65 cum novitas rerum ... -em faceret haesitare. 2, 10 omnia illa ... -e asseveretis duce. CHALC. transl. p. 37[B] rectae opiniones et dignae -e (δόξαι καὶ πίστεις βέβαιοι). p. 40[D]. 40[E] sit igitur nostra -s comes asseverationi priscorum virorum. comm. 127 *v. p. 1153, 4.* BOETH. mus. 1, 19 praesenti disputationi sub mediocri intellegentia -s adhibenda est. CASSIOD. anim. 8 p. 1293[D] sunt alia huius -is (*i. opinionis*) indicia.

2 *professio fidei christianae, saepe apud* ECCL.: PS. ORIG. tract. 10 p. 108, 3 timoris dei et bonae -is. 12 p. 136, 6 -em fidei. COD. Theod. 16, 11, 2 (*a. 405*) veram fidem catholicam, quam recta -s confitetur. ARNOB. nat. 2, 8 (*syn.* fides). MAR. VICTORIN. in Gal. 2, 18 p. 1165[B] post -em in Christum. PS. HIL. libell. 6 hic ordo est -is nostrae de Christo. 12 OPTAT. 5, 7 p. 137, 13 ZENO 1, 1, 1. 2. 4 *al.* LVCIF. moriend. 11. TRACT. in Luc. 1, 45 ut virginitatem -e confirmet anicula (*ibid.* fides). EPIST. syn. Arim. Migne 13, 569[A] credentibus incredulitatem, incredulis -em inducentes. FAVSTIN. trin. 2, 9. FILASTR. 153, 2 in eadem fide atque -e. 155, 7 cordis quippe hominum -s. AVSON. rhop. 39 da sensum solida stabilitum -e. RVFIN. Orig. in exod. 4, 1 quod cum stupori esse debuerit Pharaoni et ad -em proficere, in contrarium versum est. 4, 6. hist. 2, 1, 7 fideli satis -e. 4, 18, 6 ad -em verae fidei perductus. 4, 23, 2 euangelii -em. symb. 3 (*syn.* vis credendi). PRVD. apoth. 549 vis tanta novellae -is inest. PAVL. NOL. carm. 10, 280 venerabile Christi imperium docili pro -e sequentem. carm. app. 3, 195 *v. supra l. 30.* 3, 240 duret mihi semper ut ista una super trina nomina -s. AVG. civ. 20, 24. serm. ed. Mai 139, 1 quia deus non crudelitate, sed -e quaerendus est. ZACCH. 1, 1 vestrae -is secta (*de christianis*). 2, 17 a -e catholica discedentes. CASSIAN. inst. 4, 20 *al.* SEDVL. op. pasch. 1, 28 fides vera et firma -s. CASSIOD. var. 5, 40, 6 haec supernae maiestati reverentiam piae -is impendit. GREG. TVR. Franc. 9, 15 discussis utriusque partis (*sc. Arrianorum et catholicorum*) -bus quae vera sunt, cognoscamus. VEN. FORT. vita Hil. 5, 15 prava -e ecclesiam dei turbare (*de haeresi.* PASS. Rogat. 3 falsa -e persuasus). GREG. M. dial. 4, 29 p. 368[B] *opp.* rigor. *c. genet. obi.*: PS. ORIG. tract. 2 p. 14, 9 homines ad -em dei concursuri (ZACCH. 2, 9 ut ... dei primum -s fundaretur). CASSIAN. conl. 7, 5, 5 metu futuri iudicii et caelestis regni -s. *adde*: EPIST. pontif. Thiel Gelas. frg. 45 vir clarissimus Telesinus, quamvis Iudaicae -is esse videbatur (ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 23, 29 Cananaea quaedam -is quidem Israeliticae, sed gentis alienae).

syn.: fiducia, imprudentia, securitas, suspicio, superstitio, fides.

compos.: incredulitas.

crēdulus, -a, -um [*a* credere. *Th.*]. PRISC. gramm. II 138, 7 credo -us. plus -us: OPT. PORF. *p. 1152, 44.* AVG. util. cred. 9, 22 -us hoc a suspicioso differt, quod ille in cognitis aliquam, iste nullam tribuit dubitationem. DIFF. ed. Beck p. 48, 55 -us qui credit aliquid. GLOSS. εὔπιστος, εὐπιθής, εὐπειθής, εὐανάπειστος. *legitur inde a* CIC. *singulis locis*: VERG. LIV. (perioch.) SEN. rhet. VAL. MAX. SIL. STAT. PLIN. epist.; *duobus*: CALP. ecl.; *ternis*: TIB. PROP. CVRT. QVINT.; *quinis*: HOR. TAC. (hist.); *7ies*: CIC.; *praeterea* SEN. phil. (*10ies*) *et* OV. (*13ies*). [*dub.* COMM. instr. 1, 22, 4 cupit audire responsa (*i. oracula*) bona crudelis (*C*, vana credulus *al.*).]

1 *qui temere credit, improvidus, incautus; hic illic i. q. superstitiosus*: **a** *de animantibus*: CIC. Font. 23 ubi discerni *possit* stultus auditor et -us ab religioso ... iudice. Phil. 1, 29 ut quidam nimis -i suspicantur (PROP. 2, 21, 6 tu, nimium -a. SEN. contr. 2, 7 [15], 1. *cf. infra l. 61*). ac. 2, 82 ab hoc -o, qui numquam sensus mentiri putat, discedamus. div. 2, 117. Cato 36 *senes* (Lael. 100 improvidorum et -orum senum). Att. 15, 16[a] in hoc me libenter praebeo -um (SEN. nat. 4, 4, 1 me usque ad mendacia haec leviora ... -um praesto). HOR. epod. 16, 32 -a nec ravos timeant armenta leones. carm. 1, 5, 9 qui nunc te fruitur -us aureā, *Pyrrha.* 3, 7, 13 Proetum ... -um. TIB. 1, 9, 38. 3, 10, 18 frustra -a turba sedet (PAVL. NOL. carm. 32, 138. *cf. l. 15. 37. 43. 50*). PROP. 2, 25, 22 OV. ars 3, 661. rem. 686 dum sibi quisque placet, -a turba sumus. epist. 5, 106. 16, 56 met. 3, 432 fast. 2, 42. 6, 117. 738 EPICED. Drusi 193. LIV. perioch. 116 cum apud -am plebem seditiones moveret. SEN. Ag. 629. nat. 6, 26, 3 philosophi ... -a natio. 7, 16, 1 quidam -i, quidam neglegentes sunt. CVRT. 6, 8, 14 cum de salute regis timeretur, -os esse debere. CALP. ecl. 6, 36 sequiturque vocantem -us *cervus.* STAT. Theb. 6, 79 *parens.* QVINT. inst. 11, 1, 71. 11, 2, 4 nec ero tam -us, ut. decl. 355 p. 387, 4. PS. QVINT. decl. 14, 3 -us iam iamque securus amator. TAC. hist. 1, 12 *Galbam* infirmum et -um. 2, 72 vulgus -um (4, 49). PLIN. epist. 2, 20, 5 illa, ut in periculo -a, poscit codicillos. VLP. dig. 2, 10, 1, 3 sibi eum imputare qui -us fuit. LAMPR. Diad. 4, 2 advocatis. ARNOB. nat. 7, 51 quamvis ille sit -us et facillimas aures quibuslibet fictionibus praebeat. IVST. 2, 8, 9 -a multitudo. LACT. inst. 3, 18, 16 infantibus. FRG. Vat. 35, 6 incautus et -us. VEG. mil. 3, 3. QVEROL. p. 47, 5 illum, quoniam est -us, mirificis ludamus modis. AVG. civ. 14, 11. 18, 4. PHOEBAD. c. Arrian. 3 decipiendos imperitos -os incautos (MACR. sat. 7, 13, 21 ne decipias -um). RVT. NAM. 1, 522. DRAC. Orest. 79 -a mater erat. 283 male -us. SIDON. epist. 6, 8, 1 creditoribus bene -is. *c. dat.* (*cf. l. 63. 81.* ARVS. gramm. VII 461, 28): VERG. ecl. 9, 34 sed non ego -us illis. HOR. carm. 1, 11, 8 carpe diem quam minimum -a postero. PROP. 1, 3, 28 obstupui vano -us auspicio. OV. met. 8, 858 sit tibi piscis in unda -us et nullos, nisi fixus, sentiat hamos. fast. 2, 716 non intellecto -a turba deo. CALP. ecl. 6, 29 erit ... arbiter inflatis non -us ... verbis. SIL. 10, 477 -us adversis. TAC. hist. 2, 23 *Otho* humillimo cuique -us. VIGIL. TRID. ad Ioh. 11 vidi, vix hodieque -us mihi: excedunt facta reverentiam relata dictorum. VVLG. gen. 39, 19 nimium -us verbis coniugis. PAVL. NOL. carm. 24, 28 fragili carinae -us. *cum in c. acc.* (ad *v. supra l. 10*): OV. fast. 4, 312 nos in vitium -a turba sumus. OPT. PORF. epist. ad Constant. 8 in mea blandimenta plus -us. *c. genet.* (*cf. l. 65. p. 1153, 2*): PAVL. NOL. carm. 27, 330 vix muneris huius -us. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 61 de catocha passione quidam liberati ac deinde sanitatis -i (*i. certi*). de: VEN. FORT. carm. 5, 6 praef. 5 mihi de vobis -us (*i. fisus*). *c. acc. c. inf.*: PAVL. NOL. carm. 20, 408 *vitula* sibi solitos alludere tactus -a. 27, 566. *c. acc.*: DRAC. Orest. 613 quae (*acc.*) turba ministra -a dum fuerit (*i. crediderit*).

b *de rebus*: TIB. 2, 6, 19 -a vitam spes fovet (SEN. Phaedr. 634 o spes amantum -a, o fallax amor! Thy. 295 -a est spes improba. *cf. l. 66.* ANTH. 415, 3 -a res ... spes stat in extremis officiosa malis). OV. epist. 6, 21 -a res amor est (= met. 7, 826). VAL. MAX. 9, 15 ext. 2 barbarum quendam ... regnum affectantem ... paene totius orientis civitatium et gentium -a suffragatione fultum. SEN. Phaedr. 530 nondum secabant -ae pontum rates. Thy. 962 -a praesta pectora fratri (*i. confide fratri*). Tro. 3 quicumque regno fidit ... animumque rebus -um laetis dedit. Herc. O. 965 pro nimis mens -a (COD. Theod. 16, 6, 4 pr. [*a. 405*] -as mentes. HIER. epist. 60, 2). CVRT. 7, 2, 37 auribus -is (10, 1, 28). BACHIAR. fid. 6 p. 1034[B] -a ... facilitate. DRAC. laud. dei 1, 466 -a corda. *c. dat.*: AVSON. 417, 7 quae compositis male suadae -a causis concinnat ... suspicio culpas. AVELL. p. 698, 2 corda male sibi -a. *c. genet.*: HOR. carm. 4, 1, 30 me nec femina ... iam nec spes animi -a mutui ... iuvat. *nota passive, i. quod facile creditur*: TAC. hist. 1, 34 -a fama inter gaudentes et incuriosos. CARM. epigr. 1552[B], 18 (*saec. II*) cernitur et titulis -a vita suis. *adde*: IVST. 2, 10, 10 ut *fratres* iucunda inter se, non solum -a convivia habuerint (*i. fida. cf.* GLOSS. IV 342, 49 fidus fidelis, -us).

2 *apud christianos, qui in deum credit, fidelis*: TERT. anim. 17 fidelis *fuit* et tactus exinde -i Thomae. MAR. VICTORIN. in Eph. 5, 13 p. 1290[B] animi ... voluntas est commodata et -a. HIL. hymn. 1, 35 felix, qui potuit fide res tantas penitus -us assequi. ZENO 2, 13, 1 -i devotique. 2, 17, 2 salutem civitati -ae praestaturus. 2, 74 -o percipe corde (PAVL. NOL. carm. 10, 304. epist. 50, 12 corda male -a). PRVD. apoth. 576 quid renuis, quid inane caput, non -e, quassas? 580 *virgo* concepit -a Christum. AVG. serm. ed. Mai 4, 2 -a mulier *Cananaea.* BACHIAR. fid. 6 p. 1034[B]. SEDVL. op. pasch. 5, 22 ne fides defecisset in -o. carm. pasch. 5, 314 cui (*fidei*) non vis -us esse. ALC. AVIT. carm. 6, 217. 272. DRAC. laud. dei 2, 667 *syn.* fidelis. 2, 684 *opp.* non credentes. APRING. in apoc. 21, 22 -ae ... mentes. MARCELL. chron. II p. 74, 15 nationes -ae. ORIENT. carm. app. 3, 42

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-e confessor. VRAN. epist. 8 p. 863B -us ut Isaac. CORIPP. Iust. 2,55. ARATOR act. 1,685 si -us audis. NICET. p. 46,18 gentes. *c. genet.*: ARATOR act. 2,952 non est tibi -a nostri nominis *haec urbs*.

adv. **crēdulē:** CHALC. comm. 127 -e mage quam persuadenter et probabiliter ostendit oportere credulitatem omnes doctrinas praecedere.

syn.: *ad 1*: improvidus, incautus, imperitus. *ad 2*: devotus, fidelis. *opp.*: *ad 2*: non credens.

deriv.: credulitas. *comp.*: incredulus. *L.*

crēduo *v.* credo. **crema** *v.* cramum.

cremābilis, -e [*a* cremare. *Th.*]. *qui cremari potest*: GLOSS. II 346, 60 καύσιμος. 575, 46 quod decet (*contam.?*) vel facile potest succendi.

cremaculus. GLOSS. II 145,32 (*margo*) κρέμαται pendet, unde -us [*cf. francog.* crémaillère. *M.-L.*].

cremastēr, -ēris *m.*, κρεμαστήρ. *i. q. nervus testium* (*cf.* CELS. 7,18. COLVM. 6, 26, 2 *testium nervos* Graeci κρεμαστῆρας ab eo appellant, quod ex illis genitales partes dependent): CHIRON 317 in frigore repercussi a -bus nervorum spasmum passi. 684 -em ipsum prendito iuxta saccellationem. 685 ubi praecideris venam et -em. GLOSS. III 599, 17 -is testiculorum causa.

cremātio, -ōnis *f. a* cremare. 1 *actus cremandi, combustio, exustio*: PLIN. nat. 23, 64 -o *faeci vini* multum virium adicit. ITALA lev. 6, 9 (Rufin. Orig. in lev. 7, 6) holocaustum in -e sua erit super altare (Lugd. h. incensione eius supra a., VVLG. cremabitur in a.). GAVDENT. serm. 6 p. 877B reliquiarum -o. CALL. dig. 48, 19, 28 pr. summum supplicium esse videtur ... vivi -o (PAVL. sent. 5,17, 3 summa supplicia sunt crux, -o, decollatio. *cf. Hitzig, PW. IV 1700 sqq.*).

2 *metonymice*: SERV. auct. Aen. 3, 22 -o cadaveris bustum *dici solet*. PRVD. perist. 6, 88 non calcare sacram -em ... licebat *Moysi*.

cremātor, -ōris *m. a* cremare. *qui cremat vel cremando punit*: TERT. adv. Marc. 5, 16 p. 630,13 -is dei Christus est et in illo creatoris [est] (*nota adnominationem*). *Hoppe.*

crematum *v.* cermatium.

crēmento, -āre *a* crementum. *i. q. augmentare*: SCHOL. Pers. 6,14 minorum substantiam -ari vident. FVLG. myth. 3,8 *arbores* solis caloribus -antur. VEREC. in cant. 1, 18 mons dicitur, quod in caelestibus -etur. 2, 18 herbis faenoque necesse est -etur *pinguedo*. 8,12 *martyrum* anima ... domini ... memoriā -a[n]tur.

crēmentum, -ī *n.* [*a* crescere. *Th.*]. GLOSS. προσθήκη. -a αὐξήσεις. COMMENT. Lucan. 5, 17 indole: -o (NON. p. 456 indoles autem est -um [*del. Guietus*]. *cf.* PAVL. FEST. p. 106 indoles incrementum, industria). *legitur singulis locis apud* VARRONEM *et* VAL. MAX., *rursus et saepe inde ab* ITALA *et* TERT.

i. q. status crescendi, augmentum: VARRO Men. 199 ut -o (-a *codd.*) corpora fierent maiora parvo, ut suctu candidi lactis. VAL. MAX. 9, 2 pr. cui (*crudelitati*) silentium donare (*i. praeterire*) -um est adicere. TERT. anim. 25 si alimonia inedia, -a decrementa, pavor motus tractatio est animae. 37. 51 Democritus -a unguium et comarum in sepulturis aliquanti temporis denotat (resurr. 58 p. 119,3 unguium et capillorum facilia -a. THEOD. PRISC. eup. faen. 9 capillorum -a. DIOSC. 2, 57. 137). adv. Marc. 1, 29 p. 331, 5 coniugium ... benedixit in -um generis humani. ITALA Col. 2, 19 (Cassiod. in psalm. 51,7) totum corpus ... crescit in -um (αὔξησιν, VVLG. augmentum) dei. OPTAT. 7, 2 p. 170, 2 post -a communia venturus est iudicii dies, id est messis animarum. HILARIAN. pasch. 4 dies ac nox -a et decrementa alterna vice susciperent (*cf.* COMMENT. Lucan. 10, 212 *aequinoctialis circulus* mutat horas et facit annum -o vel detrimento. FAV. EVL. p. 12, 5 dierum noctiumque -a. PS. AVG. quaest. test. I 53 quando [*sc. in bruma*] ex magna deminutione lux, quae dies est, -um incipit accipere). LVCIF. Athan. 2, 27 quomodo fructus noster augmenta -orum facere poterit? FAV. EVL. p. 5,9. 20, 5 CHIRON 215. 277 paulatim per -um (VEG. mulom. 2, 9, 5 incrementa). 367. FVLG. myth. 2, 16 p. 57, 21 in lunae -is (p. 58, 2. PS. AMBR. serm. 59b, 1 per ... lunae -a detrimentaque menses implentur. COMPVT. Carth. 1, 5 ex -is lunaribus. 1, 6. 2, 9. *cf.* DRAC. satisf. 237 luna crescente fretum -a [EVG. TOLET. incrementa] resumit). FVLG. Virg. cont. p. 104, 4 *sq.* AMBROSIAST. in Phil. 1, 24 -um ... scientiae. Col. 2, 19. RVFIN. Clement. 3, 4 -um infantis *in utero*. AVG. epist. 9, 4 -o ... fellis ... irascimur. PS. AVG. quaest. test. I 34. 117. 127 nisi -um faceret in dei perceptione. serm. 96, 3 precamini -a languoris. PS. IGNAT. Phil. 8 provectus aetatis, -um corporis. DIOSC. 5, 95 -a carnis vulnerum. HIPPOCR. aer. 12 -um competens praebere. SORAN. p. 11, 15. 53, 13 cotidie -um frictionis ipsius faciant *mulieres*. SACR. Leon. p. 479 per humanorum ... -a provectuum. CAEL. AVR. acut. 3, 6, 65 tensio recto atque inflexibili porrecta -o collorum. BOETH. in Porph. comm. sec. 4, 5 p. 252, 10 (*opp.* detrimentum. *sim.* 5, 22 p. 344, 4). p. 252,15 nec -o ampliari nec imminutione decrescere. arithm. 1, 6 p. 15, 24 (*opp.* deminutio. mus. 2, 20). 1, 9 p. 20, 13. 2, 50 p. 161, 30 -um et imminutio proportionum. FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 8. IVNIL. 2, 22 sive in principio ipsius incarnationis sive in -o (*i. dum adolescit*) sive baptismate (*cf.* CORP. VIII 20782 *bis* -o deceptus [*i. praemature mortuus*]). CARM. de resurr. 24 germinibus variis quis det -a vigoris. CASSIOD. hist. 1,1 p. 882C ad -um quae tua sunt evehis. 1, 9 p. 892D *domus* -o altitudinis et latitudinis augebantur. var. 3, 47, 2. 4, 38, 1 compl. in II Tim. 1,1 I Petr. 1, 22. NOVELL. Iust. 29, 3 augeat *fiscum* iustis ... -is (προσθήκαις). 40 pr. (αὐξήσεσι). ARATOR act. 1, 199. 2,842 servos ... reposcet mensurae -a suae. GREG. M. epist. 6, 5 non sine laudis vestrae -o. *metonymice, i. quod auget*: DRAC. Romul. 6, 101 progenies, -a domus, Victoris. ISID. orig. 9, 5, 5 -um enim est semen masculi ..., hinc creatores dicuntur parentes (11, 1, 15 GLOSS. V 565, 18. Plac. V 18, 19. 66, 19 *ubi* creamentum *cod. Corsin.*).

syn.: augmentum. *opp.*: decrementum, detrimentum, de-, imminutio.

comp.: de-, in- crementum.

cremiālis, -e *a* cremium. VLP. dig. 24, 3, 7, 12 si arbores caeduae fuerunt vel gremiales (*i. de quibus cremia caedi possunt*). ZENO 2, 44, 1 levigata est *farina* oleo -i (THEOD. PRISC. log. 40 [grem-] ANTHIM. 67. 78 [grem-] PLIN. VAL. 3, 26).

cremio *v.* gremio.

cremium, -iī *n.* [*cf. c.* cremare. *Th.*]. gr- *v. l. 18. 23. 24. 31. cf. l. 13. 15.* GLOSS. sarmentum gremia siccamina (*cf.* IV 521, 31 *al.* gramina arida). COLVM. 12, 19, 3 tenuibus admodum lignis, quae -a rustici appellant, fornacem incendemus. FRONTIN. grom. p. 55, 4 (= AGENN. grom. p. 86, 4) sunt silvae de quibus lignorum -a ... caeduntur. HYG. grom. p. 131, 2 ex quibus *arboribus* neque lignum neque gremium caedant. VLP. dig. 32, 55, 4 et virgulae et gremia et sarmenta et superamenta continebuntur *ligni appellatione*. AMBR. epist. 44, 9 cuius stellae obitus non -orum insensibilium (*i. ossium*), sed spirantium defunctorum triumphales manipulos de tumulis resuscitavit. *cf.* VVLG. psalm. 101, 4 ossa mea sicut -um (φρύγιον) aruerunt. HIER. in Os. 10, 7/8 p. 112 (*ex* LXX) proiecit Samaria regem suum, sicut -um super faciem aquae: ... φρύγανον, id est -um, aridas scilicet herbas siccaque virgulta quae camino et incendio praeparantur. ACT. Petr. 28 statim ligna et gremia acceperunt petere, ut Petrum flammas cremarent. *cf.* gremium. [*it.* gregna. *M.-L.*]

cremnos, *acc.* -on *m.*, κρημνός? *nomen herbae*: PLIN. nat. 25, 155 -os (crethmos *edd. vett.*) agrios gremias tollit oculorum impositus. 26, 94 *radix* quam -on (crethmon *edd. vett.*) agrion appellant, orminos agrios cum polenta contritus. *L.*

***cremo,** -āvī, -ātum, -āre [*cf. c.* cremium, *fortasse c.* carbo. *Th.*]. AVG. quaest. hept. 4, 33 p. 343, 29 natura est ... ignis, ut in superna moveatur et in eum convertitur, quod -atur, nam et ipsum -are de graeco (*sc.* κρεμάννυμι) in latinum ductum verbum est a suspensione. cremĕre: *fut.*: ITALA exod. 12, 10 (Cypr. testim. 2, 15) -entur (*an coniunct. praes.?* VVLG. comburetis). *perf.*: GLOSS. V 206, 37 domus fulmine -uit (*i. arsit*). *part. praes.*: VEN. FORT. vita Radeg. 26, 63 apponit aera candentia, stridunt membra -entia (*nota similiter cadens*). *verbum est transitivum; absolute positum*: PLIN. nat. 2, 139 *fulmina* -antia. 7, 187 ipsum -are apud Romanos non fuit veteris instituti. AMM. 23, 4, 15 *malleolus* ... tenaciter -at (23, 6, 37). VICT. VIT. 2, 24 *Vandali* -antes gravi suspendio. *v. p. 1157, 14.* *intransitive supra l. 44. 45.*

dub.: ENN. scaen. 291 pueros -ari (-arier *Bothe*, crem<it>ari *Vahlen*). VEG. mulom. 1, 26, 4 *v.* stremmare. GLOSS. καίω, καίομαι, αἴθω ἀντὶ τοῦ καίω. -at φλέγει, exurit, comburit. -ato -are facito. -are incendere seu ure<re>. *legitur inde ab* ENN.; *singulis locis apud*: BELL. Afr. NEP. EPICED. Drusi MANIL. SEN. rhet. OCTAVIAM COLVM. LVCAN. PETRON. APVL.; *binis*: ENN. (*sed v. l. 50*) CAES. HOR. MELAM VAL. FL.; *ternis*: LVCR. ASCON.; *quinis*: VERG. STAT.; *septenis*: CIC. SIL. FLOR. epit.; *9ies*: CVRT.; *11ies*: VAL. MAX. SEN. phil.; *saepius*: OV. LIV. TAC. SVET.; *saepissime*: PLIN. nat.; *ceteris auctoribus bonae aetatis deest.* [*mediol.* cremá, *prov.* cremar. *M.-L.*]

I ***generatim:*** **A** ***res:*** 1 *i. q. igni delere, comburere, incendere*: **a** *ignis* -at *aliquid*: LVCR. 1, 906 *ignes* arbusta -rent. 5,1243 ignis ubi <in>gentis (-i *Brieger*) silvas ardore -arat. OV. met. 8,838 rapax ignis ... innumeras ... trabes (faces *N*ς) -at (*M*² *ex* -as). 14, 540 nec me patiente -bit ignis edax nemorum partes et membra meorum. STAT. Theb. 11, 227 ignis ... diadema -vit. OV. trist. 3, 10, 66 -at insontes hostica flamma casas. CARM. epigr. 914 (*a. 452—462*) in formam rediere suam quae flamma -arat. DRAC. satisf. 278 nec modicos salices flamma trisulca -at. PETR. CHRYS. serm. 106 p. 497B infructuosas arbores ... novissimum ... -bit incendium. LVCR. 2, 672 quaecunque igni flammata -antur. PLIN. nat. 34, 69 *Venus* (*i. signum Veneris*) aedis incendio -ata est. 36, 200 igni -ato lapide. FLOR. epit. 1, 12, 4 -atae suo igne Fidenae. COLL. Mos. 10, 3 ignis vi quaedam -ata de his quae tibi fuere commendata. ITALA exod. 3, 2 (Cypr. testim. 2, 19) rubus ... non -batur (κατεκαίετο, VVLG. combureretur). COMM. apol. 1022 aer ipse mundi ... -atur (*i. fervet*). DRAC. laud. dei 2, 420 flammis ultricibus imber adussit quinque -ans urbes. *nota*: VERG. Aen. 7, 74 *Lavinia visa* omnem ornatum (*acc. q. d. graec.*) flamma crepitante -ari. **b** *per homines* -atur *aliquid*: VERG. georg. 2, 408 devecta -ato sarmenta. OV. met. 2, 811 quae (*herbae*) neque dant flammas lenique tepore -antur (6, 457 siquis ... frondem positasque -et faenilibus herbas). 14, 85 rates Iris Iunonia paene -arat (VAL. FL. 5, 33. *cf.* LIV. 38, 39, 2 naves. CVRT. 9, 10, 4. FLOR. epit. 2, 12, 6 classem). trist. 4, 10, 63 quaedam *carmina* placitura -vi (PLIN. nat. 7, 114 Augustus carmina Vergili -ari ... vetuit. SVET.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vita Verg. p. 64 scrinia desideravit -urus ipse). LIV. 40, 29, 13 libros ... in comitio -andos esse (40, 29, 14 libri ... igne a victimariis facto ... -ati sunt. VAL. MAX. 1, 1, 12 PLIN. nat. 13, 88 TAC. ann. 4, 35 SVET. Aug. 31. Cal. 30 *libellos*. VIR. ill. 3, 3. *cf.* SVLP. SEV. chron. 2, 19, 8 prophetarum volumina igni -ata *sunt*. RVT. NAM. 2, 52 Sibyllinae fata -vit opis. COD. Theod. 16, 5, 34, 1 [*a. 398*] *codices* incendio mox -andos). VAL. MAX. 7, 4, 5 continuo *interiorem tunicam* -ari iubebo. SEN. Herc. f. 514 -andis trabibus accrescit rogus. 1287 lucos et Cithaeronis iuga mecum -bo. CVRT. 9, 3, 21 vetera *arma* -ari iussit (FLOR. epit. 2, 18, 17. 4, 12, 9 arma victorum non ex more belli -ata). 9, 10, 12 spolia ... -bant incendio (TERT. scorp. 2 spolia ... igni -rentur). COLVM. 12, 16, 3 *culmos fabae*. PLIN. nat. 7, 126 ne tabulam Protogenis -ret (35, 104). 16, 31 -ato ... robore (robi *codd.*; *cf.* 31, 107 quercu -ata). 20, 41 purgamenta *caeparum*. 21, 148 holochrysos ... cum faece ... vini -ata. 22, 157 fumus -atorum *lupinorum*. 23, 63 *faex vini* -atur et siccata (23, 67 *faex aceti*). 23, 97 nuclei palmarum -ati. 23, 163 foliis -atis *myrtorum* (*ibid.* cauliculi ... in fictili ... -ati). 24, 9 -atae *gallae* (24, 10. 35, 189). 24, 88 charta ... -ata. 24, 119 cinis -atorum *ruborum*. 24, 148 *radix ari*. 28, 70 capilli *mulierum* si -entur (28, 71). 28, 110 nidor -ati *corii crocodili*. 29, 108 *radix arundinis*. 29, 113 murina pellis -ata. 30, 77 *sal* una cum vipera -atus. 30, 112 fimi caballini cum putaminibus ovorum -ati cinis. 31, 117 *nitrum* -atum dentifricio (*dat.*). 33, 84 rebus una -atis in fictili vase. 34, 135 ex lapide pyrite -ato in caminis (36, 153 Arabus lapis ... -atus). 35, 38 *al.* STAT. Theb. 9, 582 simulacra ... nota -ari. FLOR. epit. 2, 16, 6 quantas opes ... -verit. ITALA exod. 12, 10 (Cypr. testim. 2, 15) quae ... relicta fuerint ... igni -entur (κατακαύσεται, Ps. Cypr. pasch. 1 -buntur. *cf. p. 1154, 42*). TERT. adv. Prax. 1 p. 228, 24 omnes adulterae fruges ... igni inextinguibili -buntur. COMM. instr. 2, 14, 7 lolium inde -atur. SOL. 33, 10 odore -ati storacis. LACT. inst. 2, 4, 5 *mortalia* frangi, ... -ari, perire possunt. AMM. 15, 10, 11 quam *rupem* -ando vi magna flammarum ... solvit *Hannibal*. 18, 7, 6 campi (*sc. pabula*) -antur. 20, 11, 23 *manipuli cannarum* conceptis incendiorum aridis nutrimentis iam -bantur. 25, 1, 10 herbis frumentisque -atis. PRVD. ham. 735 *Sodoma* mundi forma -andi est. SVLP. SEV. chron. 1, 52, 3 vasa omnia ... -vit. LEX Visig. 8, 2, 2 si quis ... arbores igne -verit. *urbes, domos sim.*: ENN. ann. 359 quae (*Pergama*) neque ... potuere perire nec, ... cum combusta, -ari. HOR. carm. 4, 4, 53 -ato ... ab Ilio (OV. met. 14, 466. PORPH. Hor. epod. 14, 13—15 quo [*igni*] Troia -ata est. LIV. 1, 1, 8 -ata patria). OV. met. 2, 136 caelestia tecta -bis (6, 614 cum facibus regalia tecta -bo. SIL. 10, 584). LIV. 28, 19, 12 -ata et diruta urbe. SEN. dial. 5, 2, 4 totae cum stirpe omni -atae domus. CVRT. 4, 10, 11 quo (*igni*) barbari -erant vicos. PLIN. nat. 29, 4 templo -ato. SIL. 10, 264 visa -ari Roma viro (*sc. Lentulo*). 17, 131 castris ... -atis (*cf.* TAC. hist. 4, 61 legionum hiberna subversa -ataque). TAC. hist. 3, 72 ea tunc aedes -batur. 4, 67 villam ... -vit. IVST. 6, 5, 10 *Athenae* a Persis -atae. AMM. 19, 8, 1 -atis operibus. 30, 5, 13 ad vastandos -andosque barbaricos pagos. 31, 13, 17 -ata turri. MARCELL. chron. II p. 93, 487 plurimaque loca igne -ata. **2** *i. q. siccare, torrere* (GLOSS. IV 436, 12): SEN. suas. 3, 1 *sidera* negatis imbribus exurunt solum et miseri -ata agricolae lugent semina. SEN. Med. 36 -ata flammis maria. PLIN. nat. 2, 172 portio media terrarum, qua solis orbita est, exusta flammis et -ata comminus vapore torretur (*paulo aliter* 2, 238 tot incendiis rerum natura terras -at). *cf. supra l. 17.*

B ***animantia*:** **1** *bestias tam vivas quam mortuas comburere*: LIV. 35, 9, 5 *vespas* igni -atas esse. SEN. Herc. O. 851 *fulmine* hydram -asses. PLIN. nat. 18, 293 cancros vivos -ari. 29, 118 *mustelas* vivas ... -are. 30, 26 passeris pullorum sarmentis -atorum cinerem (30, 94). 30, 37 cinerem ... in novo fictili ... -atorum *anguium*. 30, 59 *cochleae* vivae -atae sint (30, 74). 30, 61 ibide sine pennis -ata. 32, 67 *cinis* echini cum carnibus suis -ati. 32, 108 cinis ... -atarum *muricum* cum carnibus suis *al.* CLAVD. carm. min. 27, 57 *Phoenix* sponte -atur. **2** *homines vivos vel partes corporum hominum*: **a** *proprie i. q. comburere, exurere* (*cf. Hitzig, PW. IV 1701*): CAES. Gall. 1, 4, 1 *Orgetorigem* poenam sequi oportebat, ut igni -retur. 6, 19, 5 servi et clientes ... iustis funeribus confectis una -bantur. BELL. Afr. 91, 2 ut *Iuba* una cum liberis, coniugibus, civibus cunctaque gaza regia -retur (TAC. hist. 4, 58). VERG. Aen. 7, 295 num incensa -vit Troia viros? OV. epist. 3, 64 rutilo missi fulminis igne -er. VAL. MAX. 3, 3, 2 ardenti lucernae admotum digitum *Pompeius* -andum praebuit. 6, 3, 2 *P. Mucius omnes collegas suos* vivos -vit. SEN. Phaedr. 682 me velox -et transactus ignis. CVRT. 4, 8, 10 *Andromachum* vivum Samaritae -erant. 5, 6, 7 ut cum suis vivi -rentur. 8, 9, 32 vivos se -ari iubent. 9, 4, 6 *oppidani* se ... ac liberos coniugesque incendio -ant. PLIN. nat. 2, 235 ita (*sc. per naptham*) fertur a Medea paelicem -atam. TAC. hist. 4, 79 vino sopitos Germanos ... igne iniecto -vere. ann. 3, 46 incensa super villa omnes -vit. SVET. Cal. 27 *Caligula* Atellanae poetam ob ambigui ioci versiculum ... igni -vit. APVL. met. 6, 31 vivam -ari ... puellam. ITALA psalm. 96, 3 (Tert. adv. Marc. 4, 29 p. 523, 6) ignis ... -bit (φλογιεῖ, VVLG. inflammabit) inimicos. Ios. 7, 15 (Lugd.) quisque ostensus fuerit ... -bitur (κατακαυθήσεται, VVLG. comburetur) igni. apoc. 17, 16 (Primas.) *fornicariam* igni -bunt (VVLG. concremabunt). 18, 8 (Cypr. testim. 3, 34 Primas.) *regina* igni -bitur (VVLG. comburetur). TERT. nat. 1, 10 qui vivus -batur. adv. Marc. 4, 23 p. 498 *talis deus* homines non erat -urus. CALL. dig. 48, 19, 28, 11 igni -antur plerumque servi ..., nonnumquam etiam liberi plebei et humiles personae. COMM. instr. 1, 28 (*in telesticho*) avari -antur. 2, 2, 8 *mater* -atur. 2, 33, 11 tu iam forte -aris redactus in poenam. apol. 1053 <illi> in inferno -antur. LACT. mort. pers. 11, 8 vivos -ari ... qui sacrificio repugnassent. IVST. 5, 8, 14 *Alcibiades* vivus in cubiculo ... -atus est. 20, 4, 15. AVG. civ. 18, 23 sontes aeterna flamma -bit. DRAC. laud. dei 3, 454 Numantini pro libertate -ati. GREG. M. moral. 2, 51 malos non solum ignis per vindictam post cruciat, sed nunc etiam per livorem -at. ACT. Petr. 28 ut Petrum flammas (*i. flammis*) -rent. PASS. Theclae C 21 p. 55, 22 Theclam ... igne -ari. B 22 p. 56, 11 ut Thecla incendio -retur (combureretur *Bb*) *al.* PASS. Paul. 7 Christi milites igne -ari (concremari *Df*).

b *latiore sensu i. q. cruciare, vexare* (*cf. l. 10*): VICT. VIT. 2, 24 *p. 1154, 48*. 3, 26 dum *matrona* continuato suspendio -retur. LIB. pontif. p. 137, 1 *Theodoricus* in custodia omnes -vit. *in imag.*: CLAVD. DON. Aen. 1, 254 ne diutius anxia -retur *Venus*. GREG. M. in Ezech. 1, 5, 8 cor peccatoris uritur atque in dolore paenitentiae -atur. *de febri*: VEN. FORT. vita Radeg. 29, 68 monacha ... in die gelata frigore, per noctem -ata igne. CARM. epigr. 1521, 8 valida febre -atus.

II ***speciatim*:** **A** ***sepulturae*** *causa comburere*: **1** *corpora vel partes corporum hominum*: CIC. Tusc. 1, 37 corpora -ata (*cf. p. 1018, 26*). VERG. Aen. 11, 207 cetera *corpora* confusaeque ingentem caedis acervum nec numero nec honore -ant. LIV. 8, 7, 22 iuvenis corpus ... structo extra vallum rogo -retur. 26, 30, 3 *Pyrae* mortale corpus *Herculis* sit -atum. VAL. MAX. 4, 6, 3 utrumque (*sc. M. Plautii et uxoris*) *corpus* una -erunt. 5, 1, 11 quo ... honoratius *Bruti corpus* -retur. SEN. Oed. 64 propria flammis corpora alienis -ant. Herc. f. 1217. LVCAN. 8, 744 ignes corpus ... nullo custode -antes. PLIN. nat. 7, 174. SIL. 3, 341 *Celtis* corpus ... -ari ... nefas. 10, 543 corpora ... hostili tellure -ant. TAC. Germ. 27 hist. 1, 47. 49. 2, 45 Orfidii ... corpus honore solito -atur. 5, 5 corpora condere quam -are e more Aegyptio (GRAN. LIC. p. 33, 1. *cf.* IVST. 19, 1, 11 mortuorum ... corpora -are potius quam terra obruere) *al.* SVET. Tib. 75 *corpus Tiberii* -atum *est* publico funere. COMM. instr. 2, 2, 19 fabrica ... cum ipsa -antur *corpora*. SPART. Carac. 2, 4 FIRM. err. 2, 6. 16, 3 *al.* IVST. 9, 7, 11 corpus interfectoris super reliquias mariti -vit *Olympias*. CORP. XIV 2831 cuius corpus hic -atum est. CARM. epigr. 1168, 5 in Phrygia miserae corpus, Volcane, -asti. INSCR. christ. Rossi II p. 151, 24, 2 flamma ... martyris ... corpus nil nocitura -at. SVET. Cal. 59 cadaver *Caligulae* ... -atum sepultumque *est*. AMM. 22, 11, 10 isdem *cadaveribus* subdito igne -atis. CIC. nat. deor. 3, 12 qui semel -ati essent. leg. 2, 57 *Sulla* primus ... igni voluit -ari (OV. met. 14, 444 *me alumnus Argolico* igne -vit. *cf.* VAL. MAX. 1, 8, 9 an hac flamma Cn. Pompeius -etur). CIC. Phil. 14, 34 nec dispersis bustis humili sepultura *eos esse* -atos, sed contectos publicis operibus. NEP. Alc. 10, 6 *mulier* aedificii incendio mortuum *Alcibiadem* -vit (HOR. epod. 17, 79 -atos excitare mortuos. LIV. 34, 7, 3 ut cum eo -entur mortui. MELA 1, 57). OV. met. 8, 478 rogus iste -et mea viscera. 12, 614. 13, 696 celebri ... in parte -ari. trist. 1, 7, 17. Ib. 518 des tua succensae membra -anda pyrae (EPICED. Drusi 258 cum sunt imposito membra *Herculis* -ata deo. SIL. 13, 693 haud parvo data membra sepulcro nostra -erunt. *cf.* OCTAVIA 172 rogis artus tuos dedit -andos. LACT. inst. 1, 9, 11 artus *Herculis* ac nervos -ari ac diffluere). LIV. 26, 14, 4 ut eodem rogo -rentur. 27, 2, 9 congestos in unum locum -vere suos. CORP. VI 888 Ti. Caesar ... hic -atus est (889. 890. III 4060 M. Petronius ... hic est -atus, ossa relata domi). VAL. MAX. 2, 6, 14. 5, 1, 10 *Caesar Pompei caput* pretiosissimis odoribus -andum cura<vi>t. 5, 1 ext. 4 honoratissime. 5, 5, 4 *miles* se ... super corpus fratris prostratum communibus flammis -andum tradidit. SEN. Herc. f. 1236 vos quoque infaustas meis -bo telis, o novercales manus. Thy. 1092. Oed. 55 una fax thalamos -at (*i. coniuges*. FLOR. epit. 3, 18, 4 [*in imag.*] eadem fax, quae *Drusum* -vit, socios in arma ... accendit). CVRT. 3, 12, 14 cum victores haud pretiose -rentur. PETRON. 121, 110 -are (armare *Gronov.*) viros. PLIN. nat. 2, 145 hominem *fulminis ictu* exanimatum -ari fas non est (7, 72). 7, 20 *pollicem Pyrrhi* -ari cum reliquo corpore non potuisse tradunt (*cf.* 11, 187 non potuisse ... cor Gèrmanici ... -ari. SVET. Cal. 1). 7, 70 <ut> *dentes* nec -entur cum reliquo corpore. 7, 173 *Aviola* vivus -atus est. 7, 186. VAL. FL. 5, 275 datus ... sociis utrimque -andis ille dies. STAT. Theb. 10, 438. 12, 577 TAC. ann. 1, 8. 14, 9 *mater Neronis* -ata est nocte eadem convivali lecto et exequiis vilibus. 15, 64 sine ullo funeris sollemni. SVET. Iul. 84 Aug. 100. Nero 49 ut *Nero* quoquo modo totus -retur. TERT. anim. 44 inimici dormientem *Hermotimum* nacti pro defuncto -erunt. resurr. 1 *v. p. 1157, 15*. coron. 11 -bitur ex disciplina castrensi christianus. FIRM. err. 7, 6 -at et consecrat (*i. deum facit*) Herculem tristis Oeta. AVSON. 221, 2 crinem *Achillis* Larissa -vit. CORP. III 12287 L. Marcius ... loco publ<ice dato?> -atus. V 6022 in quo loco cr<ematus est?>. VI 35020 cuius -ati reliquiae hoc loco positae sunt. CARM. epigr. 1127, 6 summa senectutis praemia passa -or. 1405, 12 fimbria parentum altera flamma -as.

2 *res in honorem cremandorum comburere*: VERG. Aen. 6, 224 congesta -antur turea dona, dapes, fuso crateres olivo. MELA 3, 19

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

druides cum mortuis -ant ac defodiunt apta viventibus. TAC. ann. 3,2 atrata plebes, trabeati equites pro opibus loci (*sc. per quem funus ducebatur*) vestem, odores aliaque funerum sollemnia -bant. TEST. Galli (Corp. XIII 5708) 2, 23 omne instrumentum meum ... mecum -ari.

B *sacrificii causa comburere*: **1** *res*: LIV. 10, 29, 18 *Fabius* spolia hostium coniecta in acervum Iovi Victori -vit (23, 46, 5 spolia hostium Marcellus Vulcano votum -vit. *cf.* 41, 12, 6 *arma* sacrum ... Vulcano -vit. VVLG. II par. 29, 11 -etis *deo* incensum). STAT. Theb. 6, 87 *pyra* -et atra piacula belli. SIL. 10, 551 primitias pugnae et laeti libamina belli Hannibal ... -at. VVLG. lev. 5, 12 *sacerdos similae partem ephi decimam* -bit super altare (6, 22 tota [*sc. decima pars*] -bitur [ἐπιτελεσθήσεται] in altari). 6, 9 -bitur *holocaustum* in altari tota nocte usque mane. II par. 28, 25 ad -andum tus (θυμιᾶν). *hinc absolute i. q. sacrificare*: TERT. coron. 11 *christiano* -are (*sc. tus*) non licuit. resurr. 1 sacrificat an insultat *pietas* cum -atis (*sc. mortuis*) -at. **2** *animantia vel partes animantium*: OV. met. 13, 637 caesarum ... boum fibris de more -atis. fast. 4, 639 igne -at vitulos (ITALA lev. 4, 21 [Monac.] -bunt [κατακαύσουσι, VVLG. comburet] *vitulum* quomodo combusserunt priorem. VVLG. lev. 8, 17). TAC. hist. 2, 95 caesae publice victimae -ataeque. CORP. IX 1538, 13 (*a. 228*) in ara taurobolica duodena cum vitula crem⟨averunt⟩. HIER. epist. 108, 12 vacca rufa in holocaustum domino -batur. VVLG. lev. 4, 12. 35 *sacerdos adipem* -bit (ἐπιθήσει) super altare in incensum domini (9, 20 cum ... -ati essent [ἀνήνεγκε] adipes super altare. 10, 15). 9, 13 quae omnia super altare -vit igni. Hebr. 13, 11 horum *animalium* corpora -antur (κατακαίεται) extra castra. *huc fort. pertinet*: GLOSS. V 595, 39 cremutium (*l.* crematum?) holocaustum.

syn.: comburere, concremare, exurere, incendere, succendere.
deriv.: cremabilis, crematio, cremator. *comp.*: con-, de-, ex-, recremare. *Hoppe.*

***cremor,** -ōris *m.* [*orig. inc. Th.*]. *i. q. sucus crassus*: PLAVT. Persa 95 nisi -e crassost ius collyricum (CATO agr. 86 donec -r crassus erit factus). CATO agr. 87 exprimito -em in patinam novam. OV. medic. 95 hordea quem faciunt, illis affunde -em. CELS. 3, 7, 1 ducenda alvus vel aqua vel ptisanae -e (3, 19 ptisanae vel alicae. 4, 13 p. 139. 4, 20 p. 146 percolato ptisanae -e. 4, 22 p. 148. 5, 22, 9 -r vel ptisanae vel furfurum. SCRIB. LARG. 99. 100. 105 ptisanae -em sine ullo liquore dari. 184 -e ptisanae caldo largiore accepto. CHIRON 336 *et saepius*. VEG. mulom. 2, 91, 4. 2, 122, 1). CELS. 3, 7, 2 oryzae -r. 6, 6, 27 ex fici -e. 6, 10 furfurum. 6, 11 continendusque saepe ore reprimens -r est, cui paulum mellis sit adiectum. 6, 13 lenticulae. 6, 15. 6, 18, 2. CHIRON 265 *pastillus* ex aqua frigida diluitur et -em facito. 666. 984 -em cum adipe suillo ... potionabis. *L.*

crēmum *v.* cramum. **cremutium** *v.* cremo *l. 27.*

***creo,** -āvī, -ātum, -āre [*cf. esse videtur c.* crescere, creber; *v. Osthoff, Etymol. Parerga I 14. Th.*]. PRISC. gramm. II 263 participia ... per syncopam prolata ... cretus pro creatus. III 469 omnia verba in 'eo' desinentia secundae sunt coniugationis exceptis ... creo creas. MART. CAP. 3, 233 o littera in a transit ut creo, creavi. AMBR. fid. 3, 11, 82 quod factum est, idem est -atum. AVG. civ. 11, 10 -ata ..., id est facta, non genita. fid. et symb. 4, 5 idem est condere quod -are: quamquam in latinae linguae consuetudine dicatur aliquando -are pro eo quod est gignere, sed graeca discernit. hoc enim dicimus creaturam quod illi κτίσμα vel κτίσιν vocant; et cum sine ambiguitate loqui volumus, non dicimus -are, sed condere. gen. ad litt. 5, 5 p. 146, 17 -ata vel facta vel condita. in psalm. 70 serm. 2, 6 per quandam concupiscentiam carnalem generant potius quam -ant; istis enim generantibus deus -at. nam si tu -as, dic quod tua mulier paritura est. serm. 62, 5, 8 generat ... homo, -at deus. 156, 2, 2 *homo* infirmus -vit infirmos, id est infirmus genuit infirmos. CASSIOD. in psalm. 50, 11 -are dicimus novum aliquid instituere.... sed '-a' hic 'restaura unde decidit' debet intellegi. -are quippe dicimus et renovare. 148, 5 facere ... possumus etiam nos, qui -are non possumus. DIFF. ed. Beck p. 48, 54 -amus magistratus ad honores gerendos, procreamus filios vel nepotes. GLOSS. -at ordinat, statuit vel generat. γεννᾷ. *legitur inde ab* ENN. *et* PLAVTO [*corrupt.* AETNA 49 Pelion Ossa -at (gravat *Iacob*)]. [*it.* criare, *francog. vet.* crier, *hisp.* criar. *M.-L.*]

creper (-us?), -a, -um [*cf. c.* crepusculum. *Th.*]. *i. q. obscurus, dubius, anceps*: VARRO ling. 6, 5 (= 7, 77. frg. Serv. Aen. 2, 268) crepusculum significat dubium, ab eo res dictae dubiae -ae (PAVL. FEST. p. 52 -um dubium, unde increpitare dicimus. CENS. 24, 5 NON. p. 13 ISID. orig. 5, 31, 7 nat. 2, 2 *l. 61*. GLOSS. Plac. V 13, 27 = 60, 13 -ae res incertae dubiaeque, unde et crepusculum [*cf.* V 15, 39 = 59, 19. IV 326, 9. V 282, 22]. GLOSS. -um dubium. -ae asperae vel dubiae. -a dubia incerta. -is dubiis): ACC. trag. 601 quae ego cuncta esse fluxa in mea re -a comperi (628 nunc tu in re -a tua quid capias consili, vide. PACVV. trag. 128 animum aegritudine in re -a confici. LVCIL. 192 tristitia in summa, -a ⟨re⟩ [*add. Scal.*]. APVL. Socr. 18 p. 159 rebus -is et afflictis. SYMM. epist. 1, 1, 6 ita res -a atque anceps dubium me habet, utrum .... ENNOD. epist. 2, 20 p. 64, 13 pagina nostra res -a atque anceps est). VARRO Men. 326 oracla -a. LVCR. 5, 1296 -i certamina belli (NON. p. 13 -um bellum anceps et dubium. GLOSS. V 649, 31). SEN. benef. 5, 12, 2 quibus (*ingeniis*) modo campus, in quo vagentur, sternendus est, modo -i (*Lips.*, crbri *N*, scabri *Pinc.*) aliquid et confragosi obiciendum. ANTH. 19, 15 si haec nec -a[t] extiterint nec fracebunt. CLAVD. MAM. anim. 2, 11 p. 143, 6 estne aliquid istic -um aut fortassis obscurum. FVLG. Virg. cont. p. 86, 7 te, homuncule, -um aliquid desipere (*v. l. 58*). *nota*: PAVL. FEST. p. 71 decrepitus est desperatus -a iam vita, ut crepusculum extremum diei tempus (NON. p. 13 decrepiti dicti in dubio vitae constituti. *cf.* ISID. orig. 10, 74 GLOSS. V 649, 30). *adv.* **creperum**: MART. CAP. 1, 2 ne tu desipis admodumque perspicui operis ἐγέρσιμον noscens -m sapis. 2, 116 vers. cum -m lux alma micat. 8, 805 vers. senex reclusis -m videns ocellis.

subst. n. **creperum**, -ī; *i. crepusculum*: ISID. orig. 5, 31, 7 (= nat. 2, 2) crepusculum est dubia lux; nam -um dubium dicimus, hoc est inter lucem et tenebras. GLOSS. V 448, 27 -um matutinum. SYMM. epist. 1, 13, 1 priusquam manifestus dies -um noctis absolveret. AVSON. 392, 9 -o sub lucis eoae. [AMM. 16, 8, 9 *coni. Georges.*]

?**creperegicus**. VEN. FORT. epist. (carm. 3, 4) 9 si res exigeret, plausu -o (crepereco, creperet *v. l.*, crepens ego *ed. Veneta*, 'fort. curetico' *Leo*) Oetam Tirynthiacam Pindo respirante pulsassem.

crepeto *v.* 2. capedo. **crepiculum** *v.* crepitulum.

crepida, -ae *f.* [*mutatum pro gr.* κρηπίς, *quasi ductum sit a* crepare, *cf.* crepido, crepis. *Th.*]. *et* e *et* i *correpta, cf. poetarum locos l. 82 sq. p. 1167, 9. 21. 1168, 53.* GELL. 13, 22 (21), 7 -as et crepidulas, prima syllaba correpta, id genus calceamentum appellaverunt, quod Graeci κρηπῖδας vocant, eiusque calceamenti sutores crepidarios dixerunt. ISID. orig. 19, 34, 3 -as Graeci ante repertas usi sunt. est autem genus *calceamenti* singulari forma et idem utrique aptum pedi, vel dextro vel sinistro. -as autem dictas, quod cum sono stringantur, sive a pedum crepitu in ambulando. GLOSS. IV 436, 13 -a glareares (?). *graece*: *acc.* κρεπιδαν, κρηπιδαν: PAPYR. Wessely, Wien. Stud. 24, 135. CIC. Rab. Post. 27 L. vero Scipionis ... non solum cum chlamyde, sed etiam cum -is in Capitolio statuam videtis. CATVLL. 98, 4 ista cum lingua ... possis culos et -as lingere carpatinas. HOR. sat. 1, 3, 127 sapiens -as sibi nunquam nec soleas fecit, sutor tamen est sapiens. LIV. 29, 19, 11 cum pallio -isque inambulare

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in gymnasio *Scipionem* (VAL. MAX. 3,6,1). VAL. MAX. 8,12 ext. 3 mirifice et ille artifex, qui in opere suo moneri se a sutore de -a et ansulis passus, de crure etiam disputare incipientem supra plantam ascendere vetuit (PLIN. nat. 35, 85 *Apellem* reprehensum a sutore, quod in -is una pauciores intus fecisset ansas, ... indignatum prospexisse denuntiantem, ne supra -am sutor iudicaret, quod et ipsum in proverbium abiit). VAL. MAX. 9,1 ext. 4 exercitus ... aureos clavos -is subiectos habuit (PLIN. nat. 33, 50 aureis clavis suffigere -as). CVRT. 4, 8, 8 astricti -is pedes *equis*. PERS. 1,127 in -as Graecorum ludere. PLIN. nat. 9,114 quin et pedibus nec -arum tantum obstragulis, sed totis socculis addunt *margaritas*. 36,127 QVINT. inst. 12,11,21. SVET. Tib. 13 redegitque se, deposito patrio habitu, ad pallium et -as *Tiberius Rhodi*. Cal. 52 in -is vel cothurnis. APVL. flor. 9 p. 33 etiam pedum tegumenta -as sibimet compegerat *Hippias*. TERT. pall. 4 p. 939 Öhl. alius et sericatus et -am aeratus incessit. TREB. trig. tyr. 22, 3 quod servus -as suas meliores esse quam militis diceret (*cf.* SERV. Aen. 8, 458 -as quas primo habuere senatores, post equites Romanos, nunc milites). HYG. fab. 13 p. 44, 8. MART. CAP. 1, 10 -asque situ murcidas. 6, 581 -as peragrandae telluris causa easdemque permenso orbe contritas viatrix infatigata gestabat. SIDON. epist. 8, 11, 3 vers. 9 -as ligare (*opp.* soccus, cothurnus). carm. 2, 403. *cf.* crepis.
deriv.: crepidarius, crepidatus, crepidula.

crepidārius, -a, -um *a* crepida. *quod ad crepidam pertinet*: ASELL. hist. 11 -um cultellum rogavit a -o sutore. *subst.* crepidārius, -iī *m.*: GELL. 13, 22 (21), 7 *v. p. 1166, 72.* CORP. VI 9284 -us de Subura. *graece* κραπι(δαριος): PAPYR. Wessely Wien. Stud. 24, 135.

crepidātus, -a, -um [*a* crepida. *Th.*]. GLOSS. V 448, 26 -us pro caligatus. *i. crepidis indutus*: CIC. Pis. 93 -us, veste servili navem conscendit. *ibid.* profugisse noctu -um imperatorem. VAL. MAX. 3, 6, 2 L. vero Scipionis statuam chlamydatam et -am in Capitolio cernimus (*cf. p. 1166, 80*). 3, 6, 3 L. quoque Sulla ... chlamydato sibi et -o Neapoli ambulare deforme non duxit. SEN. dial. 2, 18, 3 ipse perlucidus (*i. perlucida veste indutus*) -us, auratus *Caligula*. SVET. Dom. 4 certamini praesedit -us purpureaque amictus toga Graecanica.
de fabula: DON. Ter. Ad. 7 *fabula* -a. LAVR. LYD. mag. 1, 40 κρηπιδάτα (κριπιδωτη *cod.*) Ἑλληνικὰς ἔχει ὑποθέσεις.

crepīdo, -inis *f.* [*a gr.* κρηπίς *tractum, cf.* crepida, crepis. *Th.*]. GLOSS. V 424, 2 -o a crepando dicitur. MART. CAP. 3, 292 i *in obliquis casibus retinent* ... -o -inis. crepído: CORP. V 1886. 1887 (*Concordiae*). *de genere*: PROB. nom. gramm. IV 211, 33 hic an haec -o magis dici debeat, dubitant nonnulli, cum Cicero in oratore (*224*) -em dicat ut 'vertiginem', *sed exempla generis masc. desunt.*
PAVL. FEST. p. 55 -es saxa prominentia. SERV. Aen. 10, 653 -o est abrupti saxi altitudo. (auct.) -es etiam templorum dici ipsos suggestus, in quibus aedes sunt collocatae et -es viarum, id est ipsae eminentiae dextrae sinistraeque. ISID. orig. 16, 3, 3 -o extremitas saxi abrupti (*cf.* GLOSS. Plac. V 11, 21 [= 59, 20] saxi extremitas, rimata [?] et cuiuslibet rei alterius. 186, 25). GLOSS. κρηπὶς. ἐξοχή, ἄκρον. saxa constructa. gra[n]dus saxeus. *legitur inde a* VARRONE *et* CIC. [*dub. interpr.* CORP. VI 817 (= 30834).]

1 *fundamentum, substructio, basis, suggestus*: GLOSS. fundamentum. CORP. I 1231 (= IX 1138) -em de sua pequ(nia) f(aciendam) c(oeraverunt). 1307 (= IX 4875) colomnas III de suo dat Feroneae et -em ante colomnas ex lapide. *cf.* XIII 2499 aram, -es, columnas, tectum. INSCR. Notiz. degli scavi 1895 p. 416 aras crepidine(m) colu⟨mnas⟩. CORP. XI 5418 aram et -em fecit. VARRO rust. 3, 11, 2 circum totum parietem intrinsecus -o lata, in qua secundum parietem sint tecta cubilia *anatibus*. CIC. orat. 224 (*in imag.*) deinde omnia tamquam -e quadam comprehensione longiore sustinentur. PLIN. nat. 12, 9 *platanus* saxeā intus -is coronā muscosos complexa pumices. 36, 66 -es obelisci. STAT. silv. 1, 1, 58 aeterna -o *equi aenei*. 1, 3, 43 quae graminea suscepta -e fumant balnea (*cf.* AVSON. Mos. 337 quae flumineā substructa -e fumant balnea). Theb. 2, 504 importuna -o, Oedipodioniae domus alitis (*i. Sphingis*). IVV. 5, 8 nulla -o vacat? (*i. domus alicuius, ubi possis mendicare*). VVLG. lev. 1, 15 super -em altaris (βάσιν, Ezech. 43, 14 *sqq.* II Macc. 10, 26 κρηπῖδα. *cf.* HIER. in Ioel 2, 17 p. 193. nom. hebr. p. 56, 26 Azara -o. VICT. VIT. 1, 42 in medio -is altaris). RVFIN. Orig. in psalm. 38 hom. 1, 1 (*in imag.*) ascendat ab inferiori verbi -e ad summa eius ac superiora fastigia et contempletur ex iis futuri sacerdotii statum. Orig. in cant. 4 p. 190^{B} nec mireris, si apud David 'petra' haec quasi fundamentum et -o est animae, per quam pergit ad deum. Adamant. 1, 1 (*in imag.*) fundamentum ... et -o totius pietatis est .. sentire vel credere (*cf.* AVG. c. Iul. 2, 7, 20 bona continentia quaedam velut -o pietatis. PS. AVG. serm. 79, 2 in ipsa confessionis Christi -e). PAVL. PELL. 533 fundare domum summa in -e saxi. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 8 p. 357^{A} post exanimem materiam primum velut -em quandam hanc germinalem substantiam legislator expressit. ISID. ort. et obit. 42 durā saxorum -e copiosa fluenta manarunt.
nota: *de montibus*: AMM. 23, 6, 61 circa defectus et -es montium (VVLG. Iudith 7, 3 per -em montis). *de arboribus*: MARCELL. chron. II p. 100, 513, 13 saxa ... suis evulsa compagibus devolutaque arborum -o.

2 *margo altius extructa*: **a** *generatim*: PLIN. nat. 22, 76 acanthi ... lato longoque folio -es marginum assurgentiumque pulvinorum toros vestientis. SEN. epist. 57, 4 inhorrescet ..., si vastam altitudinem in -e eius constitutus despexerit. SCHOL. Hor. epist. 1, 1, 6 gladiatores ... de media harena conferunt se ad -em circi. VVLG. iud. 7, 23 fugientes usque ad ... -em Abelmehula (ἕως χείλους Ἀ. *cod. Alex.*). ARATOR act. 1, 524 vallante -e carcer. *nota in imag.*: GLOSS. Plac. V 28, 2 (= 76, 31) in aeternae vitae -e fundatus: in fine et propinquitate vitae aeternae constabilitus. **b** *speciatim*:
de ora, portu, ripa: GLOSS. ripa fluminis. ripa. ora ad initium. summitas riparum. CIC. Verr. 6, 97 piraticus myoparo ... usque ad forum Syracusanum et ad omnes -es urbis accessit. rep. 3, 43 portus usque in sinus oppidi et ad urbis *Syracusarum* -es infusi. VERG. Aen. 10, 652 ratis celsi coniuncta -e saxi expositis stabat scalis et ponte parato (VAL. FL. 4, 44 fluctus ab undisoni ceu forte -e saxi cum rapit halcyones). LIV. 27, 18, 6 suberat et altera ... planities, eamque quoque altera -o haud faciliori ascensu ambibat (*antea* ripa praeceps). VITR. 5, 12, 3 ab ipsa terra sive -e. SEN. contr. 1, 1, 3 quis crederet iacentem supra -em Marium ⟨aut⟩ fuisse consulem aut futurum (7, 2 [17], 6 qui in -e viderat Marium, in sella figuravit [*i. in sella curuli sibi finxit*]. MANIL. 4, 48 eque -bus cepit Carthaginis urbem *Marius*. FIRM. math. 1, 7, 37 vides ut ad -em dirutae Karthaginis fugitivus accedat *Marius*). CVRT. 4, 5, 21 dum applicant navigia -i portus. 5, 1, 28 Euphrates ... magnae molis -bus coercetur. *ibid.* ubi *flumen* appositae -is fastigium excessit. COLVM. 8, 17, 10 maris atrocitas obiectu -is frangitur. STAT. Theb. 9, 492 stabat gramineae producta -e ripae undarum ac terrae dubio ... fraxinus. Ach. 1, 448 rupibus expositis longique -e dorsi Euboicum scandens Aulis mare. TAC. ann. 15, 37 -bus stagni lupanaria astabant. CORP. V 1886 -es inter murum et pontem. 1887 -es inter duos pontes. ITALA Ios. 3, 15 (Lugd. Aug. quaest. hept. 6, 3. *cf.* PRISCILL. tract. 4 p. 61, 5) Iordanis impletus esset in totam -em (plenus erat per totam -em Aug.; κρηπίς, VVLG. ripas alvei sui) suam. 4, 18. AVSON. Mos. 322 *villa* procurrentis fundata -e ripae. VVLG. exod. 2, 5 gradiebantur per -em alvei (*Nili*. παρὰ τὸν ποταμόν, *cf.* GLOSS. V 380, 18 per -em per ascensum). PRVD. cath. 9, 112 fluminum lapsus et undae, litorum -es. SIDON. carm. 22, 130 scrupeus asprata latrare -e pumex incipit *in tempestate*. VEN. FORT. Mart. 3, 4 viridante -e ripae. *de via*: INSCR. Röm. Mitt. XXII 1907 p. 439 viam cre⟨pidines⟩ porticus. VAL. MAX. 4, 3 ext. 4 *Diogenes* quemadmodum erat in -e collocatus (HIER. adv. Iovin. 2, 14 *Diogenem* accubuisse in -e viae). PETRON. 9 vidi Gitona in -e semitae stantem. CORP. IX 442 viam et crepidin(em) ob honorem str(avit). 2854. 5047? X 4585. 4586 -es circa forum. XI 3003, 25 per -em sinisterior(em) viae publicae Feretiensis. 7123. V 2116 via cum -bus a quadruvio ad murum strata. *t. t. architecturae*: VITR. 3, 3, 7 praeter -es et proiecturas spirarum. 4, 6, 2 proiecturae sic sunt faciundae, uti -es excurrant et in ungue ipso cymatio coniungantur. *cf.* PAVL. NOL. epist. 32, 11 quo (*balteo*) parietis et camerae confinium interposita gypso -o coniungit aut dividit. *t. t. medicorum, i. q. fissura*: THEOD. PRISC. eup. faen. 89 omnes -es in calcaneis pix liquida illinita percurat. log. 63 fit primo -o, fit insequenti putredo.

1. crepidula, -ae *f. a* crepida *deminutive*. GELL. 13, 22, 5 omnia enim ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infimae teguntur ..., soleas dixerunt, nonnumquam voce graeca -as. 13, 22, 7 *v. p. 1166, 72.* PLAVT. Persa 464 tum hanc hospitam autem -a ut graphice decet. SCHOL. Hor. ars 463 *Empedoclis* -ae quas flamma *Aetnae* eructavit.

2. crepidula, -ae *f. cf.* 2. crepis. *nomen herbae*: DIOSC. 3, 17 W. ἄκανθα ... οἱ δὲ κρεπ⟨ιδ⟩ουλα.

crepidulum *v.* crepitulum.

1. crēpis, -īdis *f. cf.* crepida. GLOSS. -es κρηπῖδες. APVL. met. 11, 8 illum succinctum chlamyde -es et venabula venatorem fecerant.

2. crepis, -idis *f.* *nomen herbae, cf.* 2. crepidula. PLIN. nat. 1, 21, 59. 21, 99 caule foliato est -s et lotos. *L.*

crepitācillum, -ī *n. cf.* crepitaculum. *i. q. instrumentum crepans, quo infantes ludunt, sistrum*: LVCR. 5, 229 at variae crescunt pecudes armenta feraeque nec -is opus est nec cuiquam adhibendast almae nutricis blanda atque infracta loquella. [MART.] 14, 54 lemma (MART. garrula sistra). TERT. adv. Marc. 3, 13 p. 396, 16 scilicet vagitu ad arma esset convocaturus infans, et signa belli non tuba, sed -o daturus.

crepitāculum, -ī *n. a* crepitare. **1** *i. q. crepitacillum* (*cf. Mau, PW. IV 1705*): **a** *de instrumento, cuius sonitu apes vel aves pelluntur*: COLVM. 9, 12, 2 -is aereis aut testarum plerumque vulgo iacentium terreatur fugiens iuventus *apium* (*de* APVL. met. 11, 4 *cf. p. 1169, 6*). PALLAD. 1, 37, 4 aves etiam pannis et (p. et *om. p*) -is terreamus. **b** *ludus puerorum*: QVINT. inst. 9, 4, 66 ne ... brevium contextu resultent *versus* ac sonum reddant paene puerilium -orum. NEMES. ecl. 3, 30 Silenus parvum ... alumnum aut gremio fovet ... aut tremulis quassat -a palmis. IVL. VAL. 1, 41 esse enim regi (*Dareo*) consilium, uti *Alexander* affectus verberibus puerilibus amictusque post veste purpurea cum talis et -is matri reddatur. ARNOB. nat. 2, 39 *ut* ... ad silentium pavidae nutricis motibus et -is adducerentur auditis *animae velut infantes* (*cf.* 4, 21 infans -is obticuit auditis. 7, 32 parvuli pusiones ab ineptis vagitibus -is exterrentur auditis). HIER. epist. 108, 26 Paulam neptem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

suam ... audierat in cunis et -is balbutiente lingua Alleluia cantare. MART. CAP. 1, 7 tunc *Aphrodite* -a tinnitusque, quis infanti somnum induceret, adhibebat quiescenti *Psychae*. 9, 927 infantibus -a vagitus abrupere. EVGRAPH. Ter. Eun. 231 p. 412, 37 *senes decrepiti* fractis vocibus loquuntur ac sunt quasi quaedam -a. *cf. p. 1174, 42.* c *de sistro et tympano*: APVL. met. 11, 4 nam dextra quidem ferebat aereum -um *Luna dea*, cuius per angustam laminam in modum baltei recurvatam traiectae mediae paucae virgulae crispante bracchio trigeminos iactus reddebant argutum sonorem. AVIEN. Arat. 113 cum puer *Iuppiter* agrestes inter Curetas et inter Dictaeae longum latuit -a rupis (GERM. 36 cymbala).

2 *de sono crepante*: GLOSS. ποδοψόφιον. sonus pedum. -orum puerilium sonorum minutissimorum voces. MAR. MERC. subnot. 7, 1 sed vides nempe, quomodo te ipsum, in dictis tuis contrarius tibi, tamquam vipera lanies, cum verborum -is magis quam ullis declamationibus studium inane dependis. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 277 pix resoluta trucis -a pasceret ignis.

crepitātio, -ōnis *f. a* crepitare. *i. q. sonus crepitandi*: FVLG. myth. praef. 25 *dormientem* repentina ostii -o turbavit.

crepitātus, -ūs *m. a* crepitare. *i. q. crepitatio*: PS. RVFIN. in Ioel 2, 4 p. 1043^B -ui, quem in stipula solet ignis efficere.

crepito, -āvī, -āre [*a* crepare. *Th.*]. GLOSS. ψοφῶ ἀντὶ τοῦ κτυπῶ. κτυπῶ. κροτῶ. κομπῶ. ἠχῶ. -at sonum facit. -ans resonans, sonans. leniter flans (*cf. infra l. 67*). -anti sonanti. *invenitur inde a* LIV. ANDR. (*? v. p. 1170, 21*) *et* PLAVTO *per totam latinitatem, singulis locis*: LVCR. TIB., *binis*: PLAVT. PROP., *ter*: SEN. phil., *septies*: OV., *octies*: VERG. [*loci dubii*: ACC. *p. 1174, 15* PLIN. nat. 21, 32 SIL. 9, 281.] [*it.* crettare, *hisp.* gretar. *M.-L.*]

1 *de rebus corporeis*: **a** *de partibus corporum hominum vel bestiarum*: PLAVT. Rud. 536 clare -o dentibus (PAVL. FEST. p. 128 *ad h. l.* ingentem sonitum dentibus faciens). LVCR. 5, 747 prodit hiemps, sequitur -ans (creditans *codd.*) hanc dentibus algu. MANIL. 5, 602 vani -ant sine vulnere dentes. PLAVT. Men. 926 en umquam intestina tibi crepant, quod sentias? :: ubi satur sum, nulla -ant; quando esurio, tum crepant. FVLG. aet. mund. p. 177 gravidata ranunculis viscera turgescenti dissilientia rugitu intestinis etiam -antibus. VERG. Aen. 5, 436 duro -ant sub vulnere malae. SIL. 1, 402 perque ipsum tegimen -antia dissipat ossa. PETRON. 132 iam pluribus osculis collisa labra -bant. NEMES. ecl. 3, 50 pronus at ille *Satyrus* lacu bibit et -antibus haurit musta labris. *de rostris et pennis avium; de anguium squamis sim.*: OV. met. 6, 97 ipsa sibi plaudat -ante ciconia rostro (IVV. 1, 116 quaeque salutato -at Concordia [*i. ciconia in aede Concordiae*] nido. SOL. 40, 25 aves istas [*sc. ciconias*] ferunt linguas non habere, verum sonum, quod -ant, oris potius quam vocis esse). OV. met. 11, 735 dumque volat, maesto similem ... ora dedere sonum tenui -antia rostro. AVIEN. Arat. 1743 corvi -ant et ovantes gutture rauco agmina crebra vocant. NEMES. auc. 6 praedam (*sc. avem captam*) pennis -antibus aufer. AVIEN. Arat. 1700 aequora propter si -ent volucres. 1428 compulsu aerio fragor intonat amplaque late murmura discurrunt pariter -antibus auris (*cf. infra l. 68*). DRAC. laud. dei 1, 243 volans gens plumea laeta per auras aëra concutiens pennis -ante volatu. OV. epist. 12, 101 insopor ecce vigil (*draco*) squamis -antibus horrens sibilat. met. 15, 725 Epidaurius *deus* hospitio sibi iuncti numinis usus litoream tractu squamae -antis arenam sulcat. DRAC. Orest. 837 dixit et angue rogi -anti pectora *Orestis* turbat *Clytaemestra*. CHIRON 95 cuius (*sc. iumenti vari*) commissurae in ambulandum a nervis -ant ex tensione nervorum totius corporis. **b** *de phaenomenis*: VERG. georg. 1, 449 tam multa in tectis -ans salit horrida grando. Aen. 5, 459 quam multa grandine nimbi culminibus -ant. SEN. epist. 45, 9 tela ... grandinis more dissultant, quae incussa tectis ... -at ac solvitur. MARCELL. chron. II p. 62, 389, 2 grando -ans per biduum continuum pro pluvia cecidit. *cf.* ENNOD. opusc. 1, 66 p. 279, 10 ater nimbus tectis -antibus procellarum mugire discursu. PS. VEN. FORT. vita Leob. 22, 70 propter densitatem -antium petrarum (*ibid.* lapidum imbre). VERG. Aen. 3, 70 placataque venti dant maria et lenis -ans vocat auster in altum (*cf.* GLOSS. *l. 24*). AVIEN. Arat. 1669 Riphaeis aquilo -bit ab oris (*cf.* 1428 *l. 49*). *de igni*: LVCR. 6, 155 laurus terribili sonitu flamma -ante crematur. VERG. georg. 1, 85 levem stipulam -antibus urere flammis (*cf. l. 82. p. 1170, 5. 9* MACR. sat. 6, 4, 5 quod ait *Vergilius* '-antibus urere flammis' non novum usurpavit verbum, sed prior Lucretius in sexto posuit). Aen. 7, 74 omnem ornatum flamma -ante cremari. SIL. 5, 571 stipulā -bat inani ignis iners. 10, 576 -antibus undique flammis *Libys* aetherias anima exultans evasit in auras. 4, 681 immissis -at victor Vulcanus habenis. HEGES. 2, 11, 4 -bant flammae saevo ... incendio. PS. RVFIN. in Ioel 2, 3 -antibus ... flammis. SVLP. SEV. epist. 1, 13 monachi, qui pro foribus erant, -ante et colluctante incendii sono obseratas effringunt fores. GILD. Brit. 24 chron. III p. 39, 19 mucronibus undique micantibus ac flammis -antibus. DRAC. Orest. 443 Euadnen Thebanis ignibus ustam et post fata viro flamma -ante sodalem. *de rebus ardentibus*: TIB. 2, 5, 81 ut succensa sacris -et bene laurea flammis (NEMES. ecl. 4, 65 incendens vivo -antes sulphure lauros. *cf. l. 68*). OV. fast. 4, 781 moxque per ardentes stipulae -antis acervos. PLIN. nat. 12, 76 gravi tum myrta deprehenditur -atque igni. 31, 85 in igni nec -at nec exilit Tragasaeus *sal* (SOL. 5, 18 *sali Agrigentino* si liquor aquae proximaverit, -at veluti torreatur. *de eadem re fusius*: AVG. civ. 21, 5). SIL. 14, 310 rapidusque *Volcanus* vorat -antia flammis robora. 16, 697 si templa suorum non ante audierit rutulis -antia flammis. STAT. Theb. 6, 207 -ant gemmae. ENNOD. opusc. 10, 9 p. 421, 19 *profeta* (*Moyses*) innocui corpus suscepit incendii, cum frondibus in rubo -antibus nulla frutex detrimenta sentiret. DRAC. laud. dei 2, 785 qui facit angelicas flamma -are cohortes. *de aqua*: VERG. Aen. 11, 299 vicinaeque fremunt ripae -antibus undis. PROP. 2, 32, 15 et leviter lymphis toto -antibus orbe. ENNOD. epist. 5, 8, 5 p. 132, 16 infuso -at fons sacer inde rogo. CORIPP. Ioh. 4, 396 aequora pulsa gemunt ruptis -antia ripis. OV. met. 11, 604 invitat somnos -antibus unda lapillis. SIDON. epist. 2, 9, 4 frequens -antium fritillorum tesserarumque strepitus audiebatur. *adde*: PRISC. perieg. 986 hic aëtites est, sonitum cui spiritus addit arcanum -ans. ENNOD. carm. 2, 9, 5 -antibus ... ruinis (CORIPP. Ioh. 4, 198). *de rebus aridis inter sese tangentibus*: PLIN. nat. 16, 91 tremulo *pediculo folia sunt* populis et iisdem solis inter se -antia. SIL. 13, 672 octava terebat arentem culmis messem -antibus aestas. **c** *de rebus e metallo factis*: LIV. ANDR. ap. Ter. Maur. 1935 (Ribbeck trag.[3] p. 5) pressaque iam gravida -ent tibi terga pharetra. VERG. georg. 2, 540 impositos duris -are incudibus enses. Aen. 6, 209 sic leni -bat brattea vento (SEN. Ag. 855 audivit sonitum -ante lamna. PLIN. nat. 33, 152 baltea lamnis -ent. PRVD. psych. 335 bracteolis -antia lora. *cf.* SIDON. epist. 8, 6, 6 illam Sarranis ebriam [*sc. eloquentiam*] sucis inter -antia segmenta palmatam plus picta oratione, plus aurea convenustavit). OV. met. 1, 143 -antia concutit arma (15, 783 arma ferunt inter nigras -antia nubes. MART. 9, 20, 7 Curetes texere Iovem -antibus armis. *cf.* MART. CAP. 5, 427 haec [*sc. Rhetorica*] cum arma concusserat, velut fulgoreae nubis fragore colliso bombis dissultantibus fracta diceres -are tonitrua). OV. met. 10, 684 fulvo ramis -antibus auro. SEN. dial. 2, 19, 3 saxa sine vulnere circa galeas -antia. SIL. 16, 30 agens -antibus agmina caetris. 10, 129 sustinet urgentes -antibus ictibus hastas. *de instrumentis musicis*: VERG. georg. 4, 151 *apes* canoros Curetum sonitus -antiaque aera secutae ... caeli regem pavere (*cf. p. 1169, 10*). PROP. 3, 11, 43 Romanamque tubam -anti pellere sistro (*cf. p. 1169, 6*). MELA 1, 73 terret ingredientes sonitu cymbalorum divinitus et magno fragore -antium. SYMPH. 440, 254 *in tintinnabulo* mobilis est intus linguae -antis imago. *de flagro*: PANEG. 12, 42 -antia torto angue flagra quatiebas.

2 *de rebus incorporeis, de sonitu, voce, sim.*: RVFIN. Basil. reg. 8 indecorum sit -antem cum sonitu elevare risum. MART. CAP. 1, 11 canora modulatio melico quodam -bat appulsu. DRAC. laud. dei 3, 193 *leones*, amphitheatrales qui non tremuere furores, cum -ante sono productor verberat auras. *dub. an transitive*: DOSITH. gramm. VII 427, 26 vanas querelas -are.

deriv.: crepitacillum, crepitaculum, crepitatio, crepitatus.

crepitulum, -ī *n.* PAVL. FEST. p. 52 ornamentum capitis; id enim in capitis motu crepitum facit (*cf. p. 1171, 74*). TERT. pall. 4 at nunc in semetipsas lenocinando quo planius adeantur et stolam et supparum et crepidulum et caliendrum ... eieravere (*sic codd.*; *alii scribunt* crepiculum, *alii* capidulum, *Turnebus vult* crepidulam). *cf. III p. 312, 12. 352, 9.*

crepitus, -ūs *m.* [*a* crepare. *Th.*]. *legitur inde a* NAEV. *et* PLAVTO. *pluralis*: *acc.* -us *legitur apud* VARRONEM CIC. SEN. phil. PETRON. PLIN. nat. (*ter*) IVV. AMBR. RVFIN. COMM. MART. CAP. (*bis*) PRISC. EVG. TOLET. POMER.; *nomin.* -us: VERG. *semel*; *dat.* -ibus: LIV. *semel cf. p. 1172, 1.* *i. q. sonus crepandi.* GLOSS. ψόφος ὁ ἦχος.

1 *de rebus corporeis*: **a** *de partibus corporum hominum vel bestiarum*: CIC. Tusc. 4, 19 ex quo fuit, ut pudorem rubor, terrorem pallor et tremor et dentium -us consequatur. MART. 14, 119 dum poscor (*sc. matella fictilis*) -u digitorum et verna moratur (QVINT. inst. 9, 4, 55 oratio non descendet ad -um digitorum). *de plagis*: CIC. Verr. 6, 162 cum interea ... nulla vox alia illius miseri inter dolorem -umque plagarum audiretur nisi haec. PAVL. FEST. p. 57 -u pellicularum, quem faciunt verberantes *luperci*. SEN. epist. 56, 1 audio -um illisae manus umeris, quae prout plana pervenit aut concava, ita sonum mutat. 74, 5 quemadmodum aves etiam inanis fundae sonus territat, ita nos non ad ictum tantum exagitamur, sed ad -um. dial. 5, 4, 2 adice articulorum -um, cum se ipsae manus frangunt et pulsatum saepius pectus *eqs.* (*cf. p. 1172, 35*). *de pedum sonitu*: CIC. top. 12, 52 pedum -us, strepitus hominum ..., PROP. 2, 4, 14 et -um dubio suscitet ira pede. PAVL. FEST. p. 48 caprae dictae ... a -u crurum, unde et crepas eas prisci dixerunt. *de ventre*: PLAVT. Curc. 295 exciam -um polentarium. CIC. epist. 9, 22, 5 *Stoici* etiam -us aiunt aeque liberos ac ructus esse oportere. PAVL. FEST. p. 71 decrepitus dictus, quia propter senectutem ... nec ullum facere potest -um. SEN. epist. 91, 19 Demetrius ... solet dicere eodem loco sibi esse voces imperitorum, quo ventre redditos -us (PLIN. nat. 27, 110 onopradon cum ederunt, asini -us reddere dicuntur). PETRON. 117 Giton ... singulos -us (strepitus *trad.* *cf. p. 1171, 8*) eius pari clamore prosequebatur. SVET. Claud. 32 dicitur

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

etiam meditatus edictum, quo veniam daret flatum -umque ventris in convivio emittendi (vita Lucani p. 51 adeo ut quondam in latrinis publicis clariore -u ventris emisso [emissi *codd.*] hemistichium Neronis ... pronuntiarit). HIER. in Is. 46, 1 p. 544 ut taceam de ... -u ventris inflati, quae Pelusiaca religio est (47, 1 p. 556 inflationem ventris -u digerere). RVFIN. Clement. 5, 20 -us ventris pro numinibus habendos esse docuerunt *Aegyptii* (*cf.* MIN. FEL. 28 Aegyptii nec Serapidem magis quam strepitus per pudenda corporis expressos contremescunt). LIV. 5, 47, 4 clangore eorum (*sc. anserum*) alarumque -u excitus M. Manlius. EVG. TOLET. carm. 38, 2 altera plaga (*sc. in Aegypto*) ranarum -us tabemque creavit. **b** *de phaenomenis*: PLAVT. Amph. 1062 strepitus, -us, sonitus, tonitrus. 1063 ubi quisque institerat, concidit -u (*sc. tonitrus*). VERG. Aen. 12, 923 tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti dissultant -us. SEN. nat. 2, 12, 6 dissimilis autem -us fit ob dissimilitudinem nubium, quarum aliae maiorem sinum habent, aliae minorem (*Aristot. meteor. 2, 9, 7 ψόφοι*). PLIN. nat. 12, 9 imbrium ... -us. PLIN. nat. 2, 196 tremunt vero et in navibus posita aeque quam in aedificiis -uque praenuntiant (*in terrae motu*). 2, 198 tutissimum est, cum vibrat crispante aedificiorum -u *terra*. 2, 199 namque montes duo inter se concurrerunt -u maximo assultantes. 16, 45 cum eruptionis -u. COMM. apol. 1033 tot -us, tantos fragores tantasque ruinas quis poterit ferre aut naufragia tanta vitare? AVG. serm. ed. Mai 28, 4 dederunt petrae -um fragore sonigero et viscerali motu disrupta saxa crepuerunt (*sc. cum Christus cruci affigeretur*). APVL. met. 6, 12 leni -u dulcis aurae. *de igni et rebus ardentibus* (*cf.* GLOSS. -us sonus flammae): LIV. 6, 2, 11 flammis in castra tendentibus vapore etiam ac fumo -uque viridis materiae (*sc. arborum*) flagrantis ita consternavit hostes .... PLIN. nat. 2, 82 ut e flagrante ligno carbo cum -u, sic a sidere caelestis ignis expuitur. 15, 135 laurus quidem manifesto abdicat ignes -u et quadam detestatione. APVL. apol. 25 vidisti ... flammam stipula exortam claro -u, largo fulgore (*cf. p. 1169, 84*). AMM. 29, 4, 5 ignium -u. AMBR. Iac. 2, 11, 50 inter ignium -us. RVFIN. Orig. in gen. 5, 2 nimio flammarum -u. POMER. 3, 12, 3 incendii terribiles -us. PRISC. periheg. 1498 hic salis en Acragas miracula possidet unus (*cf. p. 1170, 2*), naturas in quo proprias mutare videtur ignis et unda: salem namque illum solvere flammae, unda solet -us illi coniuncta movere. GREG. TVR. Mart. 4, 47 coepit -us flammae decedere. PLIN. nat. 10, 40 Trebius auctor est clavum cuneumve adactum statim exilire cum -u arboris. 16, 223 facile pandatur iuglans; fiunt enim et ex ea trabes; frangi se praenuntiat -u. 37, 154 cyitis ... videtur intus habere partum, qui sentiatur etiam -u (*cf.* SOL. 37, 14 aetites ... alterum lapidem intrinsecus cohibens, cuius -u sonorus est). **c** *de rebus e metallo factis*: BELL. Hisp. 31, 6 cum clamor esset intermixtus gemitu gladiorumque -us auribus oblatus. LIV. 25, 6, 21 clamorem pugnantium -umque armorum exaudimus (38, 17, 4 quatientium scuta in patrium quendam modum horrendus armorum -us. SEN. dial. 4, 2, 6. PLIN. nat. 2, 148 armorum -us et tubae sonitus auditos e caelo. AMM. 24, 3, 8 armorum -u leni. HYG. fab. 96 p. 89, 22 Vlixes ... armorum ... -um et clamorem fieri iussit. AMBR. c. Aux. 4). LIV. 26, 5, 9 cum aeris -u, qualis in defectu lunae silenti nocte cieri solet (43, 10, 5 ingens strepitus e muris ortus ululantium mulierum cum -u undique aeris). 38, 46, 5 velut avium examina ad -um primum missilium avolavere. *de instrumentis musicis sim.*: PACVV. trag. 114 aula resonit -u musico. IVV. 11, 172 testarum -us. SVET. Cal. 54 magno tibiarum et scabellorum -u (ARNOB. nat. 7, 32 -us scabillorum). CYPR. GALL. exod. 746 -uque verendo terribiles sonitus iterat tuba. SOL. 11, 6 -u ac tinnitu aeris. VOPISC. Car. 19, 2 centum salpistas uno -u concinentes. AVG. civ. 7, 24 cymbalorum sonitus ferramentorum iactationem ac manuum et eius rei -um (-us *codd.*) in colendo agro qui fit significant (*ibid.* -us cymbalorum *de Bacchis*. MACR. sat. 1, 18, 5 voces propriae itemque cymbalorum -us). MART. CAP. 2, 133 magno tympani -u crotalorumque tinnitu. *ibid.* cui (*sc. lecticae*) ritu mystico -us praecinebant. 9, 927 unde enim cervi fistulis capiuntur, pisces in stagno Alexandriae -u detinentur. *varia*: NAEV. com. 114 tantum ibi molae -um faciebant, tintinnabant compedes (*cf.* FEST. p. 364). PLAVT. Curc. 158 sonitum prohibe forium et -um cardinum. 203 nam sonitum et -um claustrorum audio (PS. CENS. frg. 14, 10). VARRO rust. 1, 20, 3 creber -us (*sc. currus vel rotarum*) ... ad utilitatem adducit *iumenta*. 2, 7, 12 e motu audire -us (*currus, de equis*). LVCR. 6, 110 carbasus ... magnis intenta theatris dat -um malos inter iactata trabesque. PAVL. FEST. p. 52 crepitulum ornamentum capitis; id enim in capitis motu -um facit (*cf. p. 1170, 49*). VITR. 6, 1, 8 calices duo in una fornace aeque cocti aequoque pondere ad -umque uno sonitu sumantur. IVV. 3, 108 si trulla inverso -um dedit aurea fundo. MART. CAP. 9, 924 ipsisque me pastoralibus fistulis vel cantus avium vel arborum -us vel susurros fluminum imitantibus non negavi.

2 *de rebus incorporeis, de sonitu, voce sim.* (*cf.* SEN. epist. 56, 4 magis mihi videtur vox avocare quam -us. illa enim animum adducit, hic tantum aures implet ac verberat): RHET. Her. 2, 5, 8 num qui strepitus, clamor, -us exauditus aut denique num quid aliquo sensu perceptum sit. LIV. 39, 15, 6 Bacchanalia tota iam pridem Italia et nunc per urbem etiam multis locis esse non fama solum accepisse vos, sed -bus etiam ululatibusque nocturnis, qui personant tota urbe, certum habeo. SEN. epist. 56, 13 ad omnem -um expavescens. 123, 10 virtus et philosophia et iustitia verborum inanium -us est. PLIN. nat. 2, 54 at in luna veneficia arguente mortalitate et ob id -u dissono auxiliante. EVSTATH. Bas. hex. 3, 2 p. 891[B] per aëris -um (spiritum *cod. Colb.*) et articulati sermonis obsequium publicamus sensum corde conceptum. 3, 3 p. 893[B] erga -um illum, qui ex prima nativitate resonuit usu cotidiano oppletarum aurium sensus obsurduit. AMM. 21, 1, 11 (*de prophetis*) multa significant super his -us vocum et occurrentia signa. HIER. in Nah. 3, 18 p. 586 consono -u et vocali et, ut ita dicam, operum sono atque concentu, insultabunt tibi atque gaudebunt. *nota de risu*: ACC. trag. 573 echo -u clangente cachinnat (*cf.* NON. p. 463).

crepo, -uī, -āre [*fortasse cf. c. ind.* kṛpatē *'lamentatur, implorat', theodisc.* rabo *anglosax.* hræfn *'corvus'. Th.*]. *de formis*: EVTYCH. gramm. V 486, 22 -o, -as, et -o, -is, unde et -ere. ORIBAS. syn. 4, 35 *praes.* crepit. PRISC. gramm. II 468, 25 quae in 'ui' divisas faciunt praeteritum subtracta 'a', -o -as -ui. PS. PRISC. gramm. III 526, 29 -o -as -bam; *sed cf.* ITALA *p. 1173, 33*. PRVD. perist. 10, 760 crepasset (cremasset *Dressel cum parte codicum*). VARRO ling. 6, 67 similiter fremere, gemere, clamare, -are ab similitudine vocis sonitus dicta. NON. p. 255 -are est sonare. GLOSS. ψοφῶ. λακῶ. ψοφεῖ. κτυπεῖ. *cf. p. 1169, 22 et 1174, 2.* *legitur inde a* PLAVTO, *saepe apud comicos, singulis locis apud* CATONEM SIL., *binis*: VARRONEM PROP. LVCAN., *ternis*: VERG. PERS., *sexies*: HOR., *11ies* STAT., *15ies* SEN. phil., *saepius apud* ECCL. (VVLG. *bis*), *deest* CIC. *et* ICTIS. [*locus dubius*: LVCAN. 3, 534 crevisse (crepuisse *cod. G*).] [*val.* crepá, *it.* crepare, *francog.* crever, *hisp.* quebrar. *M.-L.*]

I ***intransitive***: **A** *i. q. sonare*: **1** *de rebus corporeis*: **a** *de partibus corporis hominum*: PLAVT. Men. 926 en umquam intestina tibi -ant, quod sentias? :: ubi satur sum, nulla crepitant; quando esurio, tum -ant (*cf. p. 1169, 33 et 1173, 17*). VERG. catal. 13, 36 fameque genuini -ant (PERS. 3, 101 dentes -uere retecti). SEN. Oed. 99 sonuit horrendum insuper, -uere malae *sphingis loquentis*. *de ictibus* (*cf.* NON. p. 255 -are est ferire): PLAVT. Mil. 445 at iam -bunt mihi manus, malae tibi (SIL. 3, 97 incusso -erunt pondere malae. *cf. etiam* SEN. Oed. 99 *l. 34*). SEN. Herc. O. 1002 verberum -uit sonus. epist. 13, 2 cuius dentes -uere sub pugno (*aliter v. l. 33*). *nota*: PLAVT. Trin. 1011 cave sis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri -ent. MART. 1, 76, 14 circum pulpita nostra et steriles cathedras basia sola -ant (*cf. p. 1169, 38*). 3, 82, 15 digiti -antis signa novit eunuchus (*cf. p. 1170, 64*). *de ventre*: CATO or. frg. 18, 1 (*cf.* FEST. p. 234) servi, ancillae, si quis eorum sub centone -uit, quod ego non sensi, nullum mihi vitium facit. si cui ibidem servo aut ancillae dormienti evenit, quod comitia prohibere solet, ... *cf. p. 1173, 16.* MART. 12, 77, 11 et pedit deciesque viciesque *Aethon in latrinis*. sed quamvis sibi caverit -ando, compressis natibus Iovem salutat. **b** *de phaenomenis*: *de tempestate*: SEN. nat. 2, 20, 1 illa *tonitrua* spiritus *facit*, quae sine splendore -erunt. 2, 28, 2 nubes ... ita diducuntur, ut si quem habent spiritum, multifariam emittant, qui nisi universus erumpit, non -at. STAT. Theb. 7, 38 -at aurea grandine multa palla. CYPR. GALL. exod. 308 celsi murmure caeli quae domino mandante -ant. *de igne et rebus ardentibus*: PROP. 4, 3, 58 et -at ad veteres herba Sabina focos. OV. fast. 4, 742 et -et in mediis laurus adusta focis. SEN. nat. 2, 12, 5 cum flamma vitio lignorum virentium -at (STAT. Theb. 4, 469 atque ipse sonantia flammis virgulta et tristes -isse ut sensit acervos Tiresias. PRVD. perist. 3, 156 flamma -ans volat in faciem). IVV. 10, 62 -at ingens Seianus (*de statua conflanda; cf.* STAT. silv. *l. 74*). PRVD. perist. 10, 760 nec movebatur *martyr*, quotiens ... dira aut -asset (*v. l. 20*) laminarum impressio. *de rebus corruentibus*: SEN. Thy. 264 ac totis domus ut fracta tectis -uit. nat. 6, 1, 5 consternatio omnium est, ubi tecta -erunt et ruina signum dedit. epist. 96, 1 domus -uit. 103, 2 -ant aedificia, antequam corruant. *de rebus siccis*: MART. 9, 90, 11 messes area cum teret -antes. *de aqua*: HOR. epod. 16, 48 montibus altis levis -ante lympha desilit pede. CARM. Aug. doctr. christ. 3, 7, 11 tu Neptune pater, cui tempora cana -anti cincta salo resonant. **c** *de rebus e metallo factis sim.*: PLAVT. Aul. 242 quid -uit quasi ferrum modo? :: hic apud me hortum confodere iussi. SEN. epist. 9, 8 cum primum -erit catena, discedet. LVCAN. 3, 544 ut primum rostris -erunt obvia rostra *navium*. PERS. 2, 11 o si sub rastro -et argenti mihi seria dextro. STAT. Theb. 6, 62 summa -ant auro, Tyrioque attollitur ostro molle supercilium. 7, 682 arma fluunt, longisque -at singultibus aurum. silv. 3, 3, 105 quid Ausoniae scriptum -et igne Monetae. MART. 9, 22, 6 et -et in nostris aurea lamna toris. 12, 36, 3 aureolos manu -antes. AVR. Fronto p. 70, 7 N. discus -uit, id est pater meus in balneum transisse nuntiatus est. *in imagine*: PERS. 5, 25 pulsa (*imperat.*) dinoscere cautus, quid solidum -et et pictae tectoria linguae. *de armis*: SEN. Thy. 562 modo per Mycenas arma civilis -uere belli. STAT. Theb. 3, 586 tunicas chalybum squalore -antes. HYG. fab. 139 p. 17, 11 ne *Iovis* pueri vagitus exaudiretur, impuberes *Amalthea* convocavit eisque clipeola aenea et hastas dedit et iussit eos circum arborem euntes -are. *de instrumentis musicis*: VARRO ling. 10, 46 sic e septem cordis ci-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tharae tamen duo dicuntur habere tetracorda, quod quemadmodum -at prima ad quartam cordam, sic quarta ad septumam respondet. Ov. met. 9, 784 -uitque sonabile sistrum. MELA 3, 95 -ant cymbala et tympana audiunturque tibiae sonantes. STAT. Theb. 5, 730 tergaque et aera dei motas -uere per auras. IVL. VAL. 3, 6 ubi signa bellica -uere. VICTRIC. 27 non abiciat hastam, antequam classicum -et. *adde*: PLIN. nat. 36, 38 *Memnonem* cotidiano solis ortu contactum radiis -are tradunt. *de portis* (ψοφεῖ): PLAVT. Amph. 496 -uit f o r i s (Aul. 665 Bacch. 1057 Cas. 874. Curc. 486 fores -uere. Mil. 270 fores -erunt nostrae. 410. Poen. 741. TER. Ad. 264 quidnam foris -uit? Eun. 1029 Haut. 173. 613). PLAVT. Cas. 813 sed -uit o s t i u m, exitur foras (Pseud. 131 ostium lenonis -uit. SEN. epist. 80, 1 non -bit subinde ostium [crepuit *codd.*]. PETRON. 99 cum -uit ostium impulsum). *sic semper de exeunte, aliter*: PLAVT. Bacch. 833 forem hanc pauxillum aperi; placide, ne -a. *nota ambiguitatem*: PLAVT. Poen. 610 fores hae fecerunt magnum flagitium modo. :: quid id est flagiti? :: -erunt clare (*cf. p. 1172, 42*). *varia*: STAT. Ach. 1, 123 notaque desueto -uit senis (*sc. Chironis*) ungula campo. silv. 1, 5, 57 quid nunc strata solo referam tabulata -antes auditura pilas. CET. FAV. 20 p. 303, 14 recenter extincta et calculosa si fuerit (*calx*), dum siccescere coeperit, calculi -ant. AVSON. Mos. 258 excipit ictum spiritus ut fractis quondam per inane flagellis aura -at (*cf. p. 1172, 35*). *de veste*: VERG. Aen. 11, 775 sinusque -antes carbaseos. VICTRIC. 6 nullius hic indumentum Tyrium vomit ardorem nec -antis serici undae ambulantis arte crispantur.

2 *de voce*: CASSIOD. in psalm. 118, 21 increpare enim dicimus, quasi de taciturnitate -are et in mordacia dicta prosilire. CYPR. GALL. exod. 274 quas *ranas* voce -anti cuncta coaxantes studuit depellere vatis. DRAC. Romul. 5, 239 fora nostra -rent *accusationibus*. *adde*: AVG. conf. 4, 16, 28 cum eas (*categorias Aristotelicas*) rhetor Carthaginiensis buccis typho -antibus commemoraret.

B *i. q. cum s o n i t u i n t e r i r e, primum dirumpendo, postea etiam aliis modis* (*cf.* NON. p. 255 -are est frangi): 1 *d e h o m i n i b u s e t b e s t i i s*: ITALA (cod. g) *et* VVLG. act. 1, 18 in faciem prostratus -uit (-avit ITALA codd. d p) m e d i u s (ἐλάκησεν. AMBR. fid. 1, 19, 124 atque ita -uit medius *Arius* prostratus in faciem. RVFIN. hist. mon. 8 p. 421^D *draco* disruptus -uit medius. PASS. Petr. Paul. brev. 11). FVLG. myth. 2, 11 ad quam cum fulmine veniens *Iuppiter*, -uit *Semele*. VVLG. II par. 25, 12 praecipitaveruntque eos, ... qui universi -erunt (διερρήγνυντο). AVG. in psalm. 65, 17 cum autem te ignis -are non fecerit, et in aquam non merseris, sed enataveris .... 93, 16 aliud consilium tibi do, ne in ista extensione forte -es per superbiam (*cf.* PRVD. perist. 286 magna cadunt, inflata -ant, tumefacta premuntur). 99, 11 missi sunt in fornacem et -erunt. 120, 8 p. 1617, 14 illi non -ant in fornace, qui non habent ventum superbiae. mor. Manich. 2, 16, 52 p. 1367 distenti et prope -antes. MARCELL. chron. II p. 91, 476, 14 *Basiliscus* ... ante inflatus -uit, quam paenitens stare potuerit (*cf.* IORD. Rom. 342). DRAC. laud. dei 2, 574 vincula rumpuntur, cecidit -uitque cadaver. FVLG. RVSP. serm. 9, 3 Datianus vero arsit et -uit: si enim non ardebat, unde fumabat? MVTIAN. Chrysost. hom. 26, 5 Herodes ... -uit (διερράγη), et effusa sunt viscera eius. GREG. TVR. Franc. 4, 36 *diaconus Prisci* cecidit ad terram -uitque et mortuus est. CORP. III 15131 invidi -en(t). 2 *d e c o r p o r i s p a r t i b u s*: ANON. Vales. 14, 87 qui (*sc. Boethius*) accepta chorda in fronte diutissime tortus, ita, ut o c u l i eius -rent, sic sub tormenta ad ultimum cum fuste occiditur (CHIRON 184 aliis et oculus unus intumescit nimis et de utrisque oculis non -are vel cancerare. GREG. TVR. Franc. 9, 34 gulam eius axis inferior ita attereret, ut etiam oculi ad -andum parati essent. Mart. 2, 41 a fuste percussus, disrupto visu, unus ei -uit oculus). PRVD. perist. 5, 111 compago donec ossuum divulsa membratim -et. AVG. serm. ed. Mai 28, 1 cum flagitio suo tumefacta noxii *Iudae Iscariotae* viscera -erunt. THEOD. PRISC. eup. faen. 41 stafylomata vero, quorum in modum uvae -antis prioris tunicae tumor quidam erumpit, sic curabis. 45 *lemma* de labiis -antibus. 88 quibus vero et -erint *perniones*. log. 64 quae in subiectis venis -antibus adhibemus. VICT. VIT. 1, 43 cuius cum diu ac saepius tibias torquendo tinnientibus constringerent cordis, nervi ut fila aranearum ... -bant. VEN. FORT. vita Radeg. 28, 67 *Leubila* nova Christi curatione in scapula -ante cute et verme foras exeunte, sana est reddita.

3 *d e v a r i i s r e b u s*: VERG. Aen. 5, 206 acuto in murice remi obnixi -uere illisaque prora pependit. SEN. Herc. O. 1016 tellus labat et aula tectis -uit excussis. FVLG. myth. 3, 8 solis ardoribus -ans *arbor* ragades efficit. AMBR. virg. 3, 4, 16 emeritae aetatis vitis -at. PRVD. c. Symm. 1, 435 si lapis est, senio dissolvitur aut -at ictu percussus tenui. psych. 146 ubi truncati mucronis fragmina vidit et procul in partes ensem -isse minutas. AVG. civ. 22, 8 quam *zonam* cum omnino suis nodis firmissimis sicut fuerat comperisset astrictam, -isse atque exiluisse anulum suspicata est. APIC. 7, 289 levas *aqualicum* et pungis acu, ne -et (*antea* ne dissiliat in coctura). MAR. VICTOR aleth. 2, 169 quo tumidi -uere sinus elataque messis extitit. FVLG. RVSP. serm. 9, 3 tamquam per sui vasculi quod impleverat, -antes rimulas. GREG. TVR. glor. conf. 35 sepulchrumque medium -uit. ORIBAS. syn. 4, 35 coquitur *sorbitio* ... quamdiu hordeus -it (*cf. p. 1172, 17* ἕως ἂν ἡ κριθὴ ῥαγῇ). *in imagine*: SIDON. epist. 1, 7, 8 -antes adulationum bullas.

II ***transitive***: *i. q. l o q u i a l i q u i d v o c e t u r p i v e l v a n i l o q u a, c a n t a r e v e l m u s i c a m f a c e r e, q u e r i al.* (*cf.* NON. p. 255 -are significat rursum queri vel dolere. iterum incantare. GLOSS. -uit congemuit. ISID. orig. 10, 74 alii dicunt decrepitum, non qui senectute avulsus est, sed qui iam -are desierit, id est loqui cessaverit [*cf. p. 1170, 80*]): PLAVT. frg. inc. 41 neque ego ad mensam publicas res clamo neque leges -o. HOR. carm. 1, 18, 5 quis post vina gravem militiam aut pauperiem -at? sat. 2, 3, 33 siquid Stertinius veri -at. epist. 1, 7, 84 ex nitido fit rusticus atque sulcos et vineta -at mera. ars 250 immunda -ent ignominiosaque dicta. CLAVD. 20, 435 dum gravibus marcent epulis hostique catenas inter vina -ant. SIDON. carm. 2, 358 incertum -at ille patrem, cum serva sit illi certa parens. ALC. AVIT. carm. 5, 570 ultima namque dies defixa est crastina genti, quae nunc bella -ans sumptis confidit in armis. *corrupte* ACC. trag. 238 acri -antes melos (crepitantes *cod. Harl. Noni p. 213* melos *masculinum testati*). PROP. 4, 7, 25 nec -uit fissā me propter arundine (*sc. fistula*) custos (*i. qui corpora mortuorum custodit*). STAT. Theb. 6, 687 procul auxiliantia gentes aera -ant. LVCR. 2, 1170 laudat fortunas saepe parentis et -at, anticum genus ut pietate repletum perfacile angustis tolerarit finibus aevom. MART. 5, 19, 14 qui -et aureolos (*sc. nummos*). HOR. carm. 2, 17, 26 cum populus frequens laetum theatris ter -uit sonum. PROP. 3, 10, 4 *Camenae* ... manibus faustos ter -uere sonos.

deriv.: crepaculum, crepatio, crepatura, crepax, crepitare, crepitus, crepor, crepulus. *fort.* decrepitus, crepundia. *comp.*: con-, dis-, ex-, in-, per-, prae-, re-, sub- crepare.

crepor, -ōris *m.* [*a* crepare. *Th.*]. GLOSS. sonus. -em ferri sonos catenae. IVL. VAL. 1, 6 tonitruum -r. INSCR. christ. Hisp. 385 dumque supremus litui -r concusserit orbem. [*dub.* ORIENT. carm. app. 2, 87 cruor exit aqua *ubi Havet, rev. d. phil. 26 (1902) 136 legit* -r excit aquam.] *Lambertz.*

creppus *v.* crepus. **creptūra** *v.* crepatura.

crepulus, -a, -um *a* crepare. *i. q. crepans*: GLOSS. -um imbrem: cum sono gravi ruentem. AVIEN. Arat. 325 -a ut late vomeret convicia voce. 991 -i succedens stagna profundi. ora 571 praeter vasti gurgitis -as aquas. AVG. c. Iul. op. imperf. 1, 119 -a ruina verborum. SIDON. epist. 4, 15, 3 aures ... -o fragore circumstrepit. 9, 13, 5 vers. 80 *choraulis* antra per palati -is reflanda buccis gemit aura tibialis. *i. q. scissus* (*cf.* crepo *p. 1173, 31 sqq.*): CHIRON 664 ex qua re ... -ae ungulae fiunt.

crepundia, -ōrum *n.* [*cf. c.* crepare, *fort. c. gr.* κρέμβαλον. *Th.*]. SCHOL. Prud. apoth. 643 -a et crepitacula ideo dicuntur, quia infantibus vagientibus tinnitus aeris adhibebantur ut sonitu ipso oblectarentur. CHAR. gramm. I 33, 26 neutra semper pluralia ... -a (DIOM. gramm. I 328, 7 PHOC. gramm. V 428, 12). GLOSS. monile gutturis. τὰ περιδέραια. FVLG. serm. ant. 50 cum -iis, id est cum puerilibus ornamentis. *singulariter*: GLOSS. II 575, 39 -a rima fractura. *cf.* crepo *p. 1173, 31 sqq.*

1 *p r o p r i e*: **a** *c r e p i t a c u l a, oblectamenta qualia infantibus dari solent* (*cf. Mau, PW. IV 1706*): PLAVT. Mil. 1399 ut ea (*sc. testiculi*) iam quasi puero in collo pendeant -a. VAL. MAX. 6, 9 ext. 7 caduca nimium et fragilia puerilibusque consentanea -is sunt ista, quae vires atque opes humanae vocantur. FIRM. err. 6, 2 -is ... animos pueriles illexit. 6, 5. PRVD. perist. 3, 19 ipsa -a repulerat, ludere nescia, pusiola. ISID. orig. 17, 7, 36 ebenus -is illigatur, ut infantem visu nigra non terreant. *saepe memorantur pro indiciis infantium expositorum*: GLOSS. γνωρίσματα. insignia vel indicia quae expositis infantibus adhibentur. signa vel indicia. EXC. Bob. gramm. I 550, 1 haec -a ἀναγνωρίσματα. PLAVT. Cist. 635 hic -a insunt, quibuscum te illa olim ad me detulit ..., parentes te ut cognoscant facilius. 656 cistella ... cum -is. 664. 709. 735 age loquere [tu] quid ibi infuerit. :: -a una. 748 Rud. 1081. 1086. 1154 (*ubi singula enumerantur*). 1363 argum. 2 frg. inc. 68. CIC. Brut. 313 quoniam totum me non naevo aliquo aut -is, sed corpore omni videris velle cognoscere. SERV. Aen. 5, 370 DRAC. Romul. 8, 70. 102. *latiore sensu i. q. cunae, panni* (*cf.* DVB. NOM. gramm. V 574, 18 -a cunae ⟨recens⟩ natorum habitacula): PLIN. nat. 11, 270 semenstri⟨s⟩ locutus est Croesi filius et in -is, prodigio quo totum id concidit regnum. VOPISC. Aurelian. 4, 5 ex palliolo purpureo ... sacerdos mulier -a filio fecisse perhibetur. SALV. gub. 6, 26 involvi se pannorum -is voluit. PRVD. apoth. 643 quae porro causa aut ratio *tribus magis* submittere colla ante pedes Mariae puerique -a parvi. AVG. serm. ed. Mai 150, 1 vagit *Christus* inter -a ipsa querulus et iam formidatur ut deus.

b *c r o t a l a*: IVST. 30, 1, 9 adduntur instrumenta luxuriae, tympana, et -a. *amuletum*: APVL. apol. 56 hominem tot mysteriis deûm conscium quaedam sacrorum -a domi asservare atque ea lineo texto involvere.

2 *t r a n s l a t e i. q. infantia*: GLOSS. ἀρχαί. -is initiis. AMM. 14, 6, 17 inter ipsa oriundi -a. FVLG. Virg. cont. p. 92, 11 -orum (gloss. pro ipsis pueris) mos, dum adest inspiciendi potestas et deest loquendi facultas. HIER. epist. 108, 3 a cunabulis eius ipsisque, ut ita dicam, -is. 128, 5 inter haec -a primam carpit aetatem. ENNOD. opusc. 3, 8 p. 333, 2 dum esset in -is lactantis infantiae, fulsisse eius cunabula. CORP. VI 1724 (*a. 435*) cui a -is par virtutis et eloquentiae cura.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MART. CAP. 1, 93 vers. quique *deorum* -a terris recolitis vestra tenerier (*i. originem esse terrenam*).

crepus, -ī *m.* *i. q. caper*: PAVL. FEST. p. 57 -os id est lupercos dicebant a crepitu pellicularum, quem faciunt verberantes. crepa, -ae: PAVL. FEST. p. 48 caprae dictae ... a crepitu crurum, unde et -as eas prisci dixerunt (= ISID. orig. 12, 1, 15 *qui addit*: quae sunt agrestes caprae, quas Graeci ... dorcadas appellaverunt).

crepusculāris, -e *a* crepusculum. *i. q. matutinus*: PS. RVFIN. in Os. 6, 4 -is umor (VVLG. ros mane).

crepusculāsco, -ere [*a* crepusculum. *Th.*]. SIDON. epist. 8, 3, 2 -ens hora.

crepusculum, -ī *n.* [*cf. c.* creper. *conferunt quidam gr.* κνέφας, *v. Johansson, Bezzenbergers Beitr. 18, 7 sq.; alii* πρέπειν, *v. Fick, ibid. 18, 136. Th.*]. VARRO ling. 6, 5 -um a crepero. id vocabulum sumpserunt a Sabinis, unde veniunt Crepusci nominati Amiterno, qui eo tempore erant nati. 7, 77 *cf.* NON. p. 13. crepusculus: *v. infra l. 69.* *pluralis legitur apud poetas dactylicos (propter metrum) et* PS. RVFIN. in Os. 11, 1 CASSIOD. in psalm. 100, 11 GLOSS. II 267, 10. *de significatione*: VARRO ling. 6, 5 -um significat dubium ..., quod -um dies etiam nunc sit an iam nox, multis dubium (*cf.* 7, 77 frg. Serv. Aen. 2, 268 CENS. 24, 5. NON. p. 13 -um dicitur lux dubia. ISID. orig. 5, 31, 7 GLOSS. IV 326, 9. V 282, 22). PAVL. FEST. p. 71 -um extremum diei tempus. SERV. auct. Aen. 3, 587 -um quod est vesper. SCHOL. Hor. carm. 3, 27, 31 nocte sublustri: -o vel exluce. SCHOL. Stat. Theb. 1, 344 -um dicitur quod inter diei finem est et exordium noctis. ISID. nat. 2, 2 -um ... hoc est inter lucem et tenebras. GLOSS. ἑσπέρα. ἑσπερινὴ ὥρα. ὀψινὴ ὥρα (EXC. Bob. gramm. I 554, 11). ὀψινὴ ὥρα ἡ μετὰ ἡλίου δυσμάς. δείλη πρὸς ἑσπέραν. κνέφας. λυκόφως. λυκόφωτος. ἡ φάνσις καὶ δείλη, ἡ ὀψία ὥρα. initium diei vel noctis. vesperam, tenebrae. principium aurorae vel initium noctis vel mane. vespertinum tempus seu circa mane. initium aurorae vel principium noctis -o initio diei aut noctis. *cf. p. 1166, 61.* *legitur inde a* PLAVTO.

1 *generatim lux dubia, tenebrae*: OV. met. 11, 596 nebulae caligine mixtae exhalantur humo dubiaeque -a lucis. 14, 122 dumque iter horrendum per opaca -a carpit *Aeneas*. CASSIOD. in psalm. 100, 11 quando in nobis suggestiones diabolicae velut dubia -a coeperint apparere. ARATOR act. 2, 226 expavit redux inopina -a visus *caeci sanati.*

2 *speciatim de partibus diei; cf.* AVIEN. Arat. 608 alterno redeunt cum bina -a mundo (*i. matutinum et vespertinum*). SERV. *infra l. 66.* *i. q. -um vespertinum*: GLOSS. V 658, 2 septem sunt vigiliae noctis: -um, fax ...; -um circa hora⟨m⟩ undecimam quando claudunt opera. *cf.* 34, 14. 87, 13 *et supra l. 21 sqq.* PLAVT. Cas. 40 primulo -o (Paras. frg. 1. *cf.* OV. fast. 4, 735 pastor, oves saturas ad prima -a lustra. 5, 455 sub prima -a. COLVM. 9, 12, 3 primo -o). Condal. frg. 1 tam -o ... lampades accendite. OV. am. 1, 5, 5 qualia sublucent fugiente -a Phoebo. epist. 14, 21 modo facta -a terris, ultima pars lucis primaque noctis erat. met. 1, 219 traherent cum sera -a noctem (SIL. 2, 215 agit levibus per sera -a pennis *aves* vesper. ANTH. 932, 1). 15, 651 seram pepulere -a lucem (*cf.* PAVL. NOL. carm. 6, 64 quantus *orbis* ab ortu tenditur in serae finita -a lucis). fast. 5, 163 simul inducent obscura -a noctem. PHAEDR. 3, 7, 20 -o solutus ... vagor (*opp.* interdiu, luce). COLVM. 6, 23, 3. 6, 30, 5. 7, 3, 19 (*opp.* mane). 7, 12, 3. 8, 4, 3 ante -um. 11, 1, 18 ubi -um incesserit. 11, 2, 21. 55 a decima usque in -um. 12, 1, 3. CALP. ecl. 2, 93 fugit ecce dies revocatque -a vesper. PLIN. nat. 18, 219 (*opp.* mane). STAT. Theb. 1, 344 rarescentibus umbris longa repercusso nituere -a Phoebo. PS. FRONTIN. strat. 4, 3, 7. SVET. Nero 26 post -um. APVL. met. 2, 25 iam ecce -um et nox provecta et nox altior *eqs.* AVIEN. Arat. 1872 exacti iam summa (*i. extrema*) -a mensis et surgentis item primordia. AMM. 20, 11, 21 prope ipsum -um. AMBR. hex. 6, 4, 24. HYMN. Ambros. I 7, 28 (*opp.* diluculum, meridies). MART. CAP. 2, 219 vers. SIDON. epist. 2, 2, 14 ranas -o incumbente blaterantes. 2, 13, 4 ante -um (*dub.*). VEN. FORT. vita Radeg. 36, 82 obumbrante iam noctis -o. *in imagine*: FRONTO p. 197, 18 N. senectus -um est, quod longum esse non potest. *i. q. -um matutinum*: SERV. Aen. 2, 268 et licet utrique tempori (*i. tam matutino quam vespertino*) possit iungi, usus tamen ut matutino iungamus obtinuit. GLOSS. διάφαυμα. II 386, 38 ὀρθρινός matutinus -us (*trad.* crespulus) antelucanus. 117, 57 -um ὄρθρον ὑπεώρον (?). ἄαυγος (aigos). -um matutinum est inter abscessum noctis et diei adventum (= ISID. nat. 2, 3). finem noctis et initium diei. *cf. supra l. 29 sq.* PANEG. 11, 28 matutino -o palatium petimus. AVIEN. Arat. 1352 decedentis postrema -a noctis. VVLG. II reg. 2, 32 in ipso -o pervenerunt (διέφαυσεν αὐτοῖς) in Hebron. PS. RVFIN. in Os. 11, 1 matutina -a. RVT. NAM. 1, 277 roscida puniceo fulsere -a caelo. CASSIOD. in psalm. 29, 5 matutinum vero dicimus, quando discedentibus tenebris -um coeperit elucere.

deriv.: crepuscularis, crepusculasco.

crepuscus *v. supra l. 15 et nom. propr.*

? ὄμφαξ **crepusum** GLOSS. II 117, 47.

crēscentia, -ae *f.* *a* crescere. *i. q. augmentum*: VITR. 9, 8, 6 *dierum* brevitates aut -as. 9, 8, 7 correptiones dierum aut -ae. *ibid.* brevitates et -as horarum. *i. q. adulescentia*: CORP. IX 5925 (*Anconae*) decepti et orvati tanto florae -ae eius.

crēscibilis, -e *a* crescere. RVSTIC. c. aceph. p. 1172^{D} quod augetur, -e *est.* *L.*

*crēsco, -ēvī, -ētus, -ere [*cf. esse videtur c.* creber, creare. *ultra conferre solent aut* Ceres, Cerus, *gr.* κορέννυμι, *lituan.* szeriu *'pasco' armen.* serem *'gigno'*, serim *'nascor' (v. Osthoff, Etymol. Parerga I 133) aut ind.* krnóti *'facit' lituan.* kuriu *'aedifico', hibern.* cruth *'forma, modus' (v. Fick, Vergl. Wörterb. d. indogerm. Spr. II^{4} 60). Th.*]. PRISC. gramm. II 560, 10 alia ... multa inveniuntur deficientia in aliis quoque significationibus vel generibus verborum tam supina quam ex eis nascentia ut ... posco compesco -o. CHAR. gramm. I 247, 25 cerno cernis crevi et -o -is -vi. CONSENT. gramm. V 384, 29 cerno et -o faciunt -vi. *scribitur* criscit: CORP. XIII 2477. 2478 (*saec. VII*). *part.* crescins: CORP. V 6615. *legitur*: cresse: LAEV. carm. frg. 6 LVCR. 3, 681. cresciturus: PASS. Thom. p. 146, 10 (*sed cf.* GRAMM. suppl. 262, 29 studens et -ens in futuro deficiunt). PAVL. FEST. p. 5 exoletus, qui excessit olescendi id est -endi modum; et inolevit id est -vit (p. 80 exoletus qui adolescere id est -ere desiit). p. 53 -vi modo significat hereditatem adii, modo maior aetate vel censu sum, modo iudicavi, modo divisi. quae omnia a duobus verbis -o et cerno veniunt, cuius unius origo ex graeco trahitur, quod illi κραίνειν dicunt perficere. p. 98 gliscere -ere est. p. 279 reglescit apud Plautum significat -it. p. 309 suboles ab olescendo id est -endo ut adolescentes quoque et adultae et indoles dicitur. NON. p. 22 gliscit est concalescit et colligitur vel -it vel ignescit. SCHOL. Verg. Medic. ecl. 8, 65 adole⟨scit⟩ sign⟨ificat⟩ -it. 10, 75 *surgentem* ⟨significat⟩ -entem (*cf. Rhein. Mus. 45, 630. 634*). GLOSS. αὐξάνομαι, αὔξομαι, αὐξάνω, αὔξω. adolescit, glescit, pinguescit, incrementat, popiscere (pubescere *conicit Götz*). -ere cogit (coepit *Heraeus*) turgit (-it cogit turget *de Vit*). *legitur inde ab* ENN., *deest* PLAVTO LVCIL. PHAEDRO. [*val.* creaste, *it.* crescere, *francog.* croître, *hisp.* crecer. *M.-L.*]

I *i. q.* ***nasci, oriri:*** **A** *strictiore sensu*: ENN. frg. var. 31 ubi videt avenam lolium -ere inter triticum. VARRO rust. 1, 12, 2 quod -unt animalia quaedam minuta. 1, 45, 3 nam prius radices quam ex iis quod solet nasci, -unt. CATVLL. 113, 3 -erunt milia in unum singula. LVCR. 1, 185 nec porro augendis rebus spatio foret usus seminis ad coitum, si e nilo -ere possent. 1, 858 neque ... -ere de nilo testor res ante probatas. 1, 867 quaecumque e terra corpora -unt. 3, 787 (= 5, 131) certum ac depositumst ubi quidquid -at et insit (*syn.* oriri). 3, 967 materies opus est, ut -ant postera saecla. 4, 842 haud igitur potuere utendi -ere causa. 4, 1214 quos utriusque figurae esse vides ... corpore de patrio et materno sanguine -unt. 5, 139 ubi esse et -ere possit seorsum anima atque animus. 5, 228 at variae -unt pecudes armenta feraeque. 5, 808 -bant uteri terram radicibus apti. OV. met. 8, 191 ut clivo -isse putes pennas. PLIN. nat. 2, 226 in exitu paludis Reatinae saxum -it. **B** *laxiore sensu*: LVCR. 6, 527 cetera quae sursum -unt sursumque creantur et quae concrescunt in nubibus. VERG. georg. 2, 336 -entis origine mundi. PROP. 4, 1, 5 fictilibus -vere deis haec aurea templa. 4, 1, 56 qualia -erunt moenia lacte tuo. SEN. Herc. f. 843 -ere et somnos cupiens quietos *autumnus*. dial. 3, 20, 2 in ruinam prona sunt, quae sine fundamentis -vere. epist. 12, 1 haec villa inter manus meas -vit (*i. a me aedificata est*). LVCAN. 9, 842 nec culmis -vere tori. SIL. 14, 301 tabulata decem cui (*turri*) -ere Graius fecerat. 14, 309 perque altam molem et totiens -entia tecta scandit ovans. CYPR. GALL. iud. 401 cuius post obitum raptim nova idola -unt. ANTH. 459, 3 ut subito -vere, solent ex tempore multae quam scriptae melius cedere deliciae. MVTIAN. Chrysost. hom. 24, 3 ne vobis periculum -at (αὐξῆσαι). DIONYS. EXIG. Procl. fid. praef. p. 408^{C} eundem verum hominem factum, unum mansisse filium nec quartam in trinitate -isse personam. PS. PRIMAS. in I Cor. p. 513^{B} ut rectus ... et fortis paries -at. CARM. epigr. 1388, 2 *mors* invidit meritis -ere magna tuis.

II *i. q.* ***maiorem fieri,*** *αὐξάνεσθαι*: **A** *strictiore sensu, de animantibus saepe i. q. adolescere (v. p. 1177, 68)*: CATO agr. 43, 2 si voles vinea cito -at et olea. 46, 2 si voles cito semina -ant. 64, 1 nolito credere oleum in tabulato posse -ere. orig. 39 sus usque adeo pinguitudine -ere solet. CAECIL. com. 95 nunc uter -it, non potest celari (AFRAN. com. 337 ferme virgini tam -it uterus quam gravidae mulieri. QVINT. decl. 306 p. 200, 20 DRAC. laud. dei 2, 648 SCHOL. Stat. Theb. 3, 685). VARRO rust. 1, 26, 1 neque eos (*ordines*) -ere altius quam ridicas patiuntur. 1, 39, 1 ad quod tempus quaeque res facillime -at. 1, 41, 4 omnia enim minuta et arida ad -endum tarda (1, 41, 4 olea in -endo tarda. *cf.* VERG. georg. 2, 3 prolem tarde -entis olivae). 1, 45, 2 virgulta non eodem tempore aeque -unt. 1, 49, 1 cum -ere desiit herba. 2, 7, 13 *pullum* tum ... maxime -ere ac lacertosum fieri *al.* CIC. fin. 5, 26 quae ad vivendum -endumque valeant. nat. deor. 2, 23 ut omnia quae alantur et quae -ant, contineant in se vim caloris, sine qua neque ali possent nec -ere (*ibid.* quod ... alitur et -it. LVCR. 1, 804 VITR. 8 praef. 2 SEN. epist. 58, 14 AVG. civ. 7, 23). VARRO AT. carm. frg. 20 Indica non magna minor arbore -it arundo. LVCR. 1, 189 omnia quando paulatim -unt, ut par est, semine certo. 1, 190 *syn.* grandescere. 1, 253 at nitidae surgunt fruges ramique virescunt arboribus, -unt ipsae fetuque gravantur. 2, 301 quae consuerint gigni, gignentur eadem condicione et erunt et -ent vique

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

valebunt. 2, 564 ut *primordia* possint . . . -ere adaucta. 2, 709. 1078. 3, 338 corpus per se non gignitur umquam nec -it. 3, 446 gigni pariter cum corpore et una -ere sentimus pariterque senescere mentem. 3, 458. 683. LABER. mim. 7 (*in imag.*) amor tuus tam cito -it quam porrus, tam quam palma firmiter. VERG. ecl. 10, 54 -ent illae (*arbores*), -etis, amores. georg. 2, 56. 3, 206 crassa magnum farragine corpus -ere. HOR. carm. 1, 12, 45 (*in imag.*) -it occulto velut arbor aevo fama Marcelli. 2, 8, 17 adde quod pubes tibi -it omnis, servitus -it nova. 3, 23, 11 quae . . . -it Albanis in herbis victima. 3, 16, 36 nec pinguia Gallicis -unt vellera pascuis. 4, 4, 46 Romana pubes -vit. 4, 4, 62 non hydra secto corpore firmior vinci dolentem -vit in Herculem. sat. 2, 4, 15 cole suburbano, qui siccis -vit in agris. PRIAP. 65, 1 -entia lilia. OV. am. 2, 14, 23 -entibus uvis (LYGD. 5, 19). 2, 14, 25 sine -ere nata. epist. 5, 24 quantum trunci, tantum mea nomina -unt: -ite et in titulos surgite recta meos. 11, 42 ut penitus nostris . . . visceribus -ens excuteretur onus (fast. 1, 624). ars 1, 61 primis et adhuc -entibus annis (*per enallagen.* OV. met. 10, 24. STAT. Ach. 2, 96 [reptantibus *P*]. MART. 1, 88, 1). met. 1, 421 fecundaque semina rerum . . . -erunt. 2, 643 totoque salutifer orbi -e puer. 3, 110 -itque seges clipeata virorum (8, 290 fast. 1, 687). 4, 210 postquam filia -vit. 4, 376 siquis conducat cortice ramos, -endo iungi pariterque adolescere cernit. 8, 716. 10, 503 male conceptus sub robore -erat infans. fast. 3, 53 lacte quis infantes nescit -isse ferino. 4, 913 tu sata sideribus caeli nutrita secundi -ere . . . sinas. 5, 537 *Orion* -erat immensum. trist. 4, 2, 9 qui Caesareo iuvenes sub nomine -unt. VITR. 2, 9, 1 praeseminatio -ens ex omnibus cibi potestatibus detrahit alimentum in se. 5, 1, 3 *arbor* -endo procedit in altitudinem naturali contractura peraequata nascens ad cacumen. FEST. p. 329 quod *salix* ea celeritate -at, ut salire videatur. CELS. 7, 14 tumor . . . -it (7, 18). SEN. Oed. 419 qualis iratam metuens novercam -eras falsos imitatus artus. dial. 1, 4, 5 quae (*arbores*) in aprica valle -erunt. 11, 2, 4 -isti sub noverca. nat. 3, 11, 4 non enim tantum id quo vivant sed quo -ant, trahunt *arbores*. epist. 15, 2 cum tibi feliciter cesserit et tori -erint. 26, 20 tunc quoque, cum -imus, vita decrescit. 60, 1 inter execrationes parentum -vimus. 66, 9 -ere posse imperfectae rei signum est. 71, 13 certis eunt cuncta temporibus: nasci debent, -ere, extingui. CVRT. 7, 8, 14 tu ignoras arbores magnas diu -ere, una hora extirpari? COLVM. 12, 52, 18 in area frumenta -ere. arb. 3, 3 semina . . . valenter -unt. 3, 18 *arbores* nec viribus nec magnitudine sunt pares neque pariter -unt. VERS. metr. Prisc. gramm. II 256 tibi nascitur omne pecus, tibi -it herba (= TER. MAVR. 1915 *ubi* haedus). SCRIB. LARG. 239 omne ulcus luxurians et -ens. LVCAN. 9, 804 -ens fugere cadaver. PETRON. 46 iam tibi discipulus -it cicaro meus. 58 nec sursum nec deorsum non -o. *ibid.* qui de nobis -it et minor fit. PLIN. nat. 1, 11, 76 quibus -at cum luna et decrescat iecur. 1, 17, 20 quae tarde -ant, quae celeriter. 9, 76 ova eius citissime -unt. 9, 128. 158 piscium ova in mari -unt, quaedam summa celeritate . . . quaedam paulo tardius. 11, 260 solidipedum crura statim iusta nascuntur mensura, postea exporrigentia se verius quam -entia. 15, 10 quod oleum -ere olivae carne arbitrantur. 16, 27 nigra *galla* diutius viret -itque. 17, 179. 19, 73 quae (*cucurbitae*) pendendo -vere. 28, 250 eadem (*ubera*) circumlita sanguine feminae suis minus -unt. 34, 137 *opp.* decrevisse. 36, 125 marmora in lapidicinis -ere. SIL. 1, 642 quantus *iuvenis* -it in armis! 16, 353 -ere sublimem *equum* atque augeri membra putares. STAT. Theb. 2, 552 hos deire iugis, illos e vallibus imis -ere (*in imag. i. q. exurgere, ascendere*). 6, 742 socii fretum Polluce magistro norant et sacras inter -isse palaestras. 7, 655 -unt lanugine malae. silv. 4, 8, 5 procerum tibi nobile vulgus -it. 5, 3, 180 sub te . . . -vit et inde sacrum didicit puer. MART. 7, 28, 1 sic Tiburtinae -at tibi silva Dianae. 9, 76, 3 -erat hic vultus bis denis fortior annis. 14, 134, 1 fascia, -entes dominae compesce papillas. QVINT. decl. 293 p. 164, 22 sed numquid vobis videor avarus, libidinosus? aliter -vi. IVV. 6, 371 iussos -ere primum testiculos. PLIN. paneg. 26 ut *liberi* -rent de tuo, qui -rent tibi. 82 -entia laboribus membra mirabor. SVET. Otho 1 in cuius domo -erat. APVL. met. 6, 22 quod . . . inter istas meas manus -veris. 11, 25 tuo nutu spirant flamina, nutriunt nubila, germinant semina, -unt germina. ITALA gen. 25, 27 (Aug. loc. hept. 1, 94 p. 521, 13) -erunt...iuvenes (ηὐξήθησαν, VVLG. quibus adultis. *cf.* AVG. *ad l.* est talis locutio et apud auctores saeculares . . . , sic et hic '-erunt iuvenes' cum infantes essent, intellegitur: -endo facti sunt iuvenes). IAVOL. dig. 23, 5, 18 pr. si tales sunt lapidicinae, in quibus lapis -ere possit. VLP. dig. 34, 2, 20 concha apud rubrum mare et -it et decrescit. TERT. anim. 37 quod (*caro atque anima*) simul -unt, sed diversa ratione *eqs.* SOL. 1, 62 corda . . . in diem quintum et sexagesimum -ere, dein minui. 1, 92 Euthymenis filium -isse in triennio tria cubita sublimitatis. PANEG. 6, 13 favet iste -enti, adest iste seniori. 12, 16, 8 per quinquennium sub Aristotele doctore . . . -vit *Alexander.* OPTAT. 3, 9 p. 93, 14 (*in imag.*) nonne pares -vimus panni (*de diversis ecclesiis dicitur*). PROB. Verg. ecl. 10, 62 Nymphae pariter cum arboribus et -ere et decrescere traduntur. HYG. fab. 28 p. 57, 2 hi (*Otos et Ephialtes*) singulis mensibus novem digitis -bant. HIER. epist. 108, 24 corpora cotidie nostra fluant et aut -ant aut decrescant. CLAVD. 7, 79 cum -ere sensit ungue pedes et terga iubis et dentibus ora. VVLG. lev. 13, 5 si quidem lepra ultra non -erit (μένει). 13, 35 sin . . . rursus -erit macula in cute. I reg. 2, 26 Samuel proficiebat atque -bat. Iob 8, 11 numquid . . . potest . . . -ere (θάλλει) carectum sine aqua? AVG. civ. 12, 16 si enim pro viribus suis alatur infans, fiet, ut -endo plus capiat. epist. 9, 4 assiduitate irascendi fel -ere. 33, 3 (*in imag.*) in homine, quem falsae blanditiae faciunt arrogantem, recte etiam vulgo dicitur: -it caput (140, 31, 74 ut ei caput in superbiam -at). BACHIAR. repar. laps. 13 donec -ant barbae nostrae. VINDIC. epist. Pentad. p. 487 haec omnia (*quattuor umores corporis*) -unt suis temporibus. sanguis -it. MACR. somn. 1, 14, 11 quod homo et rationis compos est et sentit et -it. ORIENT. comm. 2, 213 nam quae nascuntur, -unt post atque senescunt. CEREAL. 8 unus senescit et alius -it. PRISC. periheg. 81 qua domini rerum terris -vere Latinis. PETR. CHRYS. serm. 144 p. 585^{C} (*in imagine*) ut qui nostro sensim -vit in corpore, paulatim nostro -ere dignetur in verbo (*Christus*). PALLAD. hist. mon. 10 p. 363^{D} capilli . . . capitis eius -erunt. PS. MATTH. euang. 31, 3 filium tuum statura -entem (*cf.* PS. THOM. *p. 1183, 70*). PASS. Mar. Iac. 5 p. 52, 16 Marianus . . . quantum corpore, tantum et mente -bat. CORP. XIII 10018, 58 (*pictum in ampulla*) -as. INSCR. christ. Rossi II p. 63, 7 v. 5 hic iacet a teneris Christo quae -erat annis. p. 64, 11 v. 3 integer ut infans maior sic -erat aetas. INSCR. christ. Hisp. 54^{a} necdum ter binos -ens attigerat annos. PAPYR. Marini 74, 5, 11 in cuius (*ecclesiae*) servitio -vi.

nota: *epitheton Iovis:* INSCR. numm. Cohen V^{2} p. 381 n. 380 (*Gallieni*) Iovi -enti (*i. infanti*). *i. q. accrescere* (*de heredibus*): CORP. VIII 21106 cura conlegi fabri argentar(ii) et conlegi Caesariensium -ent(ium) (*cf. adnot.*). *cf.* CARM. epigr. 833 discitis (*pro* discite) -entes pietate(m) reddere vostris. *seq.* in *c. acc.*, ad *sim.*: VERG. georg. 4, 122 -ret in ventrem cucumis. MORET. 75 -itque in acumina radix et gravis in latum demissa cucurbita ventrem. PRIAP. 51, 16 -ensve semper in suum caput porrum (OV. met. 5, 547 ille . . . in . . . caput -it. PLIN. nat. 19, 102 ut *caepae* in capita -ant potius quam in semen). OV. met. 1, 550 in frondem crines, in ramos bracchia -unt. 2, 479 curvarique manus et aduncos -ere in ungues. SEN. Tro. 738 magnos -it in luctus puer. dial. 4, 21, 9 proximis applicatur omne quod tenerum est et in eorum similitudinem -it. nat. 1, 5, 1 in tantum lacerti -unt (4, 11, 1 Appeninum et Alpes et alios notos ob eximiam altitudinem montes in tantum putant -ere, ut illorum magnitudo sentire solis viciniam possit. *cf. p. 1180, 35*). 6, 2, 4 in hanc magnitudinem -vimus. 11, 2, 9 coliculus eius (*fabae*) in quattuor digitos altitudinis -vit. COLVM. arb. 17, 3 in latitudinem. PLIN. nat. 8, 89 nec aliud animal ex minore origine in maiorem -it magnitudinem. 10, 52 in magnam amplitudinem. 11, 216 homo -it in longitudinem usque ad ter septenos, tum deinde ad plenitudinem. 18, 254 cum herba -erit in festucam. 19, 66. 84 ad magnitudinem scrobis -ere raphanos. 31, 29 in altitudinem. STAT. Theb. 11, 15 dum miserae -unt in pabula fibrae. QVINT. inst. 8, 5, 26 ut in satis omnibus fructibusque arborum nihil ad iustam magnitudinem adulescere potest, quod loco, in quem -at, caret. TERT. nat. 2, 12 longo scilicet aevo -endum illis fuit ad tantam proceritatem. SOL. 15, 7 hoc genus canes -unt ad formam amplissimam. VVLG. gen. 40, 10 *videbam vitem* . . . -ere paulatim in gemmas. CLAVD. 26, 26 in segetem -entis semina belli (*de militibus e terra nascentibus*). DRAC. Romul. 2, 82 tendit membra puer (*Amor*), longos ut -at in artus (*Naidos adultae*). PALLAD. hist. mon. I 37 p. 325^{B} in immensum -vit modum *vitis.* PHOC. carm. de Verg. 61 *populea virga* dum -it in omen (omorem *cod., corr. Tollius*). PS. SORAN. puls. p. 276, 35 puerorum . . . et -entium ad iuventutem pulsus. *seq. dat.*: PROP. 3, 13, 36 altaque nativo -erat herba toro.

B *laxiore sensu et translate i. q. augeri:* **1** *de rerum corporearum magnitudine vel multitudine:* TER. Phorm. 781 plagae -unt, nisi prospicis. VARRO ling. 9, 26 cum sex horis aestus -erunt, totidem decreverunt (VERG. Aen. 10, 291 mare inoffensum -enti allabitur aestu. SEN. nat. 3, 28, 6 *bis* CVRT. 7, 5, 7 PLIN. nat. 2, 219. AMM. 24, 4, 17 aestus in meridiem -ens). VARRO rust. 1, 37, 1 quaedam facienda in agris potius -ente luna quam senescente (1, 37, 2. 3 *bis.* CIC. nat. deor. 2, 50 lunae forma mutatur, tum -endo, tum defectibus in initia recurrendo. 2, 95 VITR. 9, 2, 3 COLVM. 2, 14, 9. 2, 17, 2. 5, 11, 2. 8, 5, 9 *bis.* arb. 26, 2. 29, 1 PLIN. nat. 2, 58. 17, 108. 215 plena aut -ente *luna.* 18, 308 -ente . . . luna frumenta grandescunt *al.* PORPH. Hor. epist. 2, 4, 30 dicuntur *conchylia* . . . -ente luna impleri, minui decrescente. FIRM. math. 4, 13, 1 luna si sit -ens vel plena luminibus. PRISCILL. tract. 6, 105. 106. SCHOL. Germ. Sang. p. 222, 11 hac [*luna*] universa gignentia -ente pubescunt, tenuescente tenuantur. EVSTATH. Bas. hex. 6, 4 p. 925^{B} -ente vel senescente luna. VEG. mil. 3, 42 diverso lunae -entis minuentisque statu. *cf.* OV. met. 1, 11. 15, 198 MANIL. 1, 527 VITR. 9, 1, 16). RHET. Her. 1, 27, 27 quoniam satis huius voluminis magnitudo -vit. CIC. Verr. 5, 28 metuisti, ne aes alienum tibi -ret (NEP. Att. 2, 5 PORPH. Hor. epist. 1, 18, 12 POMPON. dig. 28, 5, 23, 3). Manil. 45 cum . . . hostium opes animique -issent (SALL. Catil. 17, 7. NEP. Alc. 5, 3 Atheniensium . . . opes senescere, contra Lacedaemoniorum -ere. OV. fast. 1, 211 LIV. 1, 3, 4 VAL. MAX. 2, 4, 6 SEN. dial. 10, 1, 4 SIL. 13, 88 IVV. 10, 27 PAVL. NOL. carm. app. 1, 84. INSCR. christ. Rossi II p. 126, 306 sedis apostolicae -ere fecit opes. INSCR. christ. Leblant 650^{B}). CIC. Catil. 1, 5 -it in dies singulos hostium numerus (OV. fast. 3, 125 LIV. 5, 46, 4. 37,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

38, 4. 38, 6, 6. PLIN. nat. 29, 59 numero -ente atque decrescente. IVV. 6, 229. LAMPR. Alex. 34, 8 nisi quod numerus accubitionum -bat et multitudo convivarum. PAVL. dig. 38, 10, 10, 9 FILASTR. 121, 6 FAV. EVL. p. 2, 27 AVG. civ. 12, 21 MART. CAP. 7, 749 LEX Visig. 9, 1, 13 CORP. XIV 2852, 15). CIC. div. 1, 100 cum lacus Albanus praeter modum -isset. top. 9, 38 omnem aquam oportere arceri, quae pluendo -isset (9, 39 quae [*aqua*] de caelo veniens -it imbri. POMPON. dig. 8, 3, 20, 1. VLP. dig. 39, 3, 1, 16 imbre -ere aquam, quae colorem mutat vel increscit. AVG. civ. 15, 27). CATVLL. 64, 284 vento -ente (AETNA 310). LVCR. 5, 492 -bant montibus altis ascensus. 5, 680 -ere itemque dies licet et tabescere noctes (LIV. 37, 41, 2. PLIN. nat. 2, 151 *opp.* decrescente. 18, 264 PLIN. epist. 2, 17, 18 APVL. met. 5, 12). LVCR. 6, 457 *nubes* -unt (SEN. Ag. 462). 6, 712 Nilus in aestatem -it campisque redundat (6, 736 SEN. nat. 4, 2, 3. 9 *bis.* 17. 22. 23. 25 *bis.* 26 Nilum quia nullo imbre adiuvetur, tenuari, deinde -ere per aestatem. 4, 2, 30 MELA 1, 53 LVCAN. 8, 477. 9, 163 PLIN. nat. 5, 57. 18, 168 tanto ... tardius decedit, quanto abundantius -vit. *cf. p. 1181, 2*). CAES. Gall. 7, 55, 10 Liger ex nivibus -erat. SALL. Iug. 4, 6 (*in imag.*) eam flammam egregiis viris in pectore -ere neque prius sedari (OV. epist. 15, 230 [*in imag.*]. am. 1, 2, 11 vidi ego iactatas mota face -ere flammas). CARM. epigr. 55, 6 heic viridis aetas cum floreret artibus -ente et aevo gloriam conscenderet. VERG. ecl. 2, 67 sol -entes decedens duplicat umbras (VITR. 1, 6, 6. 9, 1, 1). georg. 1, 326 cava flumina -unt (SEN. nat. 3, 1, 1 quare alia [*flumina*] hibernis aquis intumescant, alia in defectu ceterorum amnium -ant. DRAC. satisf. 239 *v. p. 1180, 52*). VERG. Aen. 11, 393 qui -ere Thybrim sanguine ... videbit. HOR. epod. 12, 8 quam malus undique ... -it odor. carm. 2, 2, 13 -it indulgens sibi dirus hydrops (SER. SAMM. 494). 3, 16, 17 -entem sequitur cura pecuniam (IVV. 14, 139). 3, 24, 63 improbae -unt divitiae. 4, 6, 38 -entem face Noctilucam. sat. 2, 5, 98 urge -entem tumidis, infla sermonibus utrem. epist. 1, 1, 80 occulto -it res faenore. 2, 1, 107 per quae -ere res posset. PRIAP. 80, 2 quam (*mentulam*) si tractes, -ere posse putes (APVL. met. 3, 24 mihi ... natura -bat). OV. epist. 7, 11 nec te -entia tangunt moenia (met. 15, 452). 15, 226 -it et invito lentus in ore cibus (SEN. epist. 82, 21 IVV. 13, 213 HYMN. Ambr. I 5, 24). met. 1, 345 -unt loca decrescentibus undis. 7, 81. 639 -ere quod (*graniferum agmen*) subito et maius maiusque videri ac se tollere humo. 12, 58 mensuraque ficti -it. 15, 434 haec (*Roma*) ... formam -endo mutat (LIV. 6, 4, 6. *cf. p. 1184, 8*). fast. 2, 1 cum carmine -it et annus. Pont. 3, 9, 22 cumque suo -ens pectore fervet opus (LIV. 25, 11, 9. 31, 1, 5 *opp.* minui. PLIN. nat. 36, 81). trist. 1, 7, 22 quod adhuc -ens et rude carmen erat. 5, 9, 4 inque libellis -isset sine te pagina nulla meis. LIV. 1, 4, 9 -ente in dies grege iuvenum. 1, 8, 4 -bat ... urbs munitionibus alia atque alia appetendo loca (1, 33, 9 nec urbs tantum hoc rege -vit, sed etiam ager finesque. 6, 4, 12. *cf. p. 1184, 1*). 1, 30, 2 ut ea quoque pars rei publicae -ret. 1, 37, 1 quod viribus -erat exercitus Romanus (28, 46, 11 VELL. 2, 25, 2). 21, 25, 14 -entem in dies multitudinem hostium (VELL. 2, 30, 5 LAMPR. Alex. 34, 8 AVG. civ. 16, 21). 32, 27, 6 -entibus iam provinciis et latius patescente imperio. MANIL. 1, 426 montibus atque aliis aggestos -ere montes. 3, 284 hora novo -it per singula signa quadrante. 3, 290 per quot -erat astrum Lanigeri stadia aut horas. PAVL. FEST. p. 17 auxiliares. ... dicti a Graeco vocabulo αὔξησις, quod nos dicimus rerum -entium auctionem. VITR. 1, 6, 12 expectanda est dum -at faciatque iterum -endo parem antemeridianae umbrae postmeridianam. 2, 6, 2 antiquitus -isse ardores et abundavisse sub Vesuvio monte. 3, 3, 11 quemadmodum ... -unt spatia inter columnas. 5, 3, 6 si in stantem aquam lapide immisso nascantur innumerabiles undarum circuli -entes a centro quam latissime possint et vagantes. 5, 4, 6 intervalla ... et distantias habent -entes. 5, 6, 4 vox. 6, 8, 5 *terrae congestio*, recipiendo ex imbribus aquae multitudinem, -ens et pondere et amplitudine. 7, 1, 5 contignationes umore -entes aut siccitate decrescentes. 9, 3, 1 *sol* magis -it supra terram et auget spatia dierum. FEST. p. 274 *quadrigae* in fornace adeo -erant, ut eximi nequirent. GERM. 120 at postquam argenti -vit deformior aetas. SEN. Thy. 643 cuius (*domus*) extremum latus aequale monti -it atque urbem premit. 986 -it pondus et dextram gravat. Tro. 1125 -it theatri more concursus frequens. 1348 ubi omnis terra decrescet pelagusque -et. dial. 1, 1, 4 cum interim illae (*undae*) portionibus -unt (nat. 6, 17, 2 omnis ... illa unda, quae a tergo supervenit et in se -it. SIL. 6, 111 vidi -entes Thrasymenni caedibus undas). SEN. dial. 2, 6, 4 aequaturum editissimas arces aggerem -ere (SIL. 1, 418). nat. 2, 9, 2 sparsio illa, quae ex fundamentis mediae harenae -ens in summam usque amphitheatri altitudinem pervenit. 3, 5 maria non -ere (3, 28, 3 epist. 79, 8 PLIN. nat. 2, 166). 3, 26 in Ponto quoque quosdam amnes -ere tempore aestivo. 3, 26, 2 qui (*amnis*) -ere videtur. 4, 1, 2 *Danubius.* 4, 2, 20. 7, 7, 1 cometes si vento fieret, cum vento caderet, et si vento inciperet, -ret vento eoque esset ardentior, quo ille incitatior (7, 18, 1). epist. 66, 12 mortalia minuuntur, cadunt, deteruntur, -unt, exhauriuntur, implentur. apocol. 2 obscuri -bant tempora somni. CVRT. 4, 2, 21 simul aggeris latitudo -bat. 7, 11, 16 -ere altitudo petrae videbatur (PLIN. nat. 8, 11). LVCAN. 4, 429 iamque relabenti -bant litora ponto. 4, 435 cursu -at dum praeda secundo. 5, 25 nec patitur noctes nec iniquos -ere soles. 5, 339 non magis ablatis umquam descenderit aequor, quam nunc -it aquis. 6, 180 ut primum cumulo -ente cadavera murum admovere solo. PETRON. 49 ex plagis ponderis inclinatione -entibus. 76 quicquid tangebam, -bat tamquam favus. PERS. 2, 49 iam -it ager, iam -it ovile. CALP. ecl. 2, 31 iam levis obliqua -at tibi fistula canna. PLIN. nat. 2, 42 sidus ... -ens semper aut senescens (2, 95 *stellae ac sidera* an -rent minuerenturque. 37, 181 -entis minuentisque sideris speciem). 2, 229 cum fontibus calidis, qui pariter cum aestu maris -unt minuunturque (3, 151. PLIN. epist. 4, 30, 2 statis auctibus ac deminutionibus -it decrescitque *fons*). 27, 89 -ente aestate. 35, 197 saxi quod -it macerando. VAL. FL. 1, 502 vias cernunt sibi -ere Parcae. 5, 31 -it donis feralis acervus. SIL. 1, 177 per artem saevitiae (*i. tormenta*) extenti ... -erunt artus. 1, 274 clementer -ente iugo *montis.* 7, 677 sublimem calamo sequitur -ente (*i. in altius elato*) volucrem (*cf.* MART. 9, 54, 3 si ... -ente levis traheretur arundine praeda. 14, 217, 2 dum tacita -it arundo manu. *cf. R. Schneider, Berl. phil. Wochenschr. 1907, 1118*). SIL. 13, 9 cui Lydia caede -erunt stagna. 15, 216 admoto -bant (*i. maiora videbantur*) culmina gressu (*cf.* STAT. Ach. 1, 679 iam raditur alta Lemnos et a tergo decrescit Bacchica Naxos, ante oculos -ente Samo). STAT. Theb. 9, 458. silv. 2, 1, 159 quod tibi purpureo tristis rogus aggere -vit. 3, 1, 38 signis -it torus asper eburnis (MART. 8, 44, 14 fartus papyro dum tibi torus -it). 3, 5, 36 cumque tuis -vit mea Thebais annis. MART. epigr. 2, 2 -unt media pegmata celsa via. 1, 108, 1 multos -atque per annos ... domus. 5, 6, 15 nigris pagina -vit umbilicis (IVV. 7, 101). 7, 61, 3 iussisti tenues ... -ere vicos. 8, 11, 3 nam stare aut -ere debent munera. 13, 47, 1 Picentina Ceres niveo sic nectare -it. FRONTIN. aq. 25 diametro per singulos adiectione singulorum quadrantum -ente. 27. IVV. 14, 116 quippe his -unt patrimonia fabris, sed -unt quocumque modo, maioraque fiunt incude assidua. PLIN. epist. 2, 5, 3 et liber -vit. 3, 19, 6 quarum (*virium*) defectione rursus reliqua -erunt. 9, 37, 2 priore lustro, quamquam post magnas remissiones, reliqua -erunt. paneg. 28 *infantium turba* augetur ... cotidie et -it. SVET. frg. p. 244 torrens fluvius qui pluvia -it, siccitate torrescit (PALLAD. hist. mon. I 7 p. 277B *v. p. 1181, 15*). FLOR. epit. 1, 34, 5 magnitudo -entis in dies imperii. 3, 10, 22 hieme -erant Alpes (*cf. p. 1178, 38*). ALF. dig. 39, 3, 24, 3 lacus cum aut -rent aut decrescerent, numquam neque accessionem neque decessionem in eos vicinis facere licet. VLP. dig. 25, 1, 5, 1 dos. PAVL. dig. 22, 1, 17 pr. usura. PANEG. 2, 7 quando non cum securitate nostra illius (*Rheni*) diluvia -erunt. PS. DAMAS. epigr. 87, 8 -vit in his templis per tua damna decus. AVSON. 300, 21 cuneata -vit haec theatri immanitas. SIRIC. epist. 17 p. 1144B per gradus singulos -ente tempore. SCHOL. Stat. Theb. 5, 116 -entibus mensibus uterus tumet. HIER. in Ier. 22, 29—30 p. 995 ἀναύξητον, id est non -entem *virum* (*qui non habet liberos*, VVLG. sterilem). epist. 114, 1 furtivis per noctem operis -bat interpretatio. VVLG. gen. 1, 22 -ite (αὐξάνεσθε) et multiplicamini. 17, 6 faciamque te -ere vehementissime. 26, 22. 28, 3. exod. 1, 7 *syn.* multiplicati. 1, 20. 23, 29 -ant (πολλὰ γένηται) contra te bestiae. CLAVD. rapt. Pros. 3, 398 -vitque favillis Aetna novis. PAVL. NOL. carm. 24, 47 navis altius decrescere -ente pletura sui. AVG. civ. 15, 8 cum illius familia tanta numerositate -ret. 18, 54 aliis atque aliis accessibus credentium -vit ecclesia. DRAC. satisf. 239 Cynthia dum -it, fontes et flumina -unt. CARM. epigr. 297, 1 (*a. 539*) una et bis senas turres -bant in ordine totas (*acc. loco nominativi*). TAB. Peut. 7, 4 salinae immensae quae cum luna -unt et decrescunt. *apud grammaticos de syllabis*: PROB. inst. gramm. IV 60, 11 qua de causa niger in genetivo casu numeri singularis per syllabam non -at et tener in genetivo casu numeri singularis per syllabam -at (60, 17. 22. 64, 29. 40. 127, 28). CHAR. gramm. I 22, 20 -unt genetivo masculina quidem hic Ligur, Liguris. 23, 30 Graeca nomina in us terminata quae apud Graecos ... -unt. 24, 23 Graeca quae genetivo -unt. 28, 24 quod genetivo -it duabus syllabis (47, 25. 48, 18. 62, 10. 66, 11. 88, 11. 24 ROMAN. Char. gramm. I 120, 15. 132, 30. 135, 2. 143, 16. 144, 14. 182, 13. 30. CHAR. gramm. I 257, 4 quare ... perfectum tempus aut syllabis -at aut minuatur aut par sit [= *fere* DIOM. gramm. I 370, 19]. PHOC. gramm. V 417, 19. 420, 17. 429, 4. 431, 22 PRISC. gramm. II 241, 20 EVTYCH. gramm. V 464, 3 EXC. Bob. gramm. I 541, 29. 545, 30. 546, 6. 564, 16 MART. CAP. 3, 279. 293). POMP. gramm. V 208, 12 aliqua pronomina quae -ant in casibus. CASSIOD. gramm. VII 177, 15. EXC. Bob. gramm. I 539, 14 -unt genetivo. *seq.* in *c. acc.*, ad *sim.*: CVLEX 396 aggere multo telluris tumulus formatum -vit in orbem. OV. met. 1, 336 cava bucina sumitur illi tortilis, in latum quae turbine -it ab imo. 15, 509 cumulusque immanis aquarum in montis speciem curvari et -ere visus. LIV. 5, 15, 2 quod lacus in Albano nemore ... in altitudinem insolitam -vit. 7, 12, 14 in contionis magnitudinem -ere turba. MANIL. 3, 282 cum cetera signa octonis -unt stadiis orientia in orbem. VITR. 3, 1, 6 cum ad superlationem -at. SEN. Phaedr. 1008 cum subito vastum tonuit ex alto mare -vitque in astra. nat. 2, 26, 5 saxum illud in magnitudinem insulae -vit. 7, 9, 2 non posse diu verticem permanere nec supra lunam aut usque in stellarum locum -ere. epist. 88, 22 in sublime. 89, 2 quicquid in maius -vit. CVRT. 4, 2, 19 a fundo maris in altitudinem modicam opus -erat. 6, 5, 21 iam in aliquantum altitudinis opus -erat. 8, 11, 6 petra non ... modicis ac mollibus clivis in sublime fastigium -it, sed in metae maxime modum erecta est.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

LVCAN. 5, 624 tunc quoque tanta maris moles -isset in astra. 10, 219 quod -at in arva *Nilus*. PLIN. nat. 8, 62 in armo iis similem lunae esse maculam -entem in orbes et cavantem pari modo cornua. 31, 95 -eruntque genera *garorum* ad infinitum. 35, 153 -vitque res in tantum, ut nulla signa statuaeve sine argilla fierent. STAT. silv. 4, 4, 2 qua nobilis Appia -it in latus. QVINT. inst. 9, 4, 136 a brevibus in longas *syllabas* nituntur et -unt *iambi*. FLOR. epit. 2, 21 Caesaris naves a binis remigum in senos nec amplius ordines -erant. POMPON. dig. 47, 2, 9 pr. in quod -isset postea res subrepta. HIL. trin. 6, 33 satiatis omnibus in plenitudinem duodecim cophinorum fragmenta panum -erant. CLAVD. 1, 110 -unt in cumulum strages. 2, 103 planities . . . -erat in collem. VVLG. gen. 48, 16 *pueri* -ant in multitudinem super terram. Esth. 10, 6 parvus fons qui -vit in fluvium. SVLP. SEV. dial. 3, 2 ampullam vitream istiusmodi fuisse, ut rotunda in ventrem -ret. RVT. NAM. 1, 99 -isse in sidera montes. PALLAD. hist. mon. I 7 p. 277[B] in tantum fluvius ille -isset. BOETH. arithm. 1, 10 p. 23, 22 in quaternarium numerum -vit progressio. *seq. dat.*: SIL. 2, 353 polo -ant Alpes, astrisque coruscos Appeninus agat scopulos.

2 *de rebus non corporeis* (*cf. p. 1182, 75*): CATO orig. 95[a] scio solere plerisque hominibus rebus secundis... animum excellere atque superbiam atque ferociam augescere atque -ere (LIV. 25, 18, 2 ingens ferocia superbae suopte ingenio genti -vit). VARRO frg. Non. p. 532 hoc intervallo primum forensis dignitas -vit (LIV. 40, 5, 2 cum in dies magis cerneret favorem et dignitatem Demetrii fratris apud multitudinem Macedonum -ere et gratiam apud Romanos. SEN. epist. 101, 1 ASCON. tog. cand. p. 83). CIC. Catil. 3, 26 memoria vestra . . . nostrae res alentur, sermonibus -ent, litterarum monumentis inveterascent et corroborabuntur. Mur. 27 expectatio muneris, quae et rumore nonnullo et studiis sermonibusque competitorum -erat. Arch. 13 quod ex his studiis haec quoque -it oratio et facultas (QVINT. inst. 6, 1, 29. 8, 4, 8). Phil. 5, 3 cum . . . in dies malum -ret (LIV. 2, 27, 13. 39, 16, 3 -it et serpit cotidie malum. SEN. Med. 101 alitur et -it malum. epist. 85, 5 CVRT. 8, 4, 2. FIRM. err. 16, 5 si malum morbi fortius -erit). fin. 2, 88 si negabit voluptatem -ere longinquitate . . . igitur ne dolorem quidem (PVBLIL. D 7 OV. met. 8, 522 CELS. 4, 6 SEN. epist. 59, 12 QVINT. decl. 306 p. 205, 13 PLIN. epist. 8, 5, 2). CIC. fin. 3, 34 quae (*aestimatio virtutis*) genere, non -endo valet. *ibid.* hoc . . . ipsum bonum non accessione neque -endo aut cum ceteris comparando, sed propria vi sua et sentimus et appellamus bonum. 3, 45 recta . . . effectio, . . . denique ipsum bonum . . . -endi accessionem nullam habet. 3, 48 negant nec virtutes nec vitia -ere (4, 67 ne vitia quidem igitur -ere potuerunt. top. 62 VELL. 2, 112, 7 SEN. dial. 4, 18, 2 FLOR. epit. 2, 19, 1). 4, 67 quarum . . . artium summae -ere possunt. 5, 83 cum . . . nec virtus, ut placet illis, nec honestum -at (3, 48 *v. l. 42*. PVBLIL. A 43 audendo virtus -it, tardando timor. OV. Pont. 4, 2, 36. LIV. 3, 62, 4 ut in dies spes virtusque vestra -at. SEN. epist. 71, 16 quomodo illa [*veritas*] non -it, sic ne virtus quidem [*syn.* intenditur]. LVCAN. 3, 614 SIL. 13, 797 HOMER. 387 AVG. civ. 1, 31). CIC. Tusc. 3, 47 idem ait non -ere voluptatem dolore detracto (fin. 2, 88 *v. l. 35* LVCR. 5, 143 SEN. Med. 992 benef. 7, 9, 3). 4, 41 quae -entia perniciosa sunt, eadem sunt vitiosa nascentia. Cato 50 studia doctrinae prudentibus et bene institutis pariter cum aetate -unt (OV. rem. 393 studium famae mihi -vit honore). nat. deor. 3, 11 quod opinio de dis immortalibus et omnium esset et cotidie -ret. div. 2, 142 medici ex quibusdam rebus et advenientes et -entes morbos intellegunt. Att. 2, 12, 3 -it mihi quidem materies (SEN. epist. 79, 6). CAES. civ. 1, 52, 1 his . . . omnibus annona -vit. LVCR. 6, 341 quae (*mobilitas*) -it eundo. SALL. Catil. 10, 3 imperii, deinde pecuniae cupido -vit (OV. fast. 1, 211 -erunt et opes et opum furiosa cupido. OCTAVIA 426 cupido belli -at atque auri fames). 39, 1 plebis opes imminutae, paucorum potentia -vit. 51, 30 ubi paulatim licentia -vit. SALL. Iug. 55, 7 quo fuga atque formido latius -ret (PLIN. epist. 7, 27, 6). NEP. Att. 10, 3 ut ad extremam aetatem amicitia -erit. VERG. ecl. 10, 73 cuius amor tantum mihi -it in horas (OV. epist. 19, 16 am. 2, 559 rem. 776 met. 3, 395. 4, 60 fast. 1, 195 Pont. 4, 6, 24 STAT. Theb. 3, 553 IVV. 14, 139 CAPITOL. Aur. 7, 2). VERG. Aen. 12, 799 vim -ere victis (LIV. 6, 34, 1 vis patrum in dies miseriaeque plebis -bant. SEN. epist. 94, 30 QVINT. inst. 7, 1, 17 TAC. dial. 3). HOR. ars 216 sic etiam fidibus voces -vere severis. PROP. 3, 9, 52 -et . . . ingenium . . . meum (SEN. Med. 910 -vit ingenium malis). 3, 21, 3 -it . . . assidue spectando cura puellae (LIV. 2, 43, 1. 27, 24, 1. 27, 36, 1. 30, 28, 1 simul spes, simul cura in dies -bat. 35, 41, 1). OV. am. 2, 2, 39 sic tibi semper honos, sic alta peculia -ent (Pont. 4, 12, 40 PLIN. nat. 16, 18 SOL. 15, 15 INSCR. christ. Rossi II p. 64, 10 v. 11). met. 3, 415 dumque sitim sedare cupit, sitis altera -vit. 3, 567 -vit rabies. 8, 82 audacia -vit (LIV. 2, 47, 8. 2, 50, 3. 3, 26, 4. 25, 11, 4. 26, 45, 4 cum . . . ipso successu audacia atque alacritas hostium -ret. 31, 36, 7 ut -ret simul neglegentia cum audacia hosti. PLIN. nat. 9, 142 PLIN. epist. 9, 33, 6 AMM. 19, 8, 3 VEG. mil. 3, 10). OV. met. 8, 155 -erat opprobrium generis. 9, 139 fama . . . e minimo sua per mendacia -it (LIV. 4, 6, 5. 27, 20, 9. 27, 24, 1. 35, 41, 1 VELL. 27, 9, 1 CVRT. 7, 4, 4). 9, 426 -itque favore turbida seditio (IVST. 13, 3, 3 RVFIN. hist. 4, 4, 2). 10, 333 pietas. 11, 13 temeraria -unt bella (LIV. 35, 3, 1 FLOR. epit. 4, 2, 66). fast. 2, 731 studiis certamina -unt (LIV. 22, 28, 11 -ente certamine. 27, 48, 11. 34, 39, 2. 37, 38, 7). trist. 4, 6, 26 tristior est etiam praesens aerumna priore: ut sit enim sibi par, -vit et aucta mora est. LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 2, 60 ⟨. . . cum laudi⟩bus -ere tuis memoriam ⟨pas⟩sa est. LIV. 1, 40, 3 indignitas. 2, 14, 2 cuius originem moris . . . a mitiore -isse principio. 2, 27, 7 plebi -erant animi (3, 60, 6. 10, 14, 17 -vit ex eo hostium animus. 21, 9, 1. 23, 46, 2 *al.* SEN. contr. 1, 8, 9. 3 pr. 4. SEN. nat. 1, 12 animus alitur et -it. epist. 22, 7. 80, 3 animus ex se -it, se ipse alit, se exercet. CVRT. 4, 6, 13. QVINT. inst. 1, 2, 30 *animus* et laude -it et impetu augetur et aliquid magnum agere gaudet. FRONTIN. strat. 2, 4, 2 PANEG. 12, 6 LACT. mort. pers. 46, 7 IVST. 19, 1, 8). LIV. 2, 45, 9 -it ardor pugnandi (PANEG. 7, 18). 2, 45, 12 ad -entem tumultum (29, 9, 3). 3, 12, 7 consilium id in dies -ere. 4, 2, 2 cuius rei praemium sit in civitate, eam maxumis semper auctibus -ere. 5, 26, 3 Camillo . . . gloria in Faliscis -vit (28, 40, 8 SIL. 7, 112 CARM. epigr. 1170, 12). 21, 11, 12 -it inopia omnium longa obsidione et minuitur expectatio aeternae opis. 22, 12, 12 quae ars pessima nimis prosperis multorum successibus -vit. 25, 18, 4 consuetudo. 27, 42, 3 *syn.* augetur. 28, 43, 19 -retque mihi ex eo ipso fiducia. 34, 1, 5 -ente in dies privata omnium fortuna (STAT. silv. 5, 1, 119). 39, 39, 10 pertinaciam petentis -ere. 40, 5, 5 -ente in dies Philippi odio in Romanos (SEN. contr. 10, 1, 7 VELL. 2, 60, 5 SEN. clem. 1, 12, 4). 40, 43, 3 -ere sibi quaestionem indiciis. 43, 10, 5 -vit neglegentia. 44, 18, 8 magnificentia -ente. VITR. 2 pr. 3 de aedificiorum rationibus unde initia ceperint et uti -erint. 7 praef. 1 *cogitata* singulis aetatibus -entia. SEN. contr. 9 praef. 2 qui (*stupor*) -vit. CELS. 2, 10 febris si non decrescit, sed -ere desiit (3, 18). SEN. Med. 407 numquam meus cessabit in poenas furor -etque semper. Thy. 32 semper oriatur novum, nec unum in uno, dumque punitur scelus, -at. dial. 4, 4, 1 quemadmodum incipiant affectus aut -ant aut efferantur. 4, 19, 4 eorum paulatim -it ira. 4, 21, 3 -it licentia spiritus, servitute comminuitur. epist. 30, 13 qui (*animi vigor*) sic -bat illi. 38, 2 ratio in opere -it. 53, 6 cum *levis motiuncula* -vit et vera febris exarsit. 66, 45 haec bona non -unt, si plena sunt. quo enim -et, quod plenum est? 73, 2 ut cupiditates illorum, quae -unt, dum implentur, exsatiet (115, 11). 78, 27 scit tempore honesta non -ere. 83, 20 -it insolenti superbia, crudelitas saevo (*cf.* CATO *p. 1181, 20*). 88, 28 quae (*mentes*) tractatu caelestium -unt. 90, 19 luxuria . . . quae cotidie se ipsa incitat et tot saeculis -it (FAV. or. frg. Gell. 15, 8, 2 PLIN. nat. 37, 18). SEN. epist. 95, 14 quarum (*artium*) in processu subtilitas -vit. 98, 1 gaudium -it (APVL. met. 8, 7). 109, 5 ex conspectu mutuae tranquillitatis -et utriusque laetitia (PLIN. paneg. 22). 124, 6 omnis scientia atque ars (*opp.* oriri). LVCAN. 4, 205 omne futurum -vit amore nefas. PLIN. nat. 14, 3 unde nobis -vit labor (SIL. 3, 75. 529 QVINT. inst. 2, 1, 13. 12 prooem. 1). 27, 1 -it . . . tractatu ipso admiratio antiquitatis. 33, 131 -it pretium fulgoris excaecati (34, 5. AVSON. 396, 42 ut -at pretium grande periculis). VAL. FL. 7, 308 -unt in pectore voces. SIL. 11, 611 nec sinit adiutas ductoris -ere laudes (IVST. 18, 7, 19). 13, 23 signa reportandi -bat in agmine fervor. STAT. silv. 3, 4, 59 -it nova gratia Baccho (PLIN. epist. 7, 33, 3 RVFIN. hist. mon. 7 p. 140[D]). 5, 2, 97 -unt crimina matris. QVINT. inst. 3, 8, 33 -it hoc adhuc. 6, 1, 15 atrocitas -it ex his. 6, 1, 16 invidia (SVET. Tib. 75). 8, 3, 67 sic urbium captarum -it miseratio. 8, 4, 15 ut aliud -at, aliud augetur. 12, 6, 3 cotidie metus -it maiusque fit semper quod ausuri sumus. IVV. 11, 39 deficiente crumina et -ente gula. TAC. hist. 1, 33 antequam -ret invalida adhuc coniuratio paucorum. PLIN. epist. 2, 14, 6 -it in dies foeditas utraque lingua notata. 6, 16, 12 cum -ret periculum (NERAT. dig. 23, 3, 53). 10, 87, 1 -vit postea caritas ipsa mutuae vetustate amicitiae (AVG. enchir. 121, 32 minuitur . . . cupiditas caritate -ente). APVL. mund. 18 -ente violentia. VLP. dig. 5, 3, 20, 4 quaedam actio, quae infitiatione -it, utrum cum suo incremento an vero in simplum venit. PANEG. 12, 25 -bat in dies habendi fames (*cf. p. 1181, 61*). CAPITOL. Aur. 10, 2 quo magis eorum . . . auctoritas -ret (TAC. 19, 1). VOPISC. Aurelian. 13, 2 abundamus . . . his omnibus, quibus Romana felicitas -vit (DECRET. fabr. Pisaur. [Corp. XI 6335] 11). VLP. dig. 47, 10, 17, 3 -it . . . contumelia ex persona eius qui contumeliam fecit. AVSON. 390, 9 accessit titulus, tua quo reverentia -at. AMM. 18, 6, 17 curarum -ente sollicitudine. 25, 4, 4 hoc temperantiae genus -bat in maius. HIER. epist. 22, 6 nolo sinas cogitationes -ere. 52, 3 -ente sola sapientia decrescunt cetera. VVLG. Dan. 4, 19 tu es rex . . . et magnitudo tua -vit. act. 6, 7 verbum domini -bat (12, 24 *al.*). RVFIN. hist. 2, 13, 1 cum fides per omnium -ret mentes (VAL. CEM. hom. 18, 1 per quot virtutum gradus pretiosa fides -erit). 4, 2, 1 ecclesiarum . . . profectus -bat in dies. AVG. civ. 19, 33 recte dicitur anima discendo quasi -ere et contra minui dediscendo. sed translato verbo tamen illud cavendum est, ne quasi spatium loci maius occupare videatur, dum dicitur -ere; sed maiorem quandam vim peritior quam imperitior habere ad agendum. 21, 16 desiderio -ente (in psalm. 136, 22). ZACCH. 1, 15 vitiorum . . . incrementa -erunt. BOETH. in Porph. comm. sec. p. 252, 7 quae sunt secundum accidens et intentione -unt et remissione decrescunt. p. 252, 9 unicuique rei esse suum neque -ere neque deminui potest. COD. Iust. 9, 13, 1, 1 ne igitur sine vindicta talis -at insania. GREG. M. moral. 2, 22 ut . . . memorato fructu operis causa -at dolo-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ris. *sequitur* in *c. acc.*, ad *sim.*: Ov. trist. 2, 68 non tua carminibus maior fit gloria nec quo, ut maior fiat, -ere possit habet. SEN. dial. 2, 15, 2 in quantumcumque ista (*molesta*) vel numero vel magnitudine -erint. epist. 124, 23 in quantum potest plurimum -ere *ratio.* LACT. epit. 33, 10 audacia malis -it ad facinora maiora. AVSON. 162, 15 tenus Europam fama -ente. VVLG. exod. 19, 19 sonitus bucinae paulatim -bat in maius. AVG. civ. 4, 4 hoc malum si in tantum perditorum hominum accessibus -it. AVELL. p. 734, 18 ne taciturnitas mea, quae vobis -it ad gloriam, mihi, quod absit, vertatur in culpam. ALC. AVIT. epist. 14 p. 47, 4 confitentis humilitas -it ad meritum, non confessionis veritas ad reatum. EVGRAPH. Ter. Hec. 47 p. 342, 19 mea ad placendum -et auctoritas. GREG. M. epist. 2, 38 ut saltim eorum (*boum*) pretium ad aliquam utilitatem -at. moral. 6, 13 studioso tarditas ad praemium proficit et desidioso velocitas ad supplicium -it. INSCR. christ. Rossi II p. 104, 38 plus tamen ad meritum -it, quod morte beata martyris effuso sanguine nomen habet. p. 122, 12, 8 ad laudem -it parvula vita tibi.

crispus, -a, -um [*cf. esse videtur c. cambr.* crych *'crispus', gall.* Crixus *n. viri. adiungunt etiam theodisc.* hrespan *'vellere',* rispa *'frutex, frutices' Fick, Bezzenbergers Beitr. 5, 170; Zupitza, d. german. Gutturale 208. Th.*]. *de quantitate vocalis* i *v.* Crispus *nom. propr.* *compar.* -ior: PLIN. nat. 8, 46. 12, 67. 13, 62. 102. 16, 67 *bis.* 77. 231. 19, 158. 20, 113. 22, 73 BASS. gramm. VII 262, 19 BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 25 p. 125, 3. *superl.* -issimus: COLVM. 11, 3, 26. GLOSS. οὖλος (*cf.* HIER. in Zach. 12, 10 p. 903 οὖλος id est -us). οὐλόθριξ. ἄκαρτος. -i (*sc. capilli*) οὖλαι. *legitur inde ab* ENNIO *et* PLAVTO. [*dub.* COLVM. 12, 20, 5 *v.* cripa.] [*it.* crespo, *francog.* crêpe, *hisp.* crespo. *M.-L.*]

1 ***proprie:*** *de capillis*: PLAVT. Truc. 287 istos fictos compositos -os cincinnos tuos. VITR. 6, 1, 4 -o capillo. PLIN. nat. 22, 62 ut *adiantus capillum* -um densumque faciat. 22, 72. 24, 26. 31, 14 -o capillo (*opp.* porrecta coma). SIL. 16, 120 -am ... comam *Masinissae*. CAPITOL. Alb. 13, 1 capillo -o. SPART. Sept. Sev. 19, 9 cano capite et -o. VOPISC. quatt. tyr. 4, 1. FIRM. math. 4, 19, 17 -is crinium bostrychis comatos. DARES 13 coma -a. MACR. sat. 7, 10, 6 PHYSIOGN. 14. 73. 92 EVSTATH. Bas. hex. 6, 6 p. 927ᴮ. DRAC. Orest. 528 vestitos sub flore genas lanugine -a *iuvenes*. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 28, 11. 2, 1 p. 86, 2 ORIBAS. syn. 5, 44. 46. CORIPP. Ioh. 6, 83 -a fronte *Maurae*. PASS. Barth. 131, 4. *de ipso homine*: PLAVT. Capt. 648 -us, cincinnatus. Rud. 125 hominem -um. TER. Hec. 440. PETRON. 97 puer ... -us. DARES 12 Hectorem ... -um. BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 25 p. 124, 17 si quis sit ... -us. p. 125, 3 -ior. *de bestiis*: COLVM. 6, 29, 3 *pullus equinus* cauda longa et saetosa -aque. PLIN. nat. 8, 46 *genus leonum* -ioribus iubis (SOL. 27, 13 iubis -i). *aliter v. p. 1209, 1.*

2 ***in imagine:*** *de herbis herbarumque fronde*: CATO agr. 157, 2 *brassica* altera est -a, apiaca quae vocatur (PLIN. nat. 20, 79 -am *brassicam*, quam selinada vocaverunt a similitudine apii foliorum. 20, 80). COLVM. 11, 3, 34 *apium* (PLIN. nat. 19, 158). PLIN. nat. 15, 127 Cypriam *laurum* esse folio brevi, nigro per margines imbricato, -am. 16, 63 campestrem enim *fraxinum* esse -am, montanam spissam. 19, 80 *raphanus*. 19, 126. 22, 76 aculeatum et -um *genus acanthi*. CLAVD. 1, 216 -o densantur gramine colla *Tiberini*. DIOSC. 4, 95 cri⟨s⟩pu(s) vero *fucus* nascitur in Creta (οὖλον DIOSC. 4, 99 W.). VITR. 7, 5, 3 appagineculi striati cum -is foliis et volutis. COLVM. 11, 3, 26 *lactuca* -i folii. *ibid.* -issimi folii. 11, 3, 33 -ae frondis. PLIN. nat. 12, 67 *murrae arboris* folium olivae, verum -ius et aculeatum (SOL. 33, 10). 15, 130. 19, 81. 124. 128. 136. 141. 20, 113. 26, 103. 32, 66. *de venis ligni*: PLIN. nat. 13, 62 materies *cuci arboris* -ioris elegantiae (*cf.* 16, 77 materie -iora *arborum genera*. 16, 119 quorum -a materies, ut palma, acer, populus. 16, 206). 13, 96 mensis praecipue dos in venam -is (*cf.* MART. 14, 90 non sum -a quidem, *mensa acerna*). *ibid.* sunt et undatim -ae *mensae e citro*. 13, 97. 102 radice *citri* nihil -ius. 16, 66 alterum genus *aceris* -o macularum discursu. 16, 67. 68. 211. 226. 231 media pars arborum -ior et quo propior radici, minoribus magisque flexilibus maculis. *sim. de marmoris venis*: PLIN. nat. 36, 55 Augusteum *marmor* undatim

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-um in vertices. *de concharum facie*: PLIN. nat. 9, 103 tot colorum differentiae, tot figurae *in conchis* ... iam distinctione virgulatā, crinitā, -ā *eqs. cf.* CARM. de Sod. 145 -am conchae et duplici compagine clausam *gentem*. *de rugis frontis*: COLVM. 6, 1, 3 *boves* fronte lata et -a. PAVL. NOL. carm. 31, 518 triste levas -a fronte supercilium. NON. p. 8 a caprorum frontibus -is. *adde*: CYPR. GALL. num. 77 *acinus* solibus aret in passum -o concretus margine rimae. ORIENT. comm. 1, 150 destillant -is dulcia mella favis. *huc fere pertinet*: ENN. scaen. 91 tosti alti stant parietes deformati atque abiete -a (*i. incendio curvata*).

3 *translate*: a *de motu, i. q. vibrans, coruscus*: PACVV. trag. 229 linguae bisulcis actu -o fulgere (*de serpente, ut videtur*). COPA 2 -um sub crotalo docta *copa* movere latus. IVV. 6, 382 -o numerantur pectine chordae (*cf.* SCHOL. *p. 1207, 76*). AVSON. Mos. 194 tota natant -is iuga motibus et tremit absens pampinus (*sc. dum aqua imaginem reddit*). 253 -oque tremori vibrantis saetae nutans consentit arundo *piscatoris*. PRVD. perist. 10, 284 si forte tristioris Herculis liquore -o massa finxit fusilis. PAVL. NOL. carm. 25, 127 fluidam -o duxisset syrmate vestem. 31, 518. b *de luce, i. q. splendens*: EVG. TOLET. sat. 213 facies -as (DRAC. priscas) resumunt ... sidera. c *de sententiis*: GELL. 1, 4, 4 -um sane ... agmen orationis rotundumque. MIN. FEL. 3, 3 -is tortuosisque ... erroribus delectati. MART. CAP. 5, 511 quod (*sc.* albent) satis -a flexione Horatius 'albicant' dicit. *de metro*: BASS. gramm. VI 262, 19 potest adhuc fieri -ior *versus*, si pro uno iambo brachysyllabon posuerimus.

deriv.: crispicare, crispitudo, crispare, crispulus. *comp.*: concrispus, crispicapillus, crispisulcans.

crissaticum *v.* chrysatticum. **crisso** *v.* criso.

crisson(us) [*vocabulum peregrinum, fortasse germanicum; v. Kluge, Etymolog. Wörterb. d. deutschen Spr. s. v. Kresse. Th.*]. GLOSS. III 593,8 nasturcius crisson ortensis. 614,56 crison domesticus. 626, 66 crisonus domesticus. 570,37 crisonus. 581,34 crissonus ortensis. [*francog.* cresson. *M.-L.*] *L.*

crista, -ae *f.* [*fortasse cf. c.* crinis *q. v. Th.*]. *de* i *correpto v. Gröber, Archiv 6 (1889) 384.* PROB. app. gramm. IV 197 crista, non crysta. EXC. Bob. gramm. I 552 nomina quae apud Romanos feminina, apud Graecos masculina ... -a λόφος. GLOSS. λόφος. περικεφαλαίας λόφος. λόφος περικεφαλαίας. III 622, 67 pulvis de tegula cruda -a (?). *inde a* VARRONE *et* LVCR. [*loc. dub.*: PLIN. nat. 36,19.] [*val.* creastă, *it.* cresta, *francog.* crête, *hisp.* cresta. *M.-L.*]

1 *i. q. apex, praecipue qui ex carne, saetis, pennis sim. confectus in vertice vel tergo quorundam animalium est*: a *proprie*: *avium, praecipue gallinacearum*: GLOSS. II 117, 59 περικεφαλαία καὶ λόφο⟨ς⟩ ἀλέκτορος. VARRO rust. 3, 9, 4 *gallinas* eligat ... fecundas...-a erecta (PLIN. nat. 10, 156 gallinarum generositas spectatur -a erecta). 3, 9, 5 gallos ... rubenti -a. COLVM. 8, 2, 2 rutilam galeam et -am capite gerit. 8, 2, 9 sublimes sanguineaeque nec obliquae -ae. PLIN. nat. 8, 52 gallinaceorum -ae. 10, 47 ardua cervice -is celsa. 10, 52 cum gallinaceorum -is condire. 27, 40 (*v. p. 1210, 69*). 29, 100 -am galli contritam efficaciter imponi. 29, 113. 30, 96 -is et auribus et unguibus gallinaceorum. IVV. 13, 233 laribus -am promittere galli. FRONTO p. 124 N. pullis ... omnia generis insignia ab ovo iam insita sunt, -ae et pluma. LAMPR. Heliog. 20, 5 comedit ... -as vivis gallinaceis demptas. *aliarum avium*: CIRIS 501 puniceam concussit apex in vertice -am (*de ciri*). OV. met. 6, 672 vertitur in volucrem, cui stant in vertice -ae (*i. epopem*). PLIN. nat. 10, 3 phoenicem ...-is fauces caputque plumeo apice honestari. 10, 86 upupa ...-a visenda plicatili, contrahens eam subrigensque per longitudinem capitis. 11, 122 alaudae ... plicatilem -am dedisset natura. *cf.* 1, 11, 44 quae *animalia* apices habeant, quae -as. *serpentium, draconum*: CVLEX 171 caput cui -a superne edita. 197 cingunt qua tempora -ae. OV. met. 3, 32 Martius anguis erat, -is praesignis et auro. 7, 150. 15, 669 cum -is aureus altis in serpente deus praenuntia sibila misit. 15, 683. SEN. Herc. O. 1254 serpens squalidum -a caput vibrans. PLIN. nat. 11, 123 draconum ...-as qui viderit non reperitur. VAL. FL. 8, 61 *draco* suis haec vibrat fulmina -is. SIL. 6, 222 nemus arrectae et procera cacumina saltus exuperant -ae. CLAVD. rapt. Pros. 1, 14 angues ... roseas tendunt ad carmina -as. 1, 184. ALC. AVIT. carm. 2, 409 serpens ... puniceam crispans squamoso in vertice -am. *ceti, delphini*: VITR. 9, 5, 3 Cetus (*sidus*) ... a cuius -a ... disposita est tenuis fusio stellarum. *ibid.* nodus serpentium attingit summam ceti -am. GERM. 370 -am super ipsam aequoreae pristis. 642. 717 tauro pistricis pariter -aeque refulgent caudaque. SOL. 32, 26 delphinum genus ... quorum dorsa serratas habent -as. AVIEN. Arat. 804 -ae ... apex, summa qua lux pistrice coruscat. 1300. *adde*: AMM. 22, 15, 18 *crocodili* dirumpuntur ... serratis ferarum dorsalibus -is, quas delphinis similes nutrit fluvius. *variarum bestiarum*: LVCR. 5, 1315 *leones* terrificas capitum quatientes undique -as (*cf. p. 1210, 5. 57*). GRATT. cyn. 402 collaribus ... lucifugae -as inducere melis. MART. CAP. 2, 197 nunc rictus leonis, nunc -ae cum aprugnis dentibus videbantur. CHIRON 66 forficibus toto -a(m) palpebri auferas. SIDON. carm. 5, 242 pro barba tenues perarantur pectine -ae. *nota proverbialiter* (*in imagine de superbia*): IVV. 4, 70 illi surgebant -ae (SCHOL. *ad l.* assentatione ac laude intumescebat). IVL. VAL. 1, 38 canibus imbecillioribus mos est, quanto plus defuerit virium, tanto -as acuere sublimius. FACVND. fid. p. 872^A contra deum superbiae -as erexerunt.

b *translate*: *apex galeae* (GLOSS. IV 436, 16 -ae sunt pinnae super galeam positae): LVCR. 2, 632 terrificas capitum quatientes numine -as *Curetas* (*cf. p. 1209, 78*). VERG. Aen. 6, 779 geminae stant vertice -ae (*cf.* VAL. FL. 3, 62 triplici pulsans fastigia -a. SIL. 5, 134 cassis ... cui vertice surgens triplex -a iubas effundit. MART. CAP. 6, 568 vers. tergeminae rutilant de vertice -ae). 3, 468 conum insignis galeae -asque comantes (HOMER. 569 terribilemque fugit galeam -asque comantes. SIL. 4, 516. STAT. Theb. 2, 530 -asque videt rutilare comantes. 9, 698 -as hilaris iactare comantes). VERG. Aen. 7, 185 -ae capitum. 8, 620 terribilem -is galeam. 9, 49 quem ...-aque tegit galea aurea rubra (9, 268 clipeum -asque rubentes. 12, 89 rubrae cornua -ae. VAL. FL. 3, 176 galeam -asque rubentes. STAT. Theb. 4, 218 crinitur cassis oliva albaque puniceas interplicat infula -as. SIL. 17, 279 inter galeasque virum -asque rubentes. 17, 393. CLAVD. carm. min. 29, 50 *Venus* rutilas declinat in oscula -as). VERG. Aen. 9, 161 purpurei -is iuvenes auroque corusci. 9, 363 galeam ... habilem -isque decoram. 9, 675 armati ferro et -is capita alta corusci (MACR. sat. 5, 11, 29 heroas ... describit luce -arum coruscos). 9, 729 tremunt in vertice -ae. 10, 270. 700 donat ... vertice figere -as. 10, 868 -aque hirsutus equina (SIL. 8, 425 horridus ... equina Curio -a. *cf.* SERV. Aen. 2, 412 iubarum pro -arum, quae de caudis fiebant). 11, 8 aptat rorantes sanguine -as. 12, 370 -am adverso curru quatit aura volantem (VAL. FL. 5, 563 incita -as aura quatit. SIL. 4, 516 quatit aura comantes cassidis Auruncae -as). 12, 493 summasque excussit vertice -as (VAL. FL. 7, 616 summis iam rura recedere -is vidit. STAT. Theb. 5, 587 summa libavit vertice -as. SIL. 4, 654. 9, 528 dei summas vibravit turbine -as. CLAVD. 22, 177 summae tangunt laquearia -ae). LIV. 10, 39, 12 non enim -as vulnera facere. SEN. Herc. f. 392 torvum subrigens -a caput. Phaedr. 548 -a procul galeae comantes. LVCAN. 7, 158 excussit -as galeis. PLIN. nat. 7, 200 ocreas et -as Cares *invenerunt*. VAL. FL. 7, 467 has ... -as galeamque resume. STAT. Theb. 2, 243. 3, 424 comunt Furor Iraque -as. 6, 331 concolor est albis et cassis et infula -is. 7, 717. 8, 401 nitent aliena in casside -ae. 9, 262 galeasque vetant descendere -ae. 10, 30. 928 primae fugere in nubila -ae. 11, 364. 12, 524. silv. 2, 2, 117 motis audit Tritonia -is. SIL. 1, 460 fulgentes vertice -ae. 1, 501 innumerae nutare in casside -ae (4, 353). 1, 524 decisae vertice -ae. 2, 398 galeamque coruscis subnixam -is (17, 525). 5, 239 fulgent capita ardua -is (6, 674 -a fulgens ... Regulus). 7, 593 altae scintillant -ae. 7, 686 erectis similes imponere -is ... pennas. 8, 375 surgunt super agmina -is. 9, 450 fulva ...-a. 10, 399 galeis carpsere superbum -arum decus. 12, 232. 13, 143 sublimis Taurea -is. 14, 502 -am galeae. 14, 542. 16, 451. 555 -a nitenti insurgens cono. IVV. 6, 256 balteus et manicae et -ae. PS. QVINT. decl. 3, 12 clausam galea faciem et ad terrorem belli -as minantes. VEG. mil. 2, 13 transversis cassidum -is, ut facilius noscerentur. 2, 16 transversis et argentatis -is. AMM. 26, 6, 16 *scuta* densius ipsis galearum -is aptabant. CLAVD. 8, 524. 15, 210 solidatam -a resurgens erexit galeam. 20, 108. 28, 575 picturatas galeae ...-as. rapt. Pros. 2, 147 -ae pacato fulgure vernant. 2, 226. DRAC. Romul. 5, 11 -as dum quateret galeatus apex. CORIPP. Ioh. 1, 443 stantes vertice -ae. PALLAD. hist. mon. I 23 cassidem ... cui in tiarae modum -a surgebat. *adde*: LIV. 37, 40, 4 addebant speciem *elephantis* frontalia et -ae et tergo impositae turres (*huc quidam trahunt* LVCR. 5, 1315 *p. 1210, 78*). *nota i. q. cassis*: SIL. 4, 156 simili vibrabat -a metallo. CLAVD. 3, 346 me de more trophaeis ditat et hostiles suspendit in arbore -as. DRAC. Romul. 5, 123 in arbore -as erexit. SIDON. carm. 2, 137 livida laxatis intrabat ad oscula -is. *de parte muliebri*: IVV. 6, 422 -ae digitos impressit aliptes.

2 *i. q. culmen, cacumen*: PS. CYPR. spect. 9 -ae sunt montium altiores *quam theatrum*. SIDON. epist. 2, 2, 5 cum ... ab angulis quadrifariam concurrentia dorsa *tecti* -arum tegulis interiacentibus imbricarentur. 7, 1, 3 caducas culminum -as superiecto favillarum monte tumulabant. ALC. AVIT. carm. 6, 237 moenia ... concussis celso nutabant vertice -is. VEN. FORT. carm. 3, 7, 32 quadratumque levans -a rotundat opus.

3 *nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 27, 23. 27, 40 alectoros lophos quae apud nos -a dicitur, folia habet similia gallinacei -ae plura. *eadem* -a *gallinacea*: PS. APVL. herb. 65 Graeci peristereon orthos ... Itali -am gallinaceam ... vocarunt. DIOSC. 4, 59 W. περιστερεὼν ὀρθός, ... Ῥωμαῖοι κρίστα γαλλινάκια. GLOSS. περιστερεών. III 621, 63 nymphaea. 540, 2 ieran *botanen*, id est -a gallinacia, id est herba.

deriv.: cristatus, cristula. *comp.*: cristiger.

cristallum *sim. v.* cryst-.

cristātus, -a, -um *a* crista. PRISC. gramm. II 562 cum formam habeant participiorum, tamen ... nomina esse ostenduntur ... -us. *cf.* SERV. Aen. 1, 468 (*v. p. 1211, 16*). GLOSS. εὐσχήμων, honestus, decens. *inde a* VERG. NOT. Tir. 77, 51. [*val.* crestat, *it.* crestato, *hisp.* crestado. *M.-L.*]

i. qui cristam fert: PHYSIOGN. 54 aspera cervix tamquam -a (λοφιά) ... indocilem ... insolentem declarat. *de avibus*: OV. met.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

11, 597 vigil ales ibi -i cantibus oris evocat auroram (*i. gallus*). fast. 1, 455 Nocti -us caeditur ales. MART. 9, 68, 3 -i rupere silentia galli. 14, 223 -aeque sonant undique lucis aves. SVET. Tib. 14 pullus insigniter -us. APVL. met. 2, 26 cantus perstrepebat -ae cohortis. SOL. 33, 11 phoenix avis . . . -is faucibus. CLAVD. carm. min. 27, 19 (*de phoenice*) rutilo cognatum vertice sidus attollit -us apex. DRAC. laud. dei 1, 250 eminet his *avibus* -us apex, has lingua decorat. *de draconibus*: Ov. met. 4, 599 -i colla draconis. SEN. Herc. f. 216 gemina -i caput angues ferebant ora. PLIN. nat. 8, 35 mirum, unde -os *dracones* Iuba crediderit. 29, 54 neque enim -os esse *angues*. EVCHER. instr. 2 p. 155, 20 Syrenae: daemones aut dracones magni, -i . . . volantes (GLOSS. V 558, 32). DRAC. Romul. 4, 4 ⟨serpe⟩ntum -a manus. 10, 489. 558 -o radiabant vertice flammae. *de ceto*: AVIEN. Arat. 828 qua -o consurgit belua dorso. *de galeis*: GLOSS. galeatus, cassidatus. VERG. Aen. 1, 468 instaret curru -us Achilles (SERV. *ad l.* dicit *Homerus* in Achillis cristis terribile quiddam fuisse. -us . . . participium est derivatum a genere feminino). LIV. 9, 40, 3 galeae -ae quae speciem magnitudini corporum adderent. 10, 38, 12 -ae galeae *datae* ut inter ceteros eminerent. Ov. met. 8, 25 caput abdiderant -a casside pennis. GERM. frg. 2ᵃ, 3 -us vertice Mavors. STAT. Theb. 3, 223 -um galeae iubar. SIL. 1, 401 -ae cassidis aera. AMM. 16, 10, 8 ordo geminus armatorum clipeatus atque -us. 24, 6, 10 -is galeis corusci Romani. CLAVD. 5, 355 saevum -o vertice nutant. 7, 133 floret -is exercitus . . . turmis. carm. min. 30, 216 oscula -i raperes festina mariti. SIDON. carm. 5, 14 bellatrix . . . Roma -um turrita caput. *nota*: CLAVD. rapt. Pros. 2, 51 *solem* nondum luce gravem nec pubescentibus alte -um radiis.

syn.: cassidatus, galeatus.

cristiger, -a, -um *cf. c.* crista *et c.* gerere. GRAMM. suppl. 164 composita nomina huius declinationis . . . -r.

cristula, -ae *f. a* crista *deminutive.* COLVM. 8, 2, 8 (*de gallinis*) sunt ergo matrices . . . rectis rutilisque -is. *Wulff.*

critae, -ārum *m.*, κριταί. *magistratus Israelitarum, i. q. iudices*: TERT. scorp. 3 p. 151, 26 (*ex Itala*) post quae instituit super illos deus -as, quos censores intellegimus. p. 152, 1 ut quis -arum obierat. p. 152, 8 per omnes paene annales -arum.

crītella *v.* clitella.

critērium, -ī *n.*, κριτήριον. *i. q. iudicium*: LEO M. epist. 43 expectet autem maius -um concilii.

crīthiacus, -a, -um. *κριθιακός, κριθιάσει *morbo laborans*: CHIRON 19 creti⟨a⟩cis de brachiolis sanguis detrahitur (VEG. mulom. 1, 25, 5 creti⟨a⟩cis). 28 cretiaci (*trad.* et eici). 734 qui dicuntur creti⟨a⟩ci ab ordeo, quod videatur a cruditate ordei id vitium plerisque accedere. VEG. mulom. 1, 25, 6 creti⟨a⟩co (CHIRON 21 cretiatico). *idem* **crīthiāticus,** -a, -um: CHIRON 1 de cretiaticis *bis.* 21 *l. 44.* 578. 579. 662. 739. 740.

crīthiātio, -ōnis *f. a* crithiare. *i. q.* κριθίασις: CHIRON 24 quibuscumque cretiatio (cretiatici *cod.*) in pedibus . . . permanserit. 732 de suffusione et crethiatione (tethiacione *cod.*). quid est crethiatio (ethithiacio *cod.*) vel suffusio? repentina corruptio sanguinis pedibus confusa *eqs.*

crīthio, -āre, κριθιάω. *i. q. morbo* κριθιάσει *laborare*: CHIRON 625 si quod iumentum cretiaverit. 655 quodcunque iumentum cre⟨tia⟩verit ab ordeo vel suffuderit ab aqua. 737 cretiaverint.

crīthologia, -ae *f.*, κριθολογία. *munus quoddam*: COD. Theod. 14, 26, 1 (= COD. Iust. 11, 28, 1. *a. 412*) in aestimatione frumenti, quod ad civitatem Alexandrinam convehitur, quidquid de -ae et zygostasii munere . . . eminentia tua disposuit, roboramus.

criticus, -a, -um, κριτικός. creticus *v. l. 68.* ISID. orig. 4, 9, 13 -os dies medici vocant, quibus, credo, ex iudicio infirmitatis illud nomen impositum est. GLOSS. V 617, 8 -us est dies in quo cernit medicus, utrum possit homo vivere an mori. III 598, 18 -um diem id est tertium diem, accessam facit (*cf. l. 67*). 244, 3 -i dies αἱ κρίσιμοι ἡμέραι. AVG. conf. 6, 1, 1 me interim ad illam ancipitem fluctuationem iam esse perductum, per quam transiturum me ab aegritudine ad sanitatem, intercurrente artiore periculo quasi per accessionem, quam -am medici vocant (*cf. l. 63*). HIPPOCR. progn. 6 in quacunque die cretica (7 in -is diebus. CASS. FEL. 61 p. 152 die -a perungues . . . sunt autem dies -i, quibus . . . determinatio febrium . . . fieri solet). CAEL. AVR. acut. 2, 36, 188 prosperi sudores, quos Graeci -os vocant (2, 36, 189 -us magis sudor ostenditur).

subst. m. criticus, -ī: FIRM. math. 4, 10, 8 *luna* facit -os, id est bono iudicio. SCHOL. Hor. epist. 2, 1, 51 critos iudicium, unde -i iudices singularum rerum. *speciatim de iudicio litterarum*: CIC. epist. 9, 10, 1 ego tamquam -us antiquus iudicaturus sum, utrum *versiculi* sint τοῦ ποιητοῦ an παρεμβεβλημένοι (*ibid.* iudex). HOR. epist. 2, 1, 51 Ennius . . . alter Homerus, ut -i dicunt [QVINT. inst. 2, 1, 4 *cod. A*]. ROMAN. Char. gramm. I 236, 18 qui numerus *XVIII praepositionum* inter omnes -os grammaticos profecto convenit. DON. Ter. Andr. 808 sed -i adnotant altius esse charactere comico 'tetulissem pedem'. SERV. Aen. 1, 71 sane notant Vergilium -i, quia *eqs.* 2, 668 notant hoc -i, quia *eqs.* 8, 291 sane -i frustra culpant Vergilium quod *eqs.* 8, 731 hunc versum notant -i quasi *eqs.* 9, 81. 10, 157. 861. 11, 24. 188. 12, 83 ecl. 2, 65. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 173 -i . . . naturalia ⟨epitheta a poetis⟩ nusquam inhoneste putant locari. SCHOL. Hor. ars 10 hanc veniam petimusque damusque vicissim: 'petimus' quasi poetae, 'damus' quasi -i. 387 Maecius illis temporibus -us summus fuit. HIER. epist. 70, 3 *Philonem* vel alterum vel Iudaeum Platonem -i pronuntiant. 125, 18 -um diceres esse Longinum censoremque Romanae facundiae, notare quem vellet et de senatu doctorum excludere. MART. CAP. 3, 230 ut meum (*sc. grammaticae*) sit erudite intellegere probareque: quae duo mihi vel cum philosophis -isque videntur esse communia. *n. plur.* critica, -ōrum, *i. q. ars critica*: PETRON. 58 non didici geometrias, -a et alogias menias. κριτική *graece*: QVINT. inst. 5, 14, 28.

critimon *v.* crethmon. **critmon** *v.* crimnon.

critos *v. p. 1211, 73.*

croacasis. ISID. orig. 14, 8, 2 -im enim apud eos (*Scythas*) candor sive nix dicitur (*inde Caucaso monti nomen* -im *inditum a Scythis*).

crobula *v.* creobula.

[**crōbylus**] *conicitur* CIRIS 128 (corpselle *trad.*, -us et *coni. Loensis*, crobyleae *Studniczka*). TERT. virg. vel. 10 (strobolos *vel* strobulos *trad.*). *graece*: SERV. auct. Aen. 4, 138 retiolum dicit, quod colligit comas, quae graece κρωβύλη dicitur.

crocallis, -dis *f.* [*vocabulum a Graecis non traditum. Th.*]. *nomen gemmae*: PLIN. nat. 1, 37, 55. 37, 154 -is ceras repraesentat.

crŏcātio corvorum vocis appellatio PAVL. FEST. p. 53. *cf.* crocire.

crocātus, -a, -um *a* crocus. *i. croco tinctus, crocei coloris*: PLIN. nat. 16, 147 alicui *hederae* et semen nigrum, alii -um *est*. FRONTO p. 22, 6 N. *vestem* purpuream ipsam, non luteam nec -am. *subst. n.* crocātum, -ī (*sc. medicamentum cui admiscetur crocum*): CASS. FEL. 35 p. 77 confectio -i faciens ad faucium . . . tumores. *inde verb.* **croco,** -āre: ISID. orig. 6, 11, 4 luteum membranum bicolor est, quod a confectore una tingitur parte id est -atur (*v. l.* croceatur).

croccio *v.* crocio.

uncinus **croccus** vel aspidiscus GLOSS. V 624, 42 [*vocabulum fortasse germanicum; v. Kluge, Etymol. Wörterb. d. deutschen Spr. s. v. Krücke. Th.*]. [*francog.* croc. *M.-L.*]

croceus, -a, -um *a* crocus. GLOSS. κροκοειδής. -is flavis. NOT. Tir. 98, 81 -um. *legitur inde a* VERG. [CALP. ecl. 7, 72 *codd. dett.* -o *pro* subito.]

1 *quod ad crocum pertinet, quod croci est*: VERG. georg. 1, 56 -os . . . odores (VAL. FL. 5, 587). 4, 109 -is halantes floribus horti (COLVM. 3, 8, 4 Tmolon et Corycon flore -o . . . illustrem haberi. PS. AMBR. act. Seb. 4, 13 illic -is gramina floribus redolent. *aliter infra l. 69*). COLVM. 10, 170 odoratae peregrino munere plantae . . . -ae. 10, 301 balsama cum casia nectens -osque corymbos. LVCAN. 3, 238 tinguentes -o medicamine crinem. PLIN. nat. 10, 134 *avis* -o unctu cibis gratissima. 27, 83 *glaucion* granum habet -i coloris (31, 90. NON. p. 549 -i coloris vestis. SOL. 2, 43. 52, 18. AMBR. in psalm. 118 serm. 17, 29 oriente die rubent terrae -o colore perfusae. DAMIG. lapid. 21. AVIAN. fab. prol. 6 -us color *icterici*. CASS. FEL. 49 p. 128, 9 -i vel aurei coloris. DRAC. laud. dei 1, 247. *cf. p. 1213, 5*). VAL. FL. 4, 23 frondibus in -is. CLAVD. 1, 273 pratis . . . -is (*i. crocis consitis. cf.* DRAC. ros. 7 -os . . . per agros).

2 *quod colorem croci habet, croco tinctum* (*cf.* GELL. 2, 26, 5 ex ipsis rebus vocabula colorum mutuatur *latina oratio* et 'igneum' aliquid dicit et . . . '-um' *eqs.*): VERG. ecl. 4, 44 *aries* iam -o mutabit vellera luto (*cf. l. 71*). georg. 1, 447 Tithoni -um linquens Aurora cubile (= Aen. 4, 585. 9, 458 AVSON. 431, 1. *cf.* ELEG. in Maecen. 1, 123 illius [*Aurorae*] aptus eras -o recubare cubili. Ov. am. 2, 4, 43 placuit -is Aurora capillis. ars 3, 179 -o velatur amictu *Aurora*. met. 3, 150 -is invecta rotis Aurora. fast. 3, 403 -is genis [SIDON. carm. 22, 48]. EPICED. Drusi 282 -is . . . equis. AVSON. 428, 1 Aurora in -is fulgebat lutea bigis [ENNOD. opusc. 1 p. 272, 13]. PAVL. PETRIC. Mart. 3, 341 fuco. CLAVD. 20, 529 Aurora . . . nec -um vestita diem. *adde*: SEN. Herc. f. 124 clarescit dies ortuque Titan lucidus -o subit. CLAVD. 22, 467 -is rorantes ignibus ortus *solis*. ANTH. 646, 2 -o mane revecta dies. *cf. l. 46. p. 1213, 11*). VERG. Aen. 1, 649 circumtextum -o velamen acantho (1, 711). 4, 700 Iris -is per caelum roscida pinnis . . . devolat (*cf.* AVG. serm. ed. Mai 168, 3 *Gabriheli volanti* -a lacertorum fulgebat extensio). 6, 207 quale solet . . . viscum . . . -o fetu teretes circumdare truncos. 11, 775 -am chlamydem. COPA 13 sunt etiam -o violae de flore corollae (Ov. met. 3, 509 -um pro corpore *Narcissi* florem inveniunt. AVIAN. fab. 26, 5 cytisi -um . . . florem. APVL. met. 11, 3 vestis multicolor . . . nunc -o flore lutea). Ov. ars 1, 530 -as irreligata comas *Ariadne*. met. 10, 1 -o velatus amictu . . . Hymenaeus. PLIN. nat. 22, 45 *chamaeleon* aliubi cyaneus, aliubi -us atque aliis coloribus. VAL. FL. 8, 234 -o subtegmine vestes. SIL. 8, 442 Circe *Picum* exutum formae volitare per aethera iussit et sparsit -um plumis fugientis honorem. MART. 13, 40, 1 -os . . . vitellos *ovi* (*cf.* CASS. FEL. 78 p. 190 ovi crudi medullam -am). IVV. 7, 23 -ae membrana tabellae. SOL. 33, 22 *paederos gemma* orarum extimis corona -a velut e liquido renitente (PLIN. nat. 37, 129 purpura coronatus). POTAM. tract. 2 p. 1416ᴬ -us se affatim imber infudit (*i. sanguis. cf.* CYPR. GALL. lev. 112 si forte pecus mucrone peremptum laxarit -am sectis de faucibus undam. *i. sanguinem fuderit*). CHIRON 169 cuicunque sanguilentus umor per nares profluet et -us (cacrocius *cod.*, VEG. mulom. 1, 3 croco similis). PRVD. c. Symm. 2 praef. 4

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lucis ... sub exitu cum vesper -us rubet (*cf.* CYPR. GALL. exod. 615 -o radiavit vesper ab axe). CYPR. GALL. gen. 333 -um tantum curvandum in nubibus arcum. 1290 peplo. CAEL. AVR. chron. 3, 5, 68 urina. ENNOD. carm. 2, 128, 4 Cynthia (*i. luna*) per -as fulgebat lactea bigas. *nota de pallore*: PAVL. PETRIC. Mart. 3, 199 oraque et artus *morientis* perfudit -us glaciali corpore pallor. *de nimbo*: POTAM. tract. 1 p. 1414^A qualis illic eras, Christe Iesu? quam -us, quam decorus. *subst. n. pl.* crocea, -ōrum (*sc. vestimenta*): IVV. 6, 365[22] distinctus -is et reticulatus adulter. VVLG. thren. 4, 5 qui nutriebantur in -is (ἐπὶ κόκκων) amplexati sunt stercora. *adv. n.* croceum: CYPR. GALL. Ios. 407 unde rubet -um venientis flamma diei.

crociās *m.*, κροκίας, *nomen gemmae.* PLIN. nat. 37, 191 -an croci *color appellavit.*

? **crocinor**, -ārī. *morbus quidam*: GARG. MART. cur. boum 13 iumenta si -buntur, marrubium ... conteris.

crocinus, -a, -um, κρόκινος. *i. q. croceus*: **1** *quod ad crocum pertinet, quod e croco factum est*: CELS. 5, 18 -um unguentum (PLIN. nat. 13, 5. 21, 139 ISID. orig. 17, 6, 9). SCRIB. LARG. 173 coquitur medicamentum, donec -um habeat colorem (NON. p. 549 luteus color proprie -us est. DIOSC. 3, 32 [*graece* 3, 40 W. κροκίζων]). CHIRON 804 medicamento -o utere. *subst. n.* crocinum, -ī (*sc. unguentum*): PLAVT. Curc. 103 tu mihi stacta ..., tu -um et casia es (*vox blanda de vino*). PROP. 3, 10, 22 -o nares murreus ungat onyx. PLIN. nat. 13, 9. **2** *quod crocei coloris est, croco tinctum*: CATVLL. 68, 134 Cupido fulgebat -a candidus in tunica. PLIN. nat. 21, 124 seminis *rosae* optimum -um ..., nigrum inutile. 23, 21 suco rubente, postea -o. 31, 86 in Cappadocia -us *sal* effoditur (ISID. orig. 16, 2, 5). HERM. Pal. sim. 6, 1, 5 vestitum ... colore vestimentorum -um. CHIRON 169? *v. p. 1212, 82.* DIOSC. 4, 125 flores habet -os aut purpureos. MART. CAP. 6, 696 omnes Indi comarum fuco decorantur, alii caeruleis, alii -is fulgoribus tincti. *subst. n.* crocinum, -ī: MART. CAP. 2, 140 species ovi interioris -o circumlita (*de vitello*). NOT. Tir. 98, 81^a croccineum.

crōcio, -īre [*vox onomatopoetica, cf.* crocatio, crocitare *gr.* κρώζειν *slavon.* krakati 'crocire'. *Th.*]. *vox corvi*: PLAVT. Aul. 625 corvos ... voce croccibat sua (grocchibat *codd.*, groccibat *Nonius*). APVL. Socr. prol. p. 111 corvus ... -ire (groccire *trad.*) adortus. *de v. l.* crocare *v. Löwe, gloss. nom. p. 248. 250.*
deriv. crocitare, crocitus.

crocis, *acc.* -da *f.* [*vocabulum a Graecis non traditum. Th.*]. *nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 24, 102. 24, 167 -da, cuius tactu phalangia morerentur.

crōcito, -āre [*cf. c.* crocire. *Th.*]. *vox corvi*: SVET. frg. p. 250 corvorum *est* -are. HIER. hom. Orig. in Luc. prol. p. 248 cum a sinistro oscinem corvum audiam -antem. BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 11 p. 317, 10. GREG. M. dial. 2, 8 (Migne 66, 148^B) corvus ... coepit ... -are. CARM. de Philom. Anth. 762, 28 et -at (crocc- *V*, -at et *B*) corvus. ISID. diff. 1, 607. VIRG. gramm. epit. 4 p. 19, 20 (*in imag.*) cuius (*dialectae*) auctores in omni pictura -ant. [*it.* crocidare. *M.-L.*]

crōcitus clamor corvi. vox corvi GLOSS. *cf.* NON. p. 45 (grocchitus *trad.*). *a* crocire.

1. croco, -āre *v.* crocatus. **2. crōco**, -āre *v.* crocio.

***crocōdes** (*sc. collyrium*), -is *n.*, κροκῶδες. *passim in signaculis oculariorum* (*cf. Espérandieu, cachets d'oculistes Romains 1893 p. 148; signacula medicorum oculariorum Paris 1904, p. 153*), *ex. gr.*: CORP. III 12032, 2 -s regium. 3 croc(odes) ad aspritudinem. VII 1314. XII 5691, 5. 8. 9 crocodem (*sic*). XIII 10021, 14 *et saepissime*. INSCR. bull. com. 1908 p. 66 ad aspritudinem crocode(s). CORP. XII 5691, 7 coll(yrium) -es. INSCR. Rev. arch. 4 s. VIII 1906 p. 475 collyr. crocodem *et* coll. stactum cr(ocodes). *L.*

crocodilēa (*sc. merda*), -ae *f.*, *κροκοδειλεία. PLIN. nat. 1, 28, 28 *medicina ex* -a. 28, 108 intestina eius (*crocodili*) diligenter exquiruntur, iucundo nidore referta; -am vocant (*exponuntur usus eius*). 28, 184 fimo taurino malas rubescere aiunt, non ut -am illini melius sit. *cf. p. 1214, 29.*

crocodīlēon, -ī *f.*, *κροκοδείλειον. *nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 27, 41. 27, 64 -on chamaeleonis herbae nigrae figuram habet, radice longa, aequaliter crassa, odoris asperi. nascitur in sabuletis. pota sanguinem ... pellit *eqs.* crocodīl(l)ion: PS. APVL. herb. 15 graecis dicitur dracontea ..., prophetae typhonion vocant, alii -on (κροκοδείλιον DIOSC. 3, 11 W.).

crocodīlinus, -a, -um, κροκοδείλινος. *in re dialectica i. q. nomen sophismatis, captionis*: QVINT. inst. 1, 10, 5 non quia ceratinae aut -ae *ambiguitates* possint facere sapientem (*v. Ernesti, Lex. techn. p. 311*).

crocodīl(l)us, -ī *m.* [κροκόδιλος, κροκόδειλος, κορκόδειλος; *cf. Diels, Indogerm. Forsch. 15, 1 sq. Th.*]. ISID. orig. 12, 6, 19 -us a croceo colore dictus. *formae*: *de* -ll- *v. Havet, Archiv 9 (1896) 135.* *legitur passim in bonis codicibus* crocodil(l)- *vel* crocodril(l)-, cocodril(l)-, *sed saepius* corcodil(l)- (*sicut etiam* GLOSS.) *vel* corcodril(l)- (corquhodrillorum: ITIN. Anton. Plac. rec. A 45 *cod. G*). *formae rariores*: cocrodill- MART. 3, 93, 7 *cod. Q in marg.* CAPITOL. Pius 10, 9 *cod. P*¹. cocodillorum: PS. APVL. Ascl. 37 *cod. G.* concordilos: CIC. nat. deor. 2, 12 *codd. AV*¹. *in versibus metro probantur formae*: crocodīl(l)-: HOR. epod. 12, 11 (crocodrilli *BL*). IVV. 15, 2 crocodilon (corcodrillon *P in marg.*). PRVD. perist. 10, 258. corcod(r)īl(l)-: MART. 3, 93, 7 (corcodrillus *TE*, crocodrillus *X*, cocodrillus *ACFG*, crocodillus *BO*, crocodilus *P*, crochodilus, *in marg.* cocrodillis, *Q*). PHAEDR. 1, 25, 4 (corcodillis *R*^v, corcodilis *R*^s, corcodrillis *P*). 1, 25, 6 (corcodrillus *P*, corcodillus *R*). *cf.* DVB. NOM. gramm. V 575 crocodillus (*Keil*, corcodrillus *L*, curcodillus *M*) generis masculini. nam prius corcodillus (corcodrillus *L*, corcodrillis *M*) dicebatur *et v. Ritschl, opusc. II p. 536—541.* *formae graecae nom. sing.* -os: VARRO ling. 5, 78. *acc.* -on: IVV. 15, 2. GLOSS. animal in Nilo est. bestia in Nilo flumine. *inde a* CIC. *et* VARRONE (*cf. l. 40*).

nomen animalis (*de quo v.* PLIN. nat. 8, 89—96 SOL. 32, 21—28 AMM. 22, 15, 15—20 ISID. orig. 12, 6, 19—20): CIC. Tusc. 5, 78 prius ... quam Aegyptii ... -um violent (nat. deor. 1, 82. *cf. de cultu crocodili* nat. deor. 3, 47 -os ... in deorum numero reponemus. IVV. 15, 2 -on adorat pars haec. MIN. FEL. 28, 8 nec eorum sacra damnatis instituta ... -is. TERT. adv. Marc. 2, 14 ibim et -um citius colens quam deum. nat. 2, 8 etiam bestias privatas colunt *Aegyptii* ... -os. CYPR. Demetr. 12. HIER. in Ioel 3 p. 207 alii colunt ... -um et ibin. PRVD. perist. 10, 258 -us, ibis et canis cur displicent. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 254 qui apud eos sollemnes erant ... -os. 2, 86). CIC. nat. deor. 1, 101 de ... utilitate, de -orum ... dicere. 2, 124 -i ... quaedamque serpentes ortae extra aquam ... aquam persequuntur. 2, 129 -os dicunt, cum in terra partum ediderint obruere ova, deinde discedere. VARRO ling. 5, 78 sunt ... animalia in aqua quae in terram interdum exeant ... -os (AMBR. hex. 5, 1, 4 amphibia quae vel in aquis vel in terris vivant ... -i). HOR. epod. 12, 11 colorque stercore fucatus -i (PORPH. *ad l.* cretam et stercus -i quibus faciem fucare consuesti. SCHOL. *ad l.* hoc enim ad conservandam cutem vel candorem faciendum mulieres uti dicebantur). VITR. 8, 2, 7 *in Nilo* nascuntur ichneumones, -i, aliae similes bestiarum pisciumque. PHAEDR. 1, 25, 4 canes currentes bibere in Nilo flumine a -is ne rapiantur (*narratur fabula; cf.* PLIN. nat. 8, 148 *canes* currentes lambere, ne -orum aviditati occasionem praebeant. SOL. 15, 12. MACR. sat. 2, 2, 7). CVRT. 8, 9, 9 *Diardanes* -os ... uti Nilus ... alit. MELA 1, 52 *Nilus* hippopotamos -osque vastas beluas gignit. SEN. nat. 4, 2, 13 fuisse delphinorum ... et -orum ... proelium. -os ... victos. PLIN. nat. 1, 8, 37. 40 quis primus ostenderit ... Romae ... -um (8, 96 *a M. Scauro aedili a. 58 a. Chr.* SOL. 32, 31. *cf.* CAPITOL. Pius 10, 9 -os ... exhibuit. SYMM. epist. 6, 43 -os theatrali spectaculo publicatos. 9, 141 -os functio theatralis efflagitat). PLIN. nat. 5, 9 flumen Darat, in quo -os gigni. 5, 10 flumen Bambotum -is et hippopotamis refertum (SOL. 24, 14). 5, 51 -us ... inde (*ex Nilida lacu*) ... in Iseo dicatus ab *Iuba*. 6, 75 per quas (*fossas*) -i humani corporis avidissimi aditum ... non dant. 8, 121 *chamaeleoni* corpus asperum ceu -o (SOL. 40, 21). 8, 186 neminem per eos *dies* a -is attingi, ... redire beluae feritatem. 10, 170 -i vicibus incubant mas et femina. 11, 156 quadrupedes quae ova pariunt ut ... -i. 11, 159 maxillas -us tantum superiores movet (AVG. soliloq. 2, 8, 15 solum -um inveniri qui superiorem in mandendo partem moveat. c. Iul. 6, 6, 16. PS. APVL. herm. p. 273 omne animal inferiorem malam movet; quod cum sit in -o falsum). PLIN. nat. 11, 171 *lingua* adhaerens -is tota. 11, 204 *lien exiguus* apparet in ... -o. 11, 226. 249 -o ... priora genua post curvantur, posteriora in priorem partem. 18, 121 *faba* spinoso caule, qua de causa -i oculis timentes refugiunt. 22, 151 *medicina ad* -orum hominumque morsus (23, 67. 31, 97. 104. 32, 46). 26, 51 potamogiton adversatur -is; itaque secum habent eam qui venantur (*cf.* 30, 22 *enhydridis* adipe perunguntur qui -um captant. 32, 53 *colubrae in aqua viventis* adipem et fel habentes qui -os venentur mire adiuvari dicunt. 28, 111 *adeps -i* a -is tuetur. VOPISC. quatt. tyr. 6, 2 inter -os unctum -orum adipibus natasse). PLIN. nat. 28, 31 *Tentyritae* tanto sunt -is terrori, ut vocem quoque eorum fugiant (*cf.* 8, 92 *sq.*). 28, 112 *chamaeleon* similis et magnitudine est supra dicto -o. 28, 119 *scincum* quidam terrestrem -um esse dixerunt (SOL. 32, 39). 28, 121 est -o cognatio quaedam ... cum hippopotamio. 32, 145. 35, 142 *Nealces* asellum ... bibentem in litore pinxit et -um insidiantem ei. MART. 3, 93, 7 comparata rictibus tuis ora Niliacus habeat -us angusta. APVL. apol. 8 -us purgandos sibi dentes innoxio hiatu praebet (*cf.* PLIN. nat. 8, 90). PS. APVL. Ascl. 37 in monte Libyae circa litus -orum. ITALA lev. 11, 29 (Lugd.) haec vobis immunda ... corcodrillus terrenus (VVLG. *inter polluta reputabuntur* ... crocodilus. DIOSC. 2, 63 -i terreni fimus. *cf. l. 65 et p. 1215, 2*). LAMPR. Heliog. 28, 3 habuit ... -um ... et omnia Aegyptia. CHALC. comm. 216 -os ... avulsis cordibus aliquamdiu vivere. HIER. tract. in psalm. I p. 159, 20 esca eius (*pelicani*) venenata animalia, hoc est ... -i. RVFIN. hist. mon. 4. 11 epil. 8. MACR. sat. 7, 16, 7 -us *oritur* ... de testeis *ovis*, qualia sunt volantium. ANTIDOT. Brux. 147 (*in incantamento*) quiesce intestinum et sta -e. MART. CAP. 2, 183 in prora felis forma depicta ... -i in extimo videbatur. EVSTATH. Bas. hex. 7, 1 p. 936^C -i ... praecipuus est natatus. SIDON. epist. 8, 12, 13 stagna Nilotidis aquae per indigenas formidata -os. IVL. HON. cosmogr. B 46 de eo flumine ... capiuntur -i. ITIN. Anton. Plac. rec. A 45. *adhibetur in re medica*: PLIN. nat. 28, 107—111. SCRIB.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

LARG. 14 PLIN. nat. 1, 28, 28. 32, 139 dens maxillaris adnexus brachio PELAGON. 416—419. MARCELL. med. 25, 40 -us terrenus ... sciaticis praestat auxilium. *adde*: ANTH. 752.

crocomagma, -atis *n.*, κροκόμαγμα. *formae: genet. sing.*: -atis *passim.* -atos: ORIBAS. syn. 8, 51. -mae: MARCELL. med. 8, 216, *fort.* PELAGON. 327 (*trad.* croci dragmā). 369. 371 (*trad.* croci dragmas). -mi: THEOD. PRISC. eup. faen. 85 log. 81 *cod. B.* *abl. sing.*: -ate: CELS. 6, 6, 2 SCRIB. LARG. 259. -ma: DIOSC. 1, 27 de -a. *generis fem.*: DIOSC. 1, 26 tusa -a. *legitur inde a* CELSO.

i. q. faex croci: PLIN. nat. 21, 139 faex ... expressi *croci* unguento crocino, quod -a appellant. ISID. orig. 17, 9, 6 -a expressis aromatibus crocini unguenti atque informato sedimine in panniculos fit et ideo sic appellatur. *v. etiam* DIOSC. 1, 27. CELS. 5, 18, 9. 16. 6, 6, 25 SCRIB. LARG. 4. 30. 70 -is victoriati. PLIN. nat. 1, 21, 82 Syrium -a. THEOD. PRISC. eup. faen. 52 MARCELL. med. 1, 4. 2, 14. 15. 5, 3. 8, 7. 8. 122 CASS. FEL. 1. 29. APIC. 10, 460. *Wulff.*

? **croconticis** tithymallus GLOSS. III 588, 40. 610, 14 (crocunticis).

crocōta, -ae *f.* [*gr.* ὁ κροκωτός. *Th.*]. NON. p. 549 -a crocei coloris vestis *cf.* GLOSS. V 449, 3 crocotum vestimenti genus. NAEV. trag. 43 pallis patagiis -is malacis mortualibus. PLAVT. Aul. frg. 1 pro illis -is, strophiis, sumptu uxorio. NOVIVS Atell. 71. CIC. har. resp. 44 P. Clodius a -a ... est factus repente popularis. CIRIS 252 *puella* prius in tenui steterat succincta -a (*Scal.*, corona *codd.*). APVL. met. 8, 27 *sacerdotes* mitellis et -is (crocr- *cod.*) ... iniecti. 11, 8 simiam pileo textili -isque (-iisque *cod.*) Phrygiis *Ganymedis* specie. apol. 13 histrionis -a.

deriv.: crocotarius, crocotula. *graece*: crocotinum.

crocōtārius, -a, -um *a* crocota. PLAVT. Aul. 521 infectores corcotarii (croc- *codd.*) *i. qui vestes croco tingunt.*

crocotillum valde exile. Plautus (*Cist. 408*): extortis talis cum -is crusculis PAVL. FEST. p. 52 (*sed* todellis *A*, todillis *Fest. p. 352*, sodellis *Fest. p. 301*, todinis *Prisc. gramm. III 103, 20*).

crocōtinum genus operis pistorii PAVL. FEST. p. 53. [*fort. a gr.* κροκώτινος *tractum. Th.*].

crocotta(s) *v.* corocotta.

crocōtula, -ae *f. a* crocota *deminutive.* NON. p. 548 caltulam et -am a generibus florum translatum, a calta et a croco. PLAVT. Epid. 231 patagiatam caltulam et -am (crutulam *P*).

crocōtum *v.* crocota. **crocufantia** *v.* crocyf-.

×**crocum,** -ī *n. et* **crocus,** -ī *m.*, κρόκον, κρόκος. ISID. orig. 17, 9, 5 -um dictum ab oppido Ciliciae, quod vocatur Corycus. *de genere*: CHAR. gramm. I 32, 10 neutra semper singularia: ... -um (DIOM. gramm. I 327, 24 EXC. Bob. gramm. I 548, 13. *cf.* GLOSS. II 355, 33 hoc -um pluraliter non declinabitur et neutrum est). SERV. georg. 4, 182 *Sallustius* genere neutro secundum artem usus est; hic (*Vergilius*) poetice masculino, referens se ad puerum qui in hunc florem dicitur esse conversus (*cf.* Crocus *nom. propr.*). DVB. NOM. gramm. V 576, 5 -um generis neutri; sed Macer Aemilius (*carm. frg. 13*) 'pallentesque -os'. *cf.* NON. p. 202 GLOSS. V 186, 31. ARNOB. nat. 1, 59 non item -us et -um *dicitis*? SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 68 lectum est et hic -us et hoc -um. *masc. legitur* (*de herba et flore*): VERG. georg. 4, 182 CIRIS 97 CVLEX 401 PROP. 4, 1, 16 OV. met. 4, 393 Ib. 200 fast. 4, 442 MACER carm. frg. 13 FRONTO p. 12, 3 N. VVLG. cant. 4, 14 PRVD. cath. 5, 115 DIOSC. 1, 26 EVSTATH. VEN. FORT. *v. p. 1216, 6.* GLOSS. *neutr. legitur de aromate et unguento ap. medicos et* PLIN. nat.; *praeterea de herba et aromate*: SALL. hist. frg. 2, 81 CVRT. 3, 4, 10 FRONTO p. 145, 1 N. GELL. 2, 26, 5 SOL. 38, 6 SERV. ecl. 4, 44 georg. 1, 56 AMBR. Isaac 5, 48 GLOSS. NOT. Tir. 98, 80. *femin.*: APVL. met. 10, 34. *pluralis* (*cf. l. 42 sqq.*): PROP. OV. MACER *v. l. 52.* STAT. silv. 2, 4, 36 IVV. 7, 208 PRVD. *v. l. 54* SIDON. epist. 9, 13, 5 vers. 37 PASS. Thom. p. 101, 7. [*it.* gruogo '*galbinus*'. *M.-L.*]

1 GLOSS. -us κρόκος. gelu (*anglosax.*). -um κρόκος. genus herbae aromaticae iucundi coloris. crasc(r)u(s). III 579, 47 xandarica id est -us. *cf.* cnecos. *de herba et flore*: VARRO rust. 1, 35, 1 serere lilium et -um. SALL. hist. frg. 2, 81 Corycum urbem inclitam ... nemore, in quo -um gignitur (*cf.* CVRT. 3, 4, 10 Corycium nemus, ubi -um gignitur. *cf. l. 41. p. 1216, 68*). VERG. georg. 4, 182 pascuntur *apes* ... casiamque -umque rubentem. CIRIS 97 -us alterna coniungens lilia caltha sparsaque liminibus floret rosa. CVLEX 401 hic *est* Cilici -us editus arvo. OV. met. 4, 393 redolent murraeque -ique. Ib. 200 quotve ferat ... terra Cilissa -os. fast. 1, 342 nec fuerant rubri cognita fila -i (5, 318 filaque punicei languida facta -i). 4, 442. COLVM. 3, 8, 4 florentesque hortos myrrha et -o. 9, 4, 4 Corycius item Siculusque bulbus -i. PLIN. nat. 12, 129 odoratius -o *malobathrum.* 19, 98 aliis carnosae *radices*, ut betae, ut magis etiamnum -o *eqs.* 21, 31 *sqq. fusius.* 21, 34 Troianis temporibus iam erat honos ei (-o); hos certe flores Homerus tres laudat: loton, -um, hyacinthum. 21, 106 notabilis et scillae -ique natura, quod, cum omnes herbae folium primum emittant, mox in caulem rotundentur, in his caulis prior intellegitur quam folium. 24, 78 acini *hederae*, qui -i sucum habent. 25, 89. MART. 3, 65, 2 quod *spirat* de Corycio quae venit aura -o. IVV. 7, 208 di, maiorum umbris tenuem ... terram spirantesque -os *date.* FRONTO p. 12, 3 N. ut -us, ita somnus priusquam prope adsit, longe praeolet longeque delectat. TIBERIAN. carm. 1, 6 -o solum rubebat. ANTH. 440, 10 ante ... fulgebit rutilis India nigra -is, quam. SOL. 5, 13. 38, 6. 40, 10 SERV. georg. 1, 56. HIER. epist. 107, 9 cito violas et lilium et -um pestilens aura corrumpit. VVLG. cant. 4, 14 nardus et -us. MART. CAP. 6, 686 dehinc Tmolus -o florens. 9, 903 vers. -umque lecto spargite. EVSTATH. Bas. hex. 5, 2 p. 911^{A} -us. 5, 3 p. 912^{B} si quid de radice prorumpit, ut -us et gramen. VEN. FORT. carm. 7, 12, 41. 8, 7, 11. 8, 8, 4. *de aromate, odore, unguento*: CIC. de orat. 3, 99 magis laudari, quod terram quam quod -um sapere videatur (*cf.* PLIN. nat. 13, 21. 17, 38). LVCR. 2, 416 cum scaena -o Cilici perfusa recens est (*cf.* HOR. epist. 2, 1, 79 recte necne -um floresque perambulet Attae fabula. PROP. 4, 1, 16 pulpita [*i. scaena theatri*] sollemnes non oluere -os. OV. ars 1, 104 nec fuerant liquido pulpita rubra -o. MART. 5, 25, 8. SPART. Hadr. 19, 5 in honorem Traiani balsama et -um per gradus theatri fluere iussit. *cf. l. 22*). SALL. hist. frg. 2, 70, 2 simul -o sparsa humus et alia in modum templi celeberrimi. HOR. sat. 2, 4, 68 hoc ubi confusum sectis inferbuit herbis Corycioque -o sparsum stetit (*de iure conficiendo.* PORPH. *ad l.* aut proprie '-o' aut pro vino -um posuit). OV. ars 3, 204 oculos ... signare ... prope te nato, lucide Cydne, -o (*i. Cilici*). SEN. epist. 90, 15 qui invenit, quemadmodum in immensam altitudinem -um latentibus fistulis exprimat (FRONTO p. 145, 1 N. tibi saepenumero curandum in theatro -um longe atque alte exprimatur). 12, 20, 5. LVCAN. 9, 809 utque solet pariter totis se effundere signis Corycii pressura -i (*cf.* PETRON. 60 omniaque poma etiam minima vexatione contacta coeperunt effundere -um). PLIN. nat. 13, 12 constat *susinum unguentum* ex liliis ... -o, murra. 13, 16 *omnia unguenta* medicinae *fiunt* utiliora -o. 13, 18. 14, 107. 135 *al.* 36, 129 haematites magnes, sanguinei coloris sanguinemque reddens, si teratur, sed et -um. 36, 176 tectorium induxit lacte et -o subactum ..., ideo, si teratur hodie eo saliva pollice, odorem -i saporemque reddit. STAT. Theb. 6, 210 pallentique -o strident ardentia mella (*in rogo Archemori*). *cf.* silv. 2, 4, 36. 5, 3, 42. MART. 11, 8, 2 ultima quod curvo quae cadit aura -o. SVET. Nero 25 sparso per vias identidem -o. APVL. met. 10, 34 per quandam latentem fistulam in excelsum prorumpit vino -us diluta sparsimque defluens ... odoro perpluit imbre. LAMP. Heliog. 19, 8 non nisi unguento nobili aut -o piscinis infectis natavit. 28, 5 ut de -o sigma straverit. AMBR. Isaac 5, 48 dos ... piae animae boni odores sunt, murra aloe -um. *de colore* (*cf.* SERV. ecl. 4, 44 -um lutei coloris est): LVCR. 6, 1188 tenvia sputa minuta, -i contacta colore. OV. ars 3, 179 ille *color* -um simulat. am. 2, 6, 22 tincta gerens rubro Punica rostra -o *psittacus.* epist. 20, 162 trahitur multo splendida palla -o. PAVL. FEST. p. 82 epicrocum genus amiculi -o tinctum. PETRON. 68 scobem -o et minio tinctam. PLIN. nat. 16, 106 abies floret -i colore. 27, 128 *radix rhecomatis* trita vini colorem reddit ad -um inclinantem. 31, 92 ima faecis concutiuntur, ut -i color redeat. 36, 148. 37, 182 Syrtitides *gemmae* e melleo colore -o refulgentes. GELL. 2, 26, 5 cum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum, aliter -um. CLAVD. 10, 211 infecta -o velamina lutea Serum. *nota metonymice de colore croceo*: VERG. Aen. 9, 611 picta -o et fulgenti murice vestis. *usus in medicina*: CELS. 3, 21 p. 107 videntur autem *urinam movere* iris, nardum, -um *eqs.* (*cf.* 4, 27). 4, 17. 31 inducere articulis -um cum suco papaveris et ovillo lacte. 5, 5. 11. 5, 18, 3. 5, 19, 15. 5, 20, 6 *et saepe.* SCRIB. LARG. 5. 8. 21 terere oportet per se -um diligenter. *et saepius.* PLIN. nat. 1, 21, 17. 81 (medicinae XX). 20, 187. 208. 21, 131 *eqs.* 22, 104. 23, 8. 84. 97 *al.* CHIRON 159 *al.* 129 magma -i *al.* PELAGON. 23 *al.* 81 mannae -i. 299. 370 VEG. mulom. 1, 3 *al.* 2, 87, 4 -i manna *al.* MARCELL. med. 9, 51 -i unguentarii. 16, 6 apii semen et -um et folia rosae contunduntur. THEOD. PRISC. eup. faen. 32. 81. 85 log. 110. 118. *graece*: CELS. 6, 6, 33 *medicamentum* quod διὰ κρόκου vocant.

epitheta (*cf. de generibus fusius* PLIN. nat. 21, 31 *sqq.*): auricomans: AVSON. 325, 11. pallens: MACER carm. frg. 13 STAT. Theb. 6, 210. *cf.* MART. 8, 33, 4. puniceus: OV. fast. 5, 318. rubens: VERG. georg. 4, 182. ruber: OV. am. 2, 6, 22 fast. 1, 342 MART. 8, 33, 4. rutilus: ANTH. 440, 10. tenuis: OV. fast. 4, 442 PRVD. cath. 5, 115. *de origine*: Cilix: LVCR. 2, 416. Cilicius: CELS. 5, 23, 2. 6, 6, 33 PLIN. nat. 21, 31. *cf.* CVLEX 401 OV. ars 3, 204 Ib. 200. Corycius: HOR. sat. 2, 4, 68 COLVM. 9, 4, 4 LVCAN. 9, 809 MART. 3, 65, 2 MARCELL. med. 9, 91 DIOSC. 1, 26. *cf. p. 1215, 41. 66.* Indicus: CHIRON 843. Lycius: PLIN. nat. 21, 31. Siculus: CELS. 6, 6, 25 COLVM. 9, 4, 4 SCRIB. LARG. 29. 30 PELAGON. CHIRON VEG. mulom. *saepe. cf.* Sicanius: STAT. silv. 2, 4, 36. 5, 3, 42. Centuripinus: PLIN. nat. 21, 31. Theraeus: PLIN. nat. 21, 32.

2 *pars lilii*: PLIN. nat. 21, 23 resupinis per ambitum labris *lilii* tenuique pilo et staminis stantibus in medio -is. ... est flos non dissimilis illi in herba *convolvulo* ... nullo odore nec -is intus.

deriv.: crocatus, croceus, crocinus. *graece*: crocias, crocodes, crocota, crocotinum. *comp.*: epicrocum. crocomagma (crocodillus *sec.* ISID. *p. 1213, 78*).

crocydismus (-os), -ī *m.* [κροκυδισμός. *Th.*]. CASS. FEL. 62 p. 154 -os id est floccorum electio. CAEL. AVR. acut. 1, 3, 34 attestante carphologia et -o. 1, 4, 42. 44. 1, 5, 48 cum neque -um in aegrotantibus viderimus.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

crocyphantia *n. pl.* [*vocabulum graecum, cf.* κροκ-ύφαντος. *Th.*]. VLP. dig. 34, 2, 25, 10 *ex numero muliebrium* ornamentorum haec: ... reticula, -a (crocuf- *F*).

1. crōma, crōmaticus *v.* groma. **2.** *v.* chroma.

cromella, -ae *m.* [*orig. inc. Th.*]. GLOSS. qui piso simulat. corcodrillo. vostalinus.

cronius *sim. v.* chron-.

crosa *v.* grosa. **crostella** *v. III p. 183, 78.*

crotafius, -a, -um, κροτάφιος. PS. SORAN. quaest. med. p. 366, 2 *cossutiones quaedam* dicuntur -ae vel lepidoides. *cf.* crotaphos.

crotalia, -ōrum *n.* [*κροτάλια, *cf.* κρόταλον. *Th.*]. PLIN. nat. 9, 114 -a appellant *uniones*, ceu sono quoque gaudeant et collisu ipso margaritarum. PETRON. 67, 9 *ex capsella* duo -a protulit. NOT. Tir. 99, 77.

crotalisso, -āre [κροταλίζειν. *Th.*]. MACR. gramm. V 626, 24 -are. 651, 23. CASSIOD. gramm. VII 154, 8 crotalizo -o. 157, 18.

crotalistria, -ae *f.* [*κροταλίστρια, *cf.* κροταλίζειν et cymbalistria, ψάλτρια. *Th.*]. *quae crotalis crepitat*: PROP. 4, 8, 39 (eboralistria *N*, coralistria *DV*). *translate*: PVBLIL. (?) Petron. 55 ciconia ... gracilipes -a. *cf.* crotolare.

crotalum, -ī *n.*, κρόταλον. *instrumentum musicum, i. q. crepitaculum*: SCIP. min. or. frg. Macr. sat. 3, 14, 6 vidi puerum ... cum -is saltare. COPA 2 copa ... crispum sub -o docta movere latus. PRIAP. 27, 3 cymbala cum -is, pruriginis arma. FRONTO p. 160, 5 N. quin ad modum -i aut cymbali pedem poneret. APVL. met. 8, 24 per plateas et oppida cymbalis et -is personantes. 9, 4 PANEG. 12, 37. MACR. sat. 3, 14, 4 -a gestantes saltare. MART. CAP. 2, 133 magno tympani crepitu -orumque tinnitu. *cf.* GLOSS. crustallum (crotalum *Salmas.*) ψόφος ποδῶν. *comp.* onocrotalus. [*it. sept.* grol', *cf. it.* crocchiare '*crotalissare*'. *M.-L.*]

crotaphos, *gen. plur.* -ōn *m.*, κρόταφος. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 4 dolor ... temporum, quem dolorem -on appellant. *deriv. graec.*: crotafius.

crypta, -ae *f.*, κρυπτή. *legitur* crupta: CORP. I 1147 *bis.* IX 5159. INSCR. nuov. bull. christ. X (1904) p. 207 de Rossi II p. 151, 26 *et* 8 GLOSS. II 118, 12. cripta: INSCR. Notiz. degli scavi 1900 p. 231 *et saepe in codicibus.* crepta: ITIN. Burdig. p. 589, 6. chrypta: CORP. VI 10005 *bis.* *graecis litteris scribitur*: VLP. dig. 43, 17, 3, 7. *saepius in codicibus per errorem scribitur* scripta (*cf. l. 81. p. 1261, 28. 29. 31*). GLOSS. κρυπτή. spelunca. spelunca pervia [cuneus. turba hominum (*Ott coni.* rupta)]. arcussum (*vel* ascussum. *i.* absconsum?). *legitur inde a* VARRONE Men. *singulis locis apud* VITR. SEN. phil. IVV. SVET. VVLG., *bis apud* PETRON., *saepius recentioribus temporibus.* NOT. Tir. 38, 50. *cf.* Mau, *PW. IV 1732.* [*it.* grotta, *francog. vet.* crotte, *hisp.* gruta. *M.-L.*]

1 *i. q. via vel ambulatio tecta aedibus addita*: VARRO Men. 536 non vides in magnis peristyliis, qui -as domi non habent, sabulum iacere a pariete aut xystis, ubi ambulare possint? VLP. dig. 43, 17, 3, 7 plane si cenaculum ex publico aditum habeat, ait Labeo, videri non ab eo aedes possideri, qui κρύπτας possideret, sed ab eo, cuius aedes supra κρύπτας essent. SPART. Hadr. 10, 4 cum *Hadrianus* ... triclinia de castris et porticus et -as et topia dirueret. VVLG. Ier. 43, 9 sume lapides grandes in manu tua et abscondes eos in -a (ἐν προθύροις), quae est sub muro latericio in porta domus Pharaonis. CORP. II 3428 insulis emptis -am et porticum ... fecit. V 1891. VI 10005 hanc maceriam pertinentem ⟨ad monu⟩mentum suum et chryptam ... paraverunt. IX 3168 is aedem podium -ae partem facienda curavit. X 810 Eumachia ... chalcidicum -am porticus Concordiae Augustae pietati sua pequnia fecit. 811. 5971 (= I 1147) cruptam et locum, ubi crupta est et aream, ubi viridia sunt, municipio ... deder⟨unt⟩. XI 5753 -am c⟨u⟩riam solo privato sua pecu⟨n⟩ia fecit. *de -is theatrorum*: REG. urb. p. 13, 8 regio VIIII circus Flaminius. continet ... -am Balbi (*cf.* CVRIOS. urb. reg. 9 p. 12, 7 *et Hülsen, PW. IV 1732*). CORP. V 1008a viae stratae ab Annia ad murum et post -am ad theatrum. X 833 (*Pompeis in theatro maiore*) M. M. Holconii Rufus et Celer -am tribunalia thea⟨trum⟩ s(ua) p(ecunia). 834. XI 4206 porticum thea⟨tr(um)⟩ -am perfi⟨cienda cu⟩ravit. **2** *i. q. via tecta subterranea*: SVET. Cal. 58 cum in -a, per quam transeundum erat, pueri nobiles ... praepararentur, ... restitit. HIER. praef. Vulg. Dan. (*in imag.*) cum me in linguae huius pistrinum reclusissem ... quasi per -am ambulans rarum desuper lumen aspicerem, impegi novissime in Danielem. **3** *i. q. via, qua per montem perfossum itur*: SEN. epist. 57, 1 a ceromate nos haphe excepit in -a Neapolitana. PETRON. frg. 16 transire -am Neapolitanam (*cf. Hülsen, PW. IV 1732*). **4** *i. q. cloaca*: IVV. 5, 106 solitus mediae -am penetrare Suburae *piscis.*

5 *i. q. spelunca, antrum* (*cf.* GLOSS. *l. 39*): ITALA iud. 6, 2 (Lugd. Lucif. reg. apost. 1 p. 36, 29) et fecerunt sibi fili Istrahel ante faciem Madie speluncas et -as in montibus et monitiones (τὰς τρυμαλιὰς τὰς ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ τὰ σπήλαια καὶ τὰ κρεμαστά, VVLG. antra et speluncas). ITIN. Burdig. p. 589, 6 est ibi et crepta, ubi Salomon daemones torquebat (cripta *V*, adscripta *S*. *cf. l. 38*). PS. AMBR. act. Seb. 22, 84 sepulti sunt ... in via Appia, in loco, qui vocatur ad arenas, quia -ae arenarum illic erant, ex quibus urbis moenia struebantur. DIOSC. 3, 71 petroselinum nascitur in Macedonia in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

criptis (in crepitis *M S*) vel in speluncis (*ἐν ἀποκρήμνοις τόποις*). CASSIOD. var. 4, 51, 4 (*a. 507/511*) ut -as magis excelsi montis crederes quam aliquid fabricatum esse iudicares (*sc. de theatro*). GREG. M. epist. 11, 26 (*a. 601*) retrusas -as iuxta Flamineam portam invenientes in eis se occultaverunt . . . deposuerunt lapides, qui in ore -arum positi fuerunt. PS. MATTH. euang. 35 -a . . ., ubi leaena catulos nutriebat. **6** *i. q. cellarium, apotheca*: VITR. 6, 5, 2 qui autem fructibus rusticis serviunt, in eorum vestibulis stabula tabernae, in aedibus -ae horrea apothecae ceteraque, quae ad fructus servandos magis quam ad elegantiae decorem possunt esse. *cf.* CORP. IX 5159 ⟨cr⟩uptam ⟨. . .⟩re horreum. **7** *i. q. stabulum*: SIDON. carm. 23, 319 qua est ianua consulumque sedes, ambit quam paries utrimque senis -is carceribusque fornicatus (*in circo*). **8** *de adytis templorum vel aliis sacris locis, sepulcris sim. sub terra factis*: GLOSS. crupta *βαίτης*. cripta *βαίγη* (*cf.* HESYCH. *βέτης· τὸ ἀπόκρυφον μέρος τοῦ ἱεροῦ*). PETRON. 16 ego sum ancilla Quartillae, cuius vos sacrum ante -am turbastis. ITIN. Burdig. p. 598, 6 in ipsa cripta (scripta *V*) *in Bethlehem monumentum Ezechihel* habet ad latus . . . nomina supra scripta. PS. AMBR. act. Seb. 23, 88 hoc (*sc. corpus meum*) sepelies in initio -ae iuxta vestigia apostolorum. HIER. in Ezech. 12, 40 p. 468 solebam diebus dominicis sepulcra apostolorum et martyrum circuire; crebroque -as ingredi *eqs.* LIB. pontif. 31, 10 cuius corpus . . . sepelivit in -a iuxta cymiterium Callisti via Appia. 35, 10. 42, 11. 45, 12. 46, 12. 63, 28 Constantinus Augustus fecit basilicam beato Laurentio martyri via Tiburtina in agrum Veranum supra arenario -ae. 64, 3. 100, 12. 111, 3 in -a iuxta corpus beati Xysti. ITIN. Burdig. p. 594, 25 inde (*sc. a Golgatha*) quasi ad lapidem missum est cripta (scripta *S*, *cf. p. 1260, 38*), ubi corpus eius (*sc. Christi*) positum fuit. p. 596, 19 cripta (scripta *S*, *cf. p. 1260, 38*) ubi Lazarus positus fuit. PRVD. perist. 11, 154 *de sepulcro Hippolyti martyris* mersa latebrosis -a (scripta *A*, *cf. p. 1260, 38*) patet foveis. CORP. IX 3411 *in fronte sepulcri* -ae parte. INSCR. Notiz. degli scavi 1900 p. 231 in cripta. nuov. bull. crist. X 1904 p. 207 undecima crupta secunda pila. de Rossi II p. 151, 26 quae pridem in cruptis pausabant membra beata. CORP. III 1096 -am cum porticibus et apparitorio . . . fec(erunt). 4183 -am vi ignis exustam . . . refecerunt. XIV 66 C. Valerius Heracles pater et an⟨tis⟩tes dei iu⟨b⟩enis inconrupti Solis invicti Mithrae ⟨c⟩ryptam palati concessa⟨m⟩ sibi a M. Aurelio.

cryptārius, -iī *m. a* crypta. *i. q. praepositus cryptae*: CORP. VI 631 initiales collegi Silvani Aureliani curatores M. Aurelius Aug. lib. Hilarus et Coelius Magnus -us (*in titulo gladiatorum. 'Mommsenus Henzeno probavit,* -um *esse custodem cryptae, in cryptis enim gladiatores exerceri solitos collato Suetonio Cal. 58' adnot. ad l.*). 3713 collegium Silvani restituerunt M. Aurelius Aug. lib. Hilarus et Magnus -us curatores.

crypticus, -a, -um, *κρυπτικός*. *i. q. abditus*: SIDON. epist. 1, 5, 3 pontes, quos antiquitas a fundamentis ad usque aggerem calcabili silice crustatum -is arcubus fornicavit. *de crypta ecclesiae*: ALC. AVIT. hom. 22 p. 138, 29 subterraneo -i sinus recessu turgens aula. *de moribus i. q. insidiosus*: FIRM. math. 3, 7, 13 si vero vespertinus in hoc loco fuerit inventus *Mercurius stella*, faciet cordatos, graves, -os, rationibus aut mensis aut horreis aut apothecis aut instrumentis aut negotiationibus praepositos.

cryptoporticus, -ūs *f.* [*compos. ex κρυπτός et* porticus, *cf.* crypta. *Th.*]. *idem fere significat, quod* crypta *1*, *cf. Mau, PW. IV 1733.* PLIN. epist. 2, 17, 16 (*in descriptione villae*) hic -us prope publici operis extenditur. 2, 17, 17 ante -um xystus violis odoratus *eqs.* 5, 6, 27 non procul a balineo scalae, quae in -um ferunt, prius ad diaetas tres. 5, 6, 28 in summa -u cubiculum ex ipsa -u excisum. 5, 6, 29 a latere aestiva -us in edito posita. 5, 6, 30. 31 post utramque -um unde triclinium desinit, incipit porticus. 7, 21, 2. 9, 36, 3. SIDON. epist. 2, 2, 10 a parte vestibuli longitudo tecta intrinsecus patet mediis non interpellata parietibus, quae quia nihil ipsa prospectat, etsi non hypodromus, saltim -us meo mihi iure vocitabitur. 2, 2, 11 a -u in hiemale triclinium venitur.

crysalion *v.* crystallion. **crysta** *cf.* crista *p. 1209, 36.*

crystallicus, -a, -um *a* crystallus. *i. q. dilucidus ut crystallus*: PS. FVLG. RVSP. serm. 61 p. 931[D] quam bene super ripas illius -i fluminis medicinalium tegebaris opacitate lignorum (*de eo, qui incidit in latrones*). *in imagine*: AVG. serm. ed. Mai 152, 2 splendebat elapsa crystallus de ore prophetantium et salutare panificabatur nobis verbum, -a prophetiae fermentatione formatum.

crystallinus, -a, -um, *κρυστάλλινος*. crustallinum: SEN. dial. 5, 40, 2. 3 epist. 123, 7 (*corr. Hense*). 119, 3. crustalinum: SEN. epist. 119, 3 (*B, priorem* u *in* i *mutavit A*). *legitur inde a* SEN. phil. *et* PETRON. NOT. Tir. 99, 100 crystallinum.

1 *e crystallo factus*: SEN. epist. 119, 3 utrum sit aureum poculum an crustalinum (*cf. p. 1262, 30*) an murreum an Tiburtinus calix an manus concava, nihil refert (CAPITOL. Aur. 17, 4 aurea pocula et -a et murrina. EVTR. 8, 13 vasa aurea, pocula -a et murrina). PETRON. 33 -is tesseris. 64 vasa omnia -a (PAVL. sent. 3, 6, 67 sed et buxina et -a et argentea et vitrea vasa . . . legato cedunt). PLIN. nat. 35, 158 in sacris quidem inter has opes hodie non murrinis -isve, sed fictilibus prolibatur simpuvis. 37, 28 invenio apud medicos, quae sint urenda corporum, non aliter utilius uri putari quam -ā pilā adversis oppositā solis radiis. 37, 29 duos calices -os (GREG. TVR. glor. mart. 45 ibique admirabili pulchritudine calix -us habebatur). PS. AMBR. act. Seb. 16, 59 idola -a et holovitrea et omne opus illud mechanicum. SIDON. epist. 9, 7, 3 tota denique *structura orationis* liquida prorsus est ductilis, veluti -as crustas aut onychitinas non impacto digitus ungue perlabitur, quippe si nihil eum rimosis obicibus exceptum tenax fractura remoretur. MYTHOGR. 1, 130, 39 contra quas missus est Perseus cum -o clypeo et harpe, quod est genus falcati teli. lapis -us: EVSTATH. Bas. hex. 3, 4 p. 894[C] eiusmodi alicui materiae, quae ex diffusione liquoris sumpsit originem, qualis est lapidis natura -i, quem ferunt ex aquarum concretione generari.

2 *crystallo similis, durus vel dilucidus ut crystallus*: PLIN. nat. 37, 120 sappiri . . . inutiles scalpturis intervenientibus -is centris. 37, 134 est inter candidas *gemmas* et quae ceraunia vocatur, fulgorem siderum rapiens, ipsa -a splendoris caerulei. 37, 144 alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inventas *gemmas* -a specie, magnitudine fabae (SOL. 1, 77 DAMIG. lapid. 19). 37, 156 cetionides . . . multis coloribus tralucentes, alias vitreae, alias -ae, alias iaspidis, sed et sordidis tantus est nitor, ut imagines reddant ceu specula. SOL. 33, 22 *paederos* -um lucet (*cf.* PLIN. nat. 37, 129 *p. 1264, 4*). DRAC. Romul. 8, 75 -a Xanthi fluminis unda rubet. PASS. Matth. 26 et sic erat gelatum mare tamquam mare -um (*καὶ ἦν ἰδεῖν πεπηγμένην τὴν θάλασσαν ὡσεὶ λίθον κρυστάλλου*). *imprimis de glacie*: PROSP. in psalm. 147, 14 sed tam potens est gratia dei, ut tam annosam glaciem faciat superno igne fervescere et eos, qui -o frigore fuerant obdurati, afflatu suo faciat concalescere.

subst. n. crystallinum, -ī (*sc. vas e crystallo factum. cf. Rostowzew, PW. IV 1733; Marquardt-Mau, Privatl. p. 765; Blümner, Technol. III 250*): SEN. epist. 123, 7 omnes iam mulos habent, qui crustallina (cristillina *B A*) et murrina et caelata magnorum artificum manu portent (PLIN. nat. 36, 1 lapidum natura restat, hoc est praecipua morum insania, etiam ut gemmae cum sucinis atque -is murrinisque sileantur. 37, 29 proximum locum in deliciis . . . sucina obtinent . . . -a frigido potu, myrrhina utroque. 37, 49 myrrhinorum et -orum diximus gratiam. MART. 3, 82, 25 Opimianum morionibus nectar -isque murrinisque propinat. IVV. 6, 155 grandia tolluntur -a, maxima rursus myrrhina. PAVL. dig. 33, 10, 3, 4 de murrinis et -is dubitari potest, an debeant adnumerari supellectili propter eximium usum et pretium). SEN. dial. 5, 40, 2 fregerat unus ex servis eius crustallinum (5, 40, 3 crustallina autem omnia coram se frangi iussit. benef. 7, 9, 3 -a, quorum accendit fragilitas pretium. *cf.* PLIN. nat. 33, 5. MART. 14, 111 frangere dum metuis, franges -a). MART. 1, 53, 6 sic Arretinae violant -a testae. 9, 59, 13 et turbata brevi questus -a vitro. *officium*: CORP. III 536 Theoprepen Aug. lib. . . . praepositum a fiblis, praeposit⟨um⟩ a -is.

crystallion, -iī *n.* *nomen herbae*: PLIN. nat. 25, 140 psyllion alii cynoides, alii -n (*H. Barbarus e Diosc.*, crysalion, chrisalion, crisanion *codd.*; chrysalion *vulg.*), alii Sicelicon, alii cynomyiam appellant, radice tenui, supervacua, sarmentosum, fabae granis in cacuminibus, foliis canino capiti non dissimilibus, semine autem pulici, unde et nomen. DIOSC. 4, 65 (= 4, 69 W) psillion aut quinofollion, quem Siculi cristallion dicunt.

crystalloīdēs, -is *adi.*, *κρυσταλλοειδής*. *pars oculi*: *graece*: CELS. 7, 7, 13 *summam tunicam oculi* superveniens ab interiore parte membranula includit. sub his gutta umoris est, ovi albo similis; a qua videndi facultas proficiscitur: *κρυσταλλοειδής* a Graecis nominatur. VINDIC. med. 19. ORIBAS. syn. 8, 53 claucomata cristalloides tonicae (*i.* -is tunicae) passionem esse *medici* dicunt.

crystallus, -ī *m.* (*f. v. l. 82*) *et* **crystallum**, -ī *n.*; *κρύσταλλος, κρύσταλλον.* *de formis*: chryst-: PLIN. nat. 37, 116. APRING. in apoc. 21, 11. 22, 1 *l. 77.* christ-: ITALA apoc. 22, 1 (Primas. *cod. D*) VEN. FORT. vita Leob. 23, 75. *nom.* crystallos: LVCAN. 10, 160. crystallus: PLIN. nat. 37, 178 GELL. 19, 5 lemma. ITIN. Alex. 21 CHALC. comm. 323 HIL. in Matth. 24, 6 AMBR. in apoc. 7, 22, 1 p. 962[B] VVLG. Sirach 43, 22 HIER. in Agg. 2, 17 p. 767 AVG. serm. ed. Mai 152, 2. crystallum: STAT. silv. 1, 2, 126. 3, 4, 58 MART. 8, 77, 5. 9, 22, 7. 9, 73, 5. 10, 13, 5. 10, 66, 5. 12, 74, 1 ITALA psalm. 148, 8 (Hil. in psalm. 148, 6) HIL. in psalm. 148, 6 HIER. epist. 69, 6 tract. in psalm. 147, 17 in Ezech. 1, 22 p. 20 AVG. in psalm. 147, 2. 26 CLAVD. carm. min. 38, 1 ALC. AVIT. carm. 1, 253 ZACCH. 1, 10 ORIENT. comm. 1, 552 SIDON. carm. 11, 94 PAVL. PETRIC. visit. nepot. 11 CASSIOD. in psalm. 147, 6 GREG. M. in Ezech. 1, 7, 18 GLOSS. II 355, 55. 500, 4 III 245, 3. 434, 54 NOT. Tir. 99, 99. *plur. v. p. 1263, 2 et 1264, 56.* crustallum: APVL. met. 2, 19. 6, 13. chrystallum: ITALA (Apring. 22, 1) *et* VVLG. *cod. Fuld.* apoc. 22, 1. chrystalum: ITALA num. 11, 7 (Lugd.). cristallum: DVB. NOM. gramm. V 576, 6 ITALA apoc. 22, 1 (Primas. *codd. F N G*). ENNOD. carm. 1, 8, 19 ORIBAS. syn. 4, 42. *de genere* (*permultis locis genus non liquet*): *certo mascul. gener.*: DRAC. laud. dei 1, 712. crystallus (*et lapidem et glaciem significans*) *feminini*: CINNA carm. frg. 6 PRIAP. 63, 6 PROP. 4, 3, 52 OV. carm. frg. 8 PLIN. nat. 36, 192. 37, 129 VVLG. psalm. 147, 17. *neutr.* (DVB. NOM.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gramm. V 576, 6 cristallum generis neutri, ut Ovidius 'currus cristallo lucidus albo' *v. l. 76*) *v. p. 1262, 69 sqq.* *pluralis neutrius generis significatione glaciei*: STAT. silv. 1, 2, 126 CLAVD. carm. min. 31, 7 ALC. AVIT. carm. 1, 253 ZACCH. 1, 10 SIDON. carm. 11, 94. *significatione poculi v. p. 1264, 56.* *invenitur inde a* CINNA. NOT. Tir. 99, 99 -um. *de significatione*: PLIN. nat. 37, 23 contraria huic (*sc. fervori*) causa -um facit, gelu vehementiore concreto; non aliubi certe reperitur quam ubi maxime hibernae nives rigent, glaciemque esse certum est, unde nomen Graeci dedere *eqs.* (= SOL. 15, 29 ISID. orig. 16, 12, 6. 16, 13, 1). *cf.* 36, 161 umorem hunc, terrae (*sc. de silice*) quadam anima -i modo glaciari et in lapidem concrescere manifesto apparet. STAT. silv. 1, 2, 126 raraque longaevis nivibus -a gelari. CHALC. comm. 323 in glacialibus et gelidis locis aqua diu constricta mutatur in saxum, quod -us vocatur ab Alpinis gentibus montium Raeticorum. AVG. in psalm. 147, 2 est enim -um species quaedam in modum vitri, sed candidum est (*cf. p. 1264, 41*). traditur ergo -um durata per multos annos et non resoluta nive ita congelascere *eqs. sim.* CASSIOD. in psalm. 147, 6. GLOSS. -um κρύσταλλος. genus saxi candidi. genus saxi in similitudine vitri albi (*cf. l. 55 sqq.*).

1 *i. q. glacies*: HIER. epist. 69, 6 in Ezechiele propheta -um super Cherubim videtur extensum, id est compactae et densiores aquae. PRIAP. 63, 6 rigetque dura barba vincta -o. SEN. nat. 3, 25, 12 quis non gravissimas esse aquas credat, quae in -um coeunt? PLIN. nat. 37, 83 vitia opali, si color in florem herbae ... exeat aut in -um aut grandinem, si sal interveniat. GELL. 19, 5 lemma. ex Aristotelis libris sumptum ... quod ex nive -us concreatur. 19, 5, 5 in eo libro scriptum fuit deterrimam esse potu aquam e nive itemque solidius latiusque concretam eam, quam κρύσταλλον Graeci appellant. ITALA num. 11, 7 (Lugd.) species eius *mannae* sicut species chrystali (κρυστάλλου, VVLG. coloris bdellii). (AVG. serm. ed. Mai 152, 2 hodie [*die resurrectionis sive panis*] ... processit panis in veritate, qui sicut -us mittebantur de nubibus prophetiae). ITALA psalm. 148, 8 (Hil. in psalm. 148, 6) ignis, grando, nix, -um (κρύσταλλος, VVLG. glacies), spiritus procellae. HIER. in Is. 54, 11 p. 639 concrescere aquae dicuntur in -um. CLAVD. carm. min. 31, 7 Caucaseo -a ferunt de vertice lynces. 33—39 lemma. de -o cui aqua inerat. VVLG. Sirach 43, 22 frigidus ventus aquilo flavit et gelavit -us ab aqua, super omnem congregationem aquarum requiescet et sicut lorica induet se aquis (κρύσταλλος). psalm. 147, 17 *deus* mittit -um suam sicut buccellas (*cf.* HIER. tract. in psalm. 147, 17). ALC. AVIT. carm. 1, 253 talis in argento non fulget gratia, tantam nec -a dabunt nitido de frigore lucem. 3, 227 cumque peregrinus frugem misisset acervus, fervebat priscum -o algente Falernum. PROSP. in psalm. 147, 14 nives antiquius obduratae convertuntur in -um, quo significantur lapidea corda infidelium, quae gelu nimiae vetustatis obstricta nullum calorem sancti spiritus receperunt. ZACCH. 1, 10 -a flatibus duret *deus*. SIDON. carm. 11, 94 dixit currumque poposcit, cui dederant -a iugum *eqs.* ENNOD. carm. 1, 8, 19 cristallum fluxit, sed cursus fluminis arsit: quod lapides solvit, nexuit Eridanum (*de Tanaide flumine*). ORIBAS. syn. 4, 42 quae *aquae* ... ex cristallo sunt et nive, pessimae sunt. CORIPP. Iust. 3, 291 nec fragilis potuit -i forma noceri praesolido stringente gelu. GREG. M. in Ezech. 1, 7, 18 -um forte quidem nimis est, sed ex aqua solidatur.

2 *significat lapidem quendam pretiosum vitro similem*: **a** *generaliter*: CVRT. 3, 3, 9 super tabernaculum, unde ab omnibus conspici posset, imago solis -o inclusa fulgebat. PLIN. nat. 1, 37, 9 de -o (medicina ex eo. 1, 37, 10 luxuria in eo). 37, 79 Indi et alias quidem gemmas -um tinguendo adulterare invenerunt, sed praecipue berullos. 37, 116. 127 Bocchus auctor est et in Hispania repertas *ponticas gemmas* et quo in loco -um dixit ad libramentum aquae puteis defossis erui, chrysolithon ... a se visam. 37, 136 effoditur *ceraunia* ... cetera sui parte -us, itaque quidam eam radicem -i esse dixerunt. 37, 138. 197 quibus modis ex -o smaragdum tinguant aliasque tralucentes (*cf. p. 1264, 3*). 37, 204 rerum ... maximum est pretium in mari nascentium margaritis; extra tellurem -is. SOL. 20, 9 nam Glaesaria dat -um, dat et sucinum. 52, 54 nunc reddemus, quae adamantium sint species et qui colos cuique. eximius in quodam -i genere invenitur. 52, 63. HIL. in Matth. 24, 6 aurum, argentum, aes, aurichalcum, margaritae, -us propriam significantiam pro natura uniuscuiusque metalli complectuntur. DAMIG. lapid. 23 capnites lapis similis est -o. MART. CAP. 1, 75 posterior autem pars coronae hydatide et adamante et -o lapidibus alligabatur. **b** *de albo colore*: CINNA frg. 6 atque imitata nives lucens (ludens *codd.*) legitur -us. OV. carm. frg. 8 currus -o lucidus albo (alba *codd.*; *cf. supra l. 1*). PLIN. nat. 37, 77 quarto loco numerantur hyacinthizontes ... deinde oleagini, hoc est colore olei, postremi -o similes *gemmae*. 37, 123 quintum amethystorum genus ad vicina -i descendit albicante purpurae defectu. 37, 132. ITIN. Alex. 21 salem effundunt rivuli, quo non purior -us. IVL. VAL. 3, 33 congesta saxorum nivali specie candentium, quae pleraque -i metalla dicebantur. AVIEN. orb. terr. 453 hic dites venae niveum gignunt -um. PRVD. cath. 2, 71 tu sancte, qui taetram picem candore tingis lacteo ebenoque -um facis. APRING. in apoc. 21, 11 in -i autem candore baptismi in eo significat gratiam rutilare. **c** *de splendore*: PLIN. nat. 36, 198 maximus tamen honos in candido (*sc. vitro*) tralucentibus quam proxima -i similitudine (*cf. p. 1262, 23*) 37, 129 coeunt quippe in tralucidam -um viridis suo modo aër. ITALA apoc. 21, 11 (Apring.) lumen eius similis lapidis pretiosi et ut lapis iaspidis sicut -um (ὡς λίθῳ ἰάσπιδι κρυσταλλίζοντι, VVLG. sicut -um). 22, 1 (*ibid.*) et ostendit mihi flumen aquae vivae splendidum sicut -um (ὡς κρύσταλλον, VVLG. tamquam -um). AMBR. in apoc. 7, 22, 1 p. 962^{B} qui fluvius splendidus tamquam -us esse dicitur: verum quia huius lapidis in hoc libro saepe fit mentio, placuit, ut de natura et significatione eius pauca dicamus *eqs.* hex. 6, 9, 60 oculorum orbes ... decori ad gratiam utpote in -i speciem refulgentes. HIER. in Agg. 2, 17 p. 767 ecce ego praeparabo ... portas tuas de lapide -o (λίθους κρυστάλλου, VVLG. Is. 54, 12 in lapides sculptos) et murum tuum de lapidibus electis ... vel innocentia et bonorum operum simplicitate lucentes ut -us. in Am. 3, 7 p. 329 *adamas* durissimus et indomabilis ... ferrugineum habens colorem et splendorem -i. in Ezech. 9, 28 p. 332 MEROB. carm. 2, 7. DRAC. laud. dei 1, 712 qui scit, quo nitidus -us ventre creatur. AVG. in psalm. 147, 26 ecce -um erat apostolus Paulus, durus obnitens veritati ... quia ergo -um erat, nitidus videbatur et candidus, sed durus et nimium gelidus. VEN. FORT. vita Leob. 23, 75 ut cunctis qui aderant non olei nitor, sed christalli videretur clarescere splendor. *nota in imagine de caelo*: NOVATIAN. trin. 8, 52 cuncta desuper -o contegente, id est, caelo omnia operiente. PROB. Verg. georg. 1, 336 summa est Saturni *stella*, quae quia propior est -o, hoc est caelo, in ea deficit calor solis. HIER. epist. 64, 19 super -um thronus ex sapphiro est. in Ezech. 1, 7 p. 11 firmamenti etiam similitudinem -o comparatam, caelum hoc quod suspicimus, intellegi volunt. 1, 22 p. 20 similitudo firmamenti, quod nos appellamus caelum, habens speciem -i, quod est purissimum et ex aquis mundis atque lucentibus nimio frigore concrescere dicitur. VVLG. Ezech. 1, 22 similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus -i horribiles et extenti super capita eorum desuper (ὡς ὅρασις κρυστάλλου). **d** *de forma*: PLIN. nat. 37, 56 quadam -i cognatione (*de adamante*) siquidem et colore tralucido non differt et laterum sexangulo lēvore. 37, 136 sexangulam esse ut -um constat. 37, 178 pangonus non longior digito, ne -us videatur, numero plurium angulorum facit. SOL. 33, 20 *Arabs* invenit et iridem in mari rubro sicut -um sexangulatum. AMBR. in apoc. 7, 22, 1 p. 962^{B} -us sex angulos habens in summitate vero acuitur *eqs.* **e** *comparatur vitro*: SCRIB. LARG. 60 item vitrum candidum quod simile -o est. PLIN. nat. 36, 198 maximus tamen honos in candido tralucentibus *vitris*, quam proxima -i similitudine. ITALA apoc. 4, 6 (Apring. *et* VVLG.) et in conspectu sedis tamquam mare vitreum simile -o. **f** *efficiuntur e crystallo pocula et aliae res* (*cf. Blümner, Technol. III 249. IV 386*): COPA 30 aestivo recubans nunc prolue vitro, seu vis -i (cristalle *B*) ferre novos calices. PLIN. nat. 37, 29 mire his (*sc. crystallinis poculis*) ad similitudinem accessere vitrea, sed prodigii modo, ut suum pretium auxerint, -i non deminuerint. 36, 192 in India et -o fracta fieri *vasa vitrea* et ob id nullum *vitrum* comparari Indico. APVL. met. 2, 19 hic vitrum fabre sigillatum, ibi crustallum impunctum, argentum .... 6, 13 -o dedolatum vasculum ... tradidit. *cf. p. 1261, 78.* *nota*: PROP. 4, 3, 52 -usque meas ornet aquosa manus. *metonymice: i. q. poculum e crystallo factum*: LVCAN. 10, 160 manibusque ministrat Niliacas -os aquas. *saepe -a plur.*: STAT. silv. 3, 4, 58 hic pocula magno prima duci murrasque graves -aque portat. MART. 8, 77, 5 candida nigrescant vetulo -a Falerno. 9, 22, 7 nec labris nisi magna meis -a terantur. 9, 73, 5 rumpis et ardenti madidus -a Falerno. 10, 66, 5 quis potius cyathos aut quis -a tenebit? 10, 13, 5 candida Setini rumpant -a trientes. 12, 74, 1 dum tibi Niliacus portat -a cataplus. ORIENT. comm. 1, 552 quos -a dabunt quosque patella cibos. SIDON. epist. 2, 13, 7 inque -is calerent unguenta glacialibus. *Lambertz.*

ctēticus, -a, -um, κτητικός. *t. t. grammaticorum*: DON. gramm. IV 373, 28 -a *nomina* id est possessiva. CLEDON. gramm. V 36, 10. POMP. gramm. V 147, 7. CONSENT. gramm. V 341, 2 -a quae abusiva vel possessiva dicuntur. 341, 7.

cuamus, cuanus, cuathus *v.* cy-.

?**cuateri** *genet. nominis speciei ignotae*: MARCELL. med. 36, 12 -i drachmam I. *L.*

1. cuba *v.* cumba.

?**2. cuba**, -ae *f.* ITIN. Anton. Plac. rec. A 43 exinde venimus per heremum ad speluncam Pauli, hoc est syracumba (*sic codd.*, syriace cuba *Geyer*), *cf.* HIER. vita Pauli 6 in cisterna veteri, quam gentili sermone Syri gubbam vocant. in Ier. 6, 7 p. 722^{D} cisternam, quae sermone Syro et Hebraico gubba appellatur.

cubātio, -is *f. a* cubare. VARRO ling. 8, 54 ut a -e cubiculum, sic a sessione sediculum. *i. q. actus cubandi*: CAEL. AVR. chron. 5, 1, 1 generantur istae passiones (*sc. frigoris susceptio*) nunc ex manifestis, nunc ex occultis causis, ut est perfrictio profunda vel terrena -o. CASSIOD. var. 10, 30, 2 genus -is *elephantorum*. *i. q. cubile*: ORIG. in Matth. 18, 28 sicut in deserto vulpes faciunt in iis (*sc. corporibus peccantium?*) foveas et serpentes ... -es.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cubātor, -ōris *m. a* cubare. PAVL. NOL. epist. 21, 4 Iohannes igitur, beatus dominici pectoris -r.

cubecularia *v.* cubicularia *p. 1266, 21.*

cubi *v.* ubi *et* necubi, sicubi.

cubiclāria, cubiclum *v.* cubicul-.

cubiculāris, -e *a* cubiculum, *cf.* DIFF. Suet. 311, 2. *i. q. ad cubiculum pertinens*: *de lecto* (*cf.* CHAR. gramm. I 76, 21 cubicularius est custos cubiculi, -is vero lectus cubiculo aptus. GLOSS. -is lectus cubiculo aptus, ut caligarius artifex, caligaris clavus. lectus -is *κλίνη κοιτωνική*): CIC. div. 2, 134 somniasse se ovum pendere ex fascea lecti sui -is. Tusc. 5, 59 cum *Dionysius* fossam latam -i lecto circumdedisset. RVT. LVP. 2, 7 protinus ex -i lectulo excitatus in triclinium trahitur. VAL. MAX. 9, 13 ext. 4 -em lectum perinde quasi castra lata fossa cinxit. LAMPR. Heliog. 20, 4 hic solido argento factos habuit lectos et tricliniares et -es. *cf.* VARRO ling. 8, 32 omnes lectos haberemus domi ad unam formam et aut cum fulcro aut sine eo, nec cum ad tricliniarem gradum, non item ad -em. PLIN. nat. 8, 226 *talparum* e pellibus -a vidimus stragula. *alia*: [MART.] 14, 39 lemma: lucerna -is. dulcis conscia lectuli lucerna *eqs.* 14, 147 lemma: -a gausapina. 14, 150 lemma: -a polymita. LAMPR. Heliog. 14, 6 obiectuque veli -is, quod in introitu erat cubiculi, se texit. AVG. c. Iul. op. imperf. 4, 44 sic alter est -is habitus, seminudus et securus, alter vero forensis. MACR. sat. 2, 4, 17 culcitam ... -em. *nota de cubiculo ipso*: ALC. AVIT. epist. 36 p. 66, 10 cum primum rarescentibus tenebris -is ergastuli aliquantisper ordinandi officii copia fuit. *de rebus, quae in cubiculo fiunt*: TERT. anim. 25 taceo -es aestus (*sc. mulierum parturientium*) et omnem illic caloris paraturam enitentibus necessariam. AVG. serm. ed. Mai 125, 2 deum interroga, respondeat tibi de morte ista domestica, de morte interiore, de morte -i. *subst. n.* cubiculāre, -is: ITALA Iudith 16, 19 (Sangerm. 15) -e quod detraxerat de cubiculo eius (*nisi est* culiculare, *nam* LXX *κωνωπεῖον*, VVLG. 16, 23 conopeum). NOT. Tir. 81, 51 -e. [*corrupt.* SVET. Aug. 7 quae *imaguncula* inter cubiculares (*codd.*, cubiculi Lares *Lipsius*) colitur.]

cubiculārius, -a, -um *a* cubiculum, *cf.* cubicularis. *i. quod ad cubiculum pertinet vel in cubiculo fit*: AMM. 29, 2, 7 -iis officiis praepositus. FVLG. myth. 1 praef. p. 13 -as ... fores irrupit. CLAVD. MAM. anim. p. 129, 17 -iis disputationibus de sublimium indage causarum. CASSIOD. hist. 9, 45 p. 1160^D -os corrumpentes eunuchos.

subst. m. ***cubiculārius**, -iī *i. servus vel libertus, qui officio cubiculi fungitur*: CHAR. gramm. I 76, 21 -us est custos cubiculi. ALF. dig. 50, 16, 203 qui ad *patris familias* corpus tuendum atque ipsius cultum praepositi destinatique essent, quo in genere iunctores, -ii, coci *eqs.* PAVL. sent. 3, 6, 72 muliones et institores inter urbana ministeria continentur, item opsonatores et vestiarii et cellarii et -ii. MARCIAN. dig. 32, 65 pr. -os non videri negotiationis appellatione contineri. GLOSS. *κοιτωνίτης. εὐνοῦχος.* *cf.* CONST. PORPH. cer. aul. 1, 1 *κουβουκλάριον, οἱ τοῦ κουβουκλείου.* *cf. Rostowzew, PW. IV 1734.* *formae*: cubiclarius: CORP. VI 6615 ⟨cu⟩bicl. 8778. 8782 cubiclar. 8783 -o. 8790 cubicl. 8793. 9287 supra cubicl. 9299. 9300. 9303 cubicla⟨...⟩. cubucularius: CORP. VI 6262. 9308 cubucular⟨...⟩. 9309 curuc⟨...⟩. 34271. 34272 cubucul. cubucilarius: INSCR. Amer. Journ. of arch. 12 (1908) p. 41. cubuclarius: CORP. III 7152 *κουβουκλαρίου*. VI 8766 supra cubuclarios. 33749 ab aegris cubuclarior. 33844. 33845. VIII 9431. INSCR. Notiz. degli scavi 1904 p. 194 ⟨cub⟩uclario. *cf.* CONST. PORPH. *l. 47.* *notatur*: cub.: CORP. VI 6256. 6261. 7605. 8781. 8784. 8787. 8791 *al.* cubic.: CORP. VI 6263. 7287. 7606. 8786. 9295. *bis.* cubicul.: CORP. VI 6254. 6255. 6265. 8775. 8777. 8779. 9296. 9297 *et saepius.* cubicu.: CORP. VI 8788. cubicular.: CORP. VI 8785. 9307. 9310. 33842 supra cubicul. *litteris Graecis scriptum saepe apud scriptores Byzantinos.* CIC. Verr. 4, 8 hunc vestri ianitores, hunc -ii diligunt. Att. 6, 2, 5 nihil per -um. SEN. dial. 2, 14, 1 contumeliam vocant ostiari difficultatem, nomenculatoris superbiam, -i supercilium. PETRON. 53 reus factus dispensator et iudicium inter -os actum. 132. QVINT. decl. 328 p. 287, 7 -um eius torsit et occidit. 328 p. 289, 13. 328 p. 290, 17. TEST. Dasum. (Corp. VI 10229) 68. 79. SVET. Iul. 4 mansit ... cum uno medico et -is duobus. Tib. 21. Nero 38. APVL. met. 9, 2. 10, 28 -iis mulieris attractis vi tormentorum veritatem eruit. VLP. dig. 38, 2, 14, 7 medicum aut -um patris aut quem alium, qui circa patrem fuit, accusavit. PORPH. Hor. carm. 1, 37, 9 Cleopatra satellites et -os habebat. CAPITOL. Pert. 4, 5 Eclectus -us. 11, 12 reliqui ... -ii palatini. LAMPR. Comm. 5, 5 inter -os gladiatores (gladiator *Salmasius*) pugnavit. 6, 3 in cuius potentiae locum Cleandrum ex -iis subrogavit. 15, 1. 2 (*πρόκοιτος* DIO). Diad. 9, 3 extitit -us, qui has epistulas contioni militum legit. Heliog. 7, 4 omnes sane deos sui dei ministros esse aiebat, cum alios eius -os appellaret, alios servos. VOPISC. Car. 8, 7 -ii dolentes principis mortem. AMM. 16, 6, 3. 18, 4, 4. 20, 8, 4. 27, 10, 11 galeam eius -us ferens. 30, 6, 4. AMBR. epist. 62, 2 per -um tuum clementiae tuae gratias agerem. VVLG. Iudith 12, 6 praecepit *Holophernes* -iis suis (*σωματοφύλαξιν*). 14, 11. PS. MAR. MERC. Nest. epist. 2, 5 maxime cum litterarum sequester fidelissimus Valerius -us possit beatitudini tuae per se exponere molestias eorum. PAVL. MED. vita Ambr. 18. COD. Theod. 11, 16, 15 pr. (*a. 382*) maximarum culmina dignitatum, consistoriani quoque comites, notarii etiam nostri et -ii omnes ... ab omnibus sordidis muneribus vindicentur. VICT. TONN. chron. II p. 196, 519, 17. MARCELL. chron. II p. 64, 396, 29 Eutropius, sacri palatii -us. 101, 519, 11. SIDON. epist. 2, 2, 13. IORD. Rom. 360. GREG. TVR. Franc. 2, 1. 4, 51. 7, 18. COD. Iust. 10, 48, 12 pr. 12, 5, 3 -os tam sacri cubiculi mei quam venerabilis Augustae *cf. p. 1265, 48.* VEN. FORT. vita Germ. 6, 19 episcopus habens -um graviter vi febrium fessum. CAES. AREL. testam. 114. ISID. epist. 11, 1 dedi -o meo illud pittacium. PASS. Petr. Paul. brev. 2 *ter.* VITA Caes. Arel. 2, 4. 13. 33. 44. *in titulis*: CORP. VI 8789. 33398. 33772. IX 824. X 526. 695. 7127. XIV 3031. CARM. epigr. 365 *et saepius.* *nota iuncturas*: SVET. Dom. 17 Saturius decurio -orum (CORP. VI 8773 Helladio Aug. lib. decurioni -orum). CORP. VI 8775 Onesimo cubicul. et a locis cubicul. stat(ionis) I. (8776 cubicular. station⟨is⟩). COD. Iust. 10, 48, 12 pr. -ii omnes atque ex -iis. supra -os *v. p. 1265, 50 et 54.* ab aegris -orum *v. p. 1265, 55.* a frumentis -orum: CORP. VI 33769. scribae -orum: 33770. a veste -orum: 33771.
dub. EPIT. Alex. 91 mulier -os (cubiculares *codd.*) regis conventos rogat, ut .... *fem.* **cubiculāria**, -ae *ancilla, quae cubiculo praeest* (*forma* cubecularia: CORP. VI 9313): IORD. Rom. 350 -ae prodit scelus. COD. Iust. 12, 5, 4, 6 haec omnia, quae super devotissimis -iis sancimus, etiam ad -as ... extendi. GREG. M. epist. 7, 22 (597) p. 464, 22 Gregoriae -ae Augustae. CORP. VI 9318 *v. l. 21.* 9314. 9315. INSCR. christ. Rossi I 612 -ae regine.

cubiculātus, -a, -um [*a* cubiculum *cf. θαλαμηγός. Th.*]. *navis, in qua cubicula sunt*: SEN. benef. 7, 20, 3 cui triremes et aeratas non mitterem, lusorias et -as et alia ludibria regum in mari lascivientium mittam.

***cubiculum**, -ī *n.* [*cf. c.* cubare, -cumbere. *Th.*]. VARRO ling. 5, 162 ubi cubabant, -um. PAVL. FEST. p. 64 cumbam Sabini vocant eam, quam militares lecticam, unde videtur derivatum esse -um. ISID. orig. 15, 3, 9 -um dictum, quod eo cubamus, ibique dormientes requiescamus. *de formis*: cubiculus: ITIN. Burdig. p. 590 (*a. 333*) ITIN. Anton. Plac. rec. B 13. 20 (*R*) ITIN. brev. de Hier. p. 153, 4. 155, 7 CORP. VI 18423. X 2015 -um superiorem. 2533. XIV 1868. cuviculum: CORP. XIV 3323. cubuculum: CORP. XIV 671. *κουβουκλεῖον, κουβικλεῖον apud Graecos. κουβούκλιν*: INSCR. graec. Rom. Cagnat I 213. GLOSS. *κοιτών. κέλλιον. δωμάτιον. τρικλίνιον.* -a *κουβούκλιον.* ? cabicola clindi (cubicla *κλινίδια Bücheler*). zeta (*i.* diaeta) graece -um. [*dub.*: PLAVT. Cas. 769 illae autem armigerum in -o (ilico *A*) exornant duae. MART. 10, 30, 17 sed e cubiclo lectuloque iactatam (*pars codd., alii* cubili). SVET. *v. p. 1265, 33* ITALA *p. 1269, 64.*]
legitur inde a PLAVTO; *apud poetas non nisi* PLAVT. TER. VARRO Men. 205 CATVLL. 63, 67 PHAEDR. [*it. mer.* kuvikkye. *M.-L.*]

1 ***proprie***: **a** *generatim camera, in qua dormitur*: CATO agr. 10, 4 scamnum in -o I, ... lectum in -o I. VARRO ling. 8, 29 in aedificiis quom non videamus habere ad atrium *περίστυλον* similitudinem et -um ad equile .... 9, 58 nemo dicit -um surdum, ad silentium, non ad auditum. CIC. Verr. 3, 133 ambitione provinciae totius in uno -o inclusa. 4, 23 in tribunali proximus, in -o solus. 4, 56 in -um introductus est. 4, 79 hoc agebat in -o ... atque in lecto suo (VAL. MAX. 6, 8, 6 se in -um ac lectulum recepit. MART. 10, 30, 17? *v. supra l. 42.* TAC. hist. 4, 24 Hordeonium e -o et lectulo iubere. 4, 77 in -o ac lectulo. PLIN epist. 1, 22, 4 soleo ipsum -um eius ipsumque lectum ut imaginem quandam priscae frugalitatis aspicere. 3, 7, 4. 9, 7, 4 hamum de -o ac paene etiam de lectulo ut e naucula iacere. APVL. met. 4, 26 -i torique sanctae caritatis affectione mutuo mihi pigneratus *adulescens.* 5, 2 prohinc -o te refer et lectulo lassitudinem refove). CIC. Verr. 5, 27 *bis.* har. resp. 9 ex sororum ... -o egressus. Scaur. 26. Deiot. 42 cum in -o recubuisses. Phil. 2, 69. 8, 29. ad Q. fr. 3, 1, 2 neque fere solet nisi in iis aedificiis fieri, in quibus est atrium maius, nec habere poterat adiuncta -a et eiusmodi membra. *ibid.* ut eorum vaporarium ... esset subiectum -is. subgrande -um autem et hibernum altum valde probavi. epist. 7, 1, 1 neque ... dubito, quin tu in illo -o tuo, ... per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris. off. 3, 54 ignoretur in omnibus -is apparere serpentes. CATVLL. 63, 67 linquendum ubi esset orto mihi sole -um. BELL. Afr. 88, 4. LIV. 45, 6, 4 rex ... in propinquum -o hortum ... pervenit. VITR. 1, 2, 7 naturae decor erit, si -is et bibliothecis ab oriente lumina capiuntur. *cf.* 6, 4, 1. 6, 5, 1 in ea non est potestas omnibus intro eundi nisi invitatis, quemadmodum sunt -a, triclinia, balineae, ceteraque. 6, 7, 2 in prostadis autem dextra ac sinistra -a sunt collocata. *ibid.* cotidiana -a. 6, 7, 4 triclinia et -a commoda. *ibid. Graeci* hospitibus advenientibus instruebant triclinia, -a, cum penu cellas. VAL. MAX. 1, 7 sciscitatus est, ecquem ... aut intrantem -um aut exeuntem vidissent (CVRT. 6, 10, 20 -um regis solus intravi. 8, 6, 4 universi -um eius intrant. PETRON. 129. 130 QVINT. inst. 4, 2, 72 TAC. dial. 3. 14 ingressus est. PLIN. epist. 3, 16, 4. SVET. Claud. 37 irrupit. APVL. met. 3, 24 irrepit. 4, 26 invadunt. VVLG. Is. 26, 20 vade, populus meus, intra in -a tua [*ταμεῖα. cf.* HIER. in Is. 26, 19 p. 357 ut ingrediatur -a sua sive cellaria, *ταμεῖα* quippe utrumque significat]). VAL. MAX. 2, 5, 2 a nobilibus, quorum frequentia -um erat completum. 3, 2, 15 egresso -um. 5, 4, 3

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

excedere omnes iussit -o. SEN. epist. 82, 14 -um lucidum dicimus, hoc idem obscurissimum est nocte. 89, 21 quid prosunt multa -a? in uno iacetis. 100, 6 desit . . . varietas marmorum et concisura aquarum -is interfluentium. COLVM. 1, 6, 1 ut spectent hiemalis temporis -a brumalem orientem, . . . rursus aestiva -a spectent meridiem aequinoctialem. PETRON. 77 habet *domus* quattuor cenationes, -a viginti . . . -um, in quo ipse dormio. PLIN. nat. 26, 153 adeo ad haec efficax dictamnus, ut ne in -um quidem praegnantium inferatur. 30, 52 liberat et lacerta . . . in olla ante -um dormitorium eius, cui medeatur (PLIN. epist. 5, 6, 21 dormitorium -um, quod diem, clamorem, sonum excludit. PLIN. med. 2, 13 SIDON. epist. 2, 2, 10). 35, 8 non placent iam abaci nec spatia montes in -o dilatantia. APVL. flor. 23 p. 103 iuvenes . . . in -o circa lectum stantes. QVINT. inst. 11, 2, 20. TAC. hist. 2, 80 egressum -o (ann. 3, 15. 6, 24. 15, 45). ann. 1, 9 Nolae in domo et -o, in quo pater . . . vitam finivisset (4, 22 pergit in domum, visit -um, in quo . . ., 4, 69 Sabinum . . . domum et in -um trahit). PLIN. epist. 2, 17, 6 huius a laeva retractius paulo -um est amplum . . . huius -i et triclini illius obiectu includitur angulus. 2, 17, 10 -um . . . politissimum . . . -um grande vel modica cenatio . . . post hanc -um cum procoetone *eqs.* 2, 17, 22 *sq.* SVET. Iul. 49 a satellitibus *Caesarem* in -um regium eductum in aureo lecto . . . decubuisse. Claud. 35 neque aegrum quemquam visitavit *Claudius*, nisi explorato prius -o culcitisque et stragulis praetemptatis. Otho 2 natus est . . . -o . . . perparvo et obscuro. Dom. 17 puer, qui arae Larum -i ex consuetudine assistens interfuit. AVR. Fronto p. 93, 5 N. tantum frigoris est in -o meo, ut manus vix exseri possit. VLP. dig. 9, 3, 5, 2 ex cuius -o vel exedra deiectum est. 29, 5, 1, 27 utrum intra eosdem parietes an et ultra intra eandem diaetam vel -um vel eandem domum vel eosdem hortos vel totam villam. 32, 33 pr. -a, in quibus dormire consueverat. GELL. 12, 13, 28. APVL. met. 2, 10 -um tuum adero. 2, 15 -um meum contendo. 2, 24 ad aliud me -um inducit. 2, 26 terga vortit *mustela* et -o protinus exterminatur. 2, 25 incluso custode -o protinus facesse. 5, 1 sic -a, sic porticus, sic ipsae balneae fulgurant. apol. 52 neque enim gravius est . . . in -o despui quam in isto splendidissimo coetu detestari. TERT. resurr. 16 p. 46, 13 gladium vero latrociniis ebrium quis non a domo tota, nedum a -o nedum a capitis sui officio relegabit. ITALA exod. 8, 3 (Aug. loc. hept. 2, 40 p. 548, 9) *ranae* ascendentes intrabunt in domos tuas et in promptuaria -orum tuorum (τὰ ταμιεῖα τῶν κοιτώνων, VVLG. -um lectuli tui). Ioel 2, 16 (Cypr. testim. 2, 19 Firm. err. 19, 3) procedat sponsus de -o (κοιτῶνος, VVLG. cubili). VVLG. III reg. 3, 17 et peperi apud eam in -o (ἐν τῷ οἴκῳ). 20, 30 fugiens ingressus est civitatem in -um, quod erat intra -um (εἰς τὸν οἶκον τοῦ κοιτῶνος εἰς τὸ ταμεῖον). IV reg. 9, 2 et introduces in interius -um (εἰς τὸ ταμεῖον ἐν ταμείῳ). 9, 6 ingressus est -um (οἶκον). I par. 28, 11 descriptionem porticus et templi et cellariorum et cenaculi et -orum in adytis (ἀποθηκῶν). *nota*: SEN. dial. 5, 8, 6 cum *Caelio oratore* . . . cenabat in -o lectae patientiae cliens. *opponitur* convivium *sim.*: CATO or. frg. 57, 2 ibi pro scorto fuit, in -um subreptitavit e convivio. VARRO Men. 319 in -o dormire mallem, scilicet potus vinum meum cibarium, quam ego dominus cubarem. 336 silentium . . . non in convivio, sed in -o esse debet. CIC. Deiot. 21 cum . . . vomere post cenam te velle dixisses, . . . in -o malle dixisti. de orat. 2, 263 *cf. p. 1268, 6.* LIV. 1, 58, 2 ubi exceptus benigne . . . cum post cenam in hospitale -um deductus esset. 40, 24, 6 mox coortis doloribus relicto convivio cum in -um recepisset sese. VAL. MAX. 9, 13 ext. 3 ad eandem (*sc. uxorem*) ex epulis in -um veniens. SEN. dial. 6, 22, 6 in -um se quasi gustaturus contulit . . . a cena deinde, quasi iam satis in -o edisset, abstinuit. epist. 12, 8 sic in -um ferebatur a cena. 47, 7 alius vini minister . . . in -o vir, in convivio puer est. 77, 9 triduo abstinuit et in ipso -o poni tabernaculum iussit. 95, 24 transeo puerorum infelicium greges, quos post transacta convivia aliae -i contumeliae expectant. CVRT. 8, 3, 8. 8, 6, 13 ut convivio egressum in -um deducerent. PETRON. 41 nihil est melius, quam de -o recta in triclinium ire. QVINT. inst. 8, 6, 52. SVET. Aug. 69 feminam . . . e triclinio . . . in -um abductam. APVL. apol. 75 SPART. Pesc. 3, 10. PALLAD. 1, 12 in tricliniis atque -is. AMM. 28, 4, 26 unus in -o, alter in triclinio. SIDON. epist. 5, 7, 4 in -o viperae, in convivio scurrae. *de officio ministri vel praepositi -i, speciatim imperatorii*: LIV. 3, 57, 3 virginem . . . ministro -i sui clienti dono dederit. TAC. ann. 13, 44 ancillae custodiam -i mandat. SVET. Dom. 16 -o praepositus. APVL. met. 6, 11 Cupido . . . unici -i custodia clausus. AMM. 14, 10, 5 praepositus -i. *item* 14, 11, 21. 16, 7, 2. 6. 16, 8, 13. 18, 4, 3. 20, 8, 19 ANON. Vales. 13, 76. 14, 82 AMBR. Ioseph 6, 35. VVLG. act. 12, 20 persuaso Blasto, qui erat super -um regis (ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος). NOT. dign. or. 1, 9 praepositus sacri -i. *et saepe.* COD. Theod. 11, 18, 1 (*a. 409*) praepositum vel primicerium sacri -i. 6, 8, 1 (*a. 422*) qui sacri -i nostri fuere praepositi (10, 10, 34 [*a. 430*] qui sacro nostro -o serviunt). CASSIOD. var. 8, 10, 3 rudes annos ad sacri -i secreta portavit. PALLAD. hist. mon. I 58 p. 342c praesulem -i piae sedis (πραιπόσιτον τοῦ εὐσεβεστάτου κοιτῶνος). GREG. M. epist. 5, 57a (*a. 595*) ut huius sedis pontificibus ad secreta -i servitia laici pueri . . . obsequantur. CORP. VI 9285 Epaphroditus . . . a -o. 9286 verna a -o. 31946 ex p(rae)p(ositis) s(acri) c(ubiculi). X 6324a -o Neronis. 6573. 6773 Aug. lib. ab -o.

speciatim i. q. -um uxorium: PLAVT. Amph. 808 ubi tu cubuisti? :: in eodem lecto tecum una in -o. Asin. 787 verum in -o . . . equidem illam moveri gestio. Cas. 965 redi sis in -um. Most. 696 voluit in -um abducere me anus. TER. Ad. 694 *credebas* illam sine tua opera in -um iri deductum domum? VARRO frg. Non. p. 480 biviris nuptis sacrificabantur in -o viduae. CIC. de orat. 2, 263 'quando tandem de triclinio tuo exibis?' 'quom tu . . . de -o alieno'. LIV. 1, 58, 6 Lucretiam sedentem maestam in -o inveniunt. SEN. contr. 1, 4, 2 patris desertor, matris leno, . . . tertius in -o derisor stetit. 1, 4, 9 nihil in illo -o vidi praeter matrem et patrem. 1, 4, 11. 2, 1, 34 speciosum iuvenem dominus suus deprehendisse cum uxore in -o testatus est *eqs.* 2, 4, 5 ante in -um rivalis venit quam maritus. 7, 5, 4. 7, 6, 4 ex cella sua in dominae migrabit -um, vel domina ex -o suo migrabit in cellam? VAL. MAX. 4, 3, 3 hoc -um talibus experimentis summam imponat. 6, 7, 2 Q. Lucretium . . . uxor . . . inter cameram et tectum -i abditum . . . tutum praestitit *et* . . . id egit, ut . . . ille in -o et in coniugis sinu salutem retineret. 8, 1 abs. 12 in -o mariti noctu deprehensus. PHAEDR. 3, 10, 21 recta -um uxoris petens. 3, 10, 30 simul aspexit filium sanctamque uxorem dormientem -o. SEN. benef. 7, 9, 5 ut matronae nostrae ne adulteris quidem plus sui in -o quam in publico ostendant. epist. 83, 20. QVINT. decl. 306 p. 203, 20 ut inducta in -um quomodo blandiatur? 310 p. 222, 8 duo -a irruisti, duobus maritis iniuriam fecisti. 335 p. 317, 12. 347 p. 368, 14 in eadem domo, in eodem -o, in eodem lecto *al.* PLIN. paneg. 8 tui non in -o, sed in templo, nec ante genialem torum, sed ante pulvinar Iovis . . . adoptio peracta est. VLP. dig. 29, 5, 3, 2 si maritus uxorem noctu intra -um secum cubantem necaverit vel uxor maritum. 35, 1, 15 videtur impleta condicio, statim atque ducta est uxor, quamvis nondum in -um mariti venerit. APVL. met. 8, 11. TERT. nat. 1, 4 maritus . . . anxius . . ., qui ne mures quidem in -um irrepentes sine gemitu suspicionis sustinebat. ARNOB. nat. 4, 7. LACT. inst. 6, 20, 31 corruptiores ad -a revertuntur *e theatro.* AVSON. 358, 2. 467, 2 HIER. epist. 53, 8. VVLG. iud. 15, 1 cumque -um eius (*sc. uxoris*) solito vellet intrare (ταμιεῖον). AVG. civ. 6, 9. SACR. Leon. p. 445 beata virginitas illius (*sc. dei*) thalamo, illius -o se devovit. *nota translate* (*cf. p. 1269, 24*): VARRO Men. 205 hic ad moechada adulescentem -um pudoris primus polluit. QVINT. decl. 279 p. 138, 20 qui veterem matrimonii consuetudinem, qui pudorem -i, qui spem liberorum expugnatam esse credunt. TAC. ann. 13, 42 corrumpere -a principum feminarum. 11, 28 dum histrio -um principis insultaverit. 11, 37 redire amor ac . . . propinqua nox et uxorii -i memoria timebantur.

b *latiore sensu de quovis conclavi*: PLIN. nat. 15, 38 omnia *mala* iam et virorum salutatoriis -is inclusa ac simulacris noctium consciis imposita. 20, 152 qua de causa dignior e puleio corona Varroni quam e rosa -is nostris pronuntiata est. 22, 139 quin et gravitatem odorum in -is *panis* ustus emendat. PLIN. epist. 1, 3, 1 quid triclinia illa popularia, illa paucorum? quid -a diurna nocturna? possident te et per vices partiuntur? 1, 12, 7 servi e -o recesserunt. 3, 1, 7 iterum residit vel se -o ac stilo reddit. 5, 6, 22 est et aliud -um a proxuma platano viride et umbrosum . . . in cornu porticus amplissimum -um a triclinio occurrit . . . idem -um hieme tepidissimum. *et saepius.* 7, 21, 1 nam et huc tecto vehiculo undique inclusus quasi in -o perveni. SVET. Tib. 43 -a plurifariam disposita . . . adornavit. Nero 25 sacras coronas in -is circum lectos posuit. ITALA iud. 3, 24 (Lugd.) numquid ad sellam sedet in recessu culinae -i? (ἐν τῷ ταμείῳ τῷ θερινῷ, VVLG. in aestivo -o). ITIN. Burdig. p. 590 sub pinna turris ipsius sunt -a plurima, ubi Salomon palatium habebat. FILASTR. 142, 7 separatim *Tolomeus* quemque iussit includi in -um. PAVL. NOL. epist. 32, 12 p. 287, 14 -a intra porticus quaterna longis basilicae lateribus inserta. *de cellis monachorum*: HIER. epist. 23, 3 haec . . . quam unius -i secreta vallabant (*sc. sancta Lea*). 24, 3 intra -i sui secreta. 108, 29 -orum secreta. *de tabernaculis*: *cf.* AVG. loc. hept. 1, 116 p. 524, 15 (*ad* gen. 31, 33 in domo Liae) nisi forte consuetudo scripturarum domum dicit pro -o vel tentorio. VVLG. Iudith 8, 5 fecit sibi secretum -um (σκηνὴν ἐπὶ τοῦ δώματος τοῦ οἴκου). 13, 1 ostia -i (σκηνήν). 13, 3. OROS. hist. 2, 17, 7 Alcibiades . . . in itinere clausus -o. *de adytis deorum*: APVL. met. 11, 17 intra -um deae recepti disponunt . . . simulacra. HYG. fab. 190 p. 121, 19 iubet sacerdotem includi in -um. CORP. III 10403 ⟨templum⟩ a solo sum⟨ptibus suis⟩ cum cubicu⟨lo..⟩ fecit. X 6423 matri deum . . . porticum et -um d. s. p. p. *de sede imperatoris in theatro*: PLIN. paneg. 51 dabitur non -um principis, sed ipsum principem cernere. SVET. Nero 12 Icarus primo statim conatu iuxta -um eius decidit ipsumque cruore respersit. *cf. Daremberg-Saglio II 1188, 2.* *de camera intima in sepulcro*: CARM. epigr. 1563, 9 conditivom -um fecerunt. CORP. IV suppl. 4049 Rufini -um. INSCR. christ. Revue archéol. 4 ser. 11 (1908) p. 321 qui haec cub(icula) . . . suis sumtibus perfecerunt. CORP. X 1870 praeter -um unum. 2015 -um superiorem (*cf. p. 1266, 36*) ad confrequentandam memoriam quiescentium . . . exstruxerunt. 2338 aedificium cum superioribus et cohaerenti -o memoriali. 2583 (*cf. p. 1266, 36*). 3300 -um depositioni. 4035 hoc -um fecit. XIV 158 -um, quod est supra memoriam. 715. 1383. 1868 *cf. p. 1266, 36.* 3323 hanc memoriam cum solario et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cuviculo a solo fecit. INSCR. christ. Rossi I p. CXV vers. 1 -um duplex. vers. 45 -um Aureliae Martinae.

iuncturae: fenestra -i: APVL. met. 6, 21 per altissimam -i ... elapsus fenestram. fores -i: CIC. Tusc. 5, 59 cum forem -i clauserat (APVL. met. 2, 30 foribus -i diligenter obclusis. 3, 15. 10, 20 clausis -i foribus). VAL. MAX. 9, 13 ext. 4 forem -i extrinsecus a custodibus opertam. CVRT. 5, 1, 42 vigiliarum vices -i fores servant. 8, 6, 18 iam alii ex cohorte in stationem successerant ante -i (cubili *codd.*) fores excubituri. TAC. ann. 14, 8 donec ad fores -i veniret. 14, 44 excubias transire, -i fores recludere. SVET. Iul. 81 -i fores sponte patuerunt. Aug. 82 apertis -i foribus. GELL. 2, 2, 2 Taurus ... sedebat pro -i sui foribus. EVSTATH. Bas. hex. 6, 5 p. 927^A extra fores -i stare. limen -i: CIC. Cluent. 15 limen -i. CVRT. 8, 6, 22 excubantes ad -i limen. PLIN. nat. 7, 181 egrediens incusso pollice limini -i. QVINT. inst. 4, 2, 105. PLIN. epist. 7, 23, 1 denuntio ut illum et domi et intra domum atque etiam intra -i limen expectes.

c *per synecdochen i. q. cubile*: SEN. contr. 1, 8, 2 quousque duro castrorum iacebis -o? (-i *codd., corr.* ς). APVL. met. 9, 3 clara die mollitie -i refota lassitudine vegetus exsurgo. ITALA cant. 3, 1 (ms. S. Theod. ap. Sabat.) in -o meo in noctibus quaesivi (κοίτην, VVLG. in lectulo). Matth. 8, 20 (cod. k) volpes -a habent (φωλεούς, VVLG. foveas). VVLG. prov. 7, 17 aspersi -um meum murra (*Amiat.*, cubile *cett.*, κοίτην).

2 **in imagine** *et translate* (*cf. p. 1268, 36*): CIC. ad Q. fr. 1, 1, 25 nullius inopiam ac solitudinem non modo illo populari accessu ac tribunali, sed ne domo quidem et -o esse exclusam tuo. PLIN. paneg. 83 principum vero non modo domos, sed -a ipsa intimosque secessus recludit omniaque arcana noscenda famae proponit *Fortuna*. APVL. apol. 78 exacerbatus *Rufinus* ... extumuit, ut in feminam ... praesente filio eius digna -o suo diceret. ITALA Matth. 24, 26 (Cypr. Fort. 11) si ergo dixerint vobis ... ecce in -is (ταμείοις, VVLG. penetralibus). HIER. epist. 50, 3 quid in secreto, quid in -o mulierculas docet? 133, 11 quod audierunt in -is, in tectis praedicant (*cf.* VVLG. Luc. 12, 3 et quod in aurem locuti estis in -is [ταμείοις], praedicabitur in tectis). 14, 2 et tu mihi de -o ad aciem, tu de umbra egrederis ad solem? VVLG. eccles. 10, 20 et in secreto -i tui ne maledixeris diviti (ἐν ταμιείοις κοιτώνων σου). Ezech. 8, 12 unusquisque in abscondito -i sui (ἐν τῷ κοιτῶνι τῷ κρυπτῷ). VITR. 4, 2, 4 ὀπὰς enim Graeci tignorum -a et asserum appellant, uti nostri ea cava columbaria. PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 180 Venerem matrem libidinis femorum occupasse -a. HIL. in Matth. 5, 1 p. 943 ergo non occulta domus, sed cordis nostri -um ingredi ... admonemur. PS. AMBR. prec. 2, 8 tristitia ... in eius (*sc. cordis*) -o malitiam ... generat. HIER. in Is. 58, 4 p. 688 orare ... clauso pectoris sui -o. RVFIN. hist. mon. 23 p. 446^A receptum esse intra -um sapientiae dei. AVG. serm. ed. Mai 1, 1 in -o sacri pectoris. epist. 58, 2 patebit enim oculo caritatis -um caritatis (*sc. pectus meum amici*), quod claudimus adversus nugas tumultuosas saeculi. OP. imperf. in Matth. 1 p. 635 *Christum* quasi in angustum -um uteri sui sola suscepit *Maria*. EVGIPP. Sev. 45, 1 in cordis -o supplicare.

cubicus, -a, -um, κυβικός. *traditur plerumque* cybicus. *de rebus cubo similibus*: VITR. 5 pr. 3 Pythagorae ... placuit -is rationibus praecepta in voluminibus scribere. 5 pr. 4 *poetae comici* partes -a ratione facientes. CHALC. comm. 20 terra in -a est figura (BOETH. arithm. 2, 39 p. 136 *cybi* iuncti figuras -as explicabunt). 114 luna ... iuxta -um numerum ... circulum suum lustrat. MART. CAP. 2, 102 dehinc illud, quod in fanis omnibus soliditate -a dominus adoratur. BOETH. arithm. 2, 30 p. 121 a quo numero -ae quantitatis latus coeperit.

***cubīle**, -is *n.* [*cf. c.* cubare, -cumbere *et c.* sedile. *v. Otto, Indog. Forsch. 15, 42. Th.*]. PRISC. gramm. II 118, 2 e cubo -e, sedeo sedile. ISID. orig. 20, 11, 2 -e est cubandi locus. GLOSS. -e a cubando dictum. *de genere*: PRISC. gramm. II 121, 7 in e desinentia derivativa neutra sunt, ut sedile, monile, -e, utile. *sed accusativus* -em: ITALA gen. 49, 4 (Ottob.) super -em (super cubicule *sic* Lugd.) patris tui (ἐπὶ τὴν κοίτην). lev. 18, 20. 23 -em (Lugd.). Dan. 2, 28. 29 (Weing.) supra -em tuum (ἐπὶ τῆς κοίτης, VVLG. in -i tuo ... in strato tuo). DIDASC. apost. 79, 14 ad -em tuum. VICT. VIT. 3, 44 Arrianus pergit festinus ad -em exilii hominis dei (*pars codd.* -e). *pluralis poeticus*: HOR. epod. 5, 69 OV. met. 11, 259 STAT. Theb. 2, 134. 5, 604. 7, 670 *al.* *ablativus* cubile *pro* cubili *legitur* TAB. devot. Audollent 230^a, 10. *prima syllaba producta est*: CYPR. GALL. lev. 117 imprimis genitrix -i accommoda non est. num. 49 polluerit casti quondam -ia fulchri (Ios. 236 -ŭ-). *adhibetur imprimis a poetis* (*inde a* LIV. ANDR. [*? v. p. 1271, 81*] *et* PLAVTO); *scriptores prosae orationis habent hi: singulis locis*: CAES. DIG.; *binis*: VAL. MAX. MELA PETRON.; *ternis*: PAVL. FEST. CELS. PLIN. paneg.; *quaternis*: CVRT. QVINT.; *quinque*: VITR.; *sex*: APVL.; *octonis*: LIV. TAC.; *saepius*: VARRO rust. (*9^{ies}*) CIC. (*12^{ies}*, orat. *6^{ies}*, phil. *quater*, epist. *bis*) SEN. phil. COLVM. PLIN. nat. GLOSS. εὐνή. κοίτη. κοιτών. φωλεός. λέχος. lectum vel secretum in corde. [*it.* covile, *hisp.* cubil. *M.-L.*]

I *de hominibus*: **A** *i. q. lectus*: **1** *vi angustiore*: FEST. p. 348 Veranius ait non utique ex lecto, sed ex -i *surgere auspicandi causa* nec rursus se in lectum reponere necesse esse. CIRIS 209 tacito descendens Scylla -i. 231 ad patrium solam vigilare -e. CELS. 1, 3 fatigato cotidianum -e tutissimum est. *ibid.* molle -e ... durum -e. 2, 4 conquiescere in -i. SEN. dial. 3, 2, 2 alium *ducem* ira in -i suo confodit. CVRT. 6, 9 Alexander levato corpore in -i. PETRON. 101 circumiturum aegrorum -ia. 103 in -e reiectus est. SIL. 7, 287 membra -i erigit. 11, 401 nec pudeat picto fultum iacuisse -i. STAT. Theb. 600 maestoque -i exilit. Ach. 2, 108 tenero nec fluxa -i membra. QVINT. inst. 4, 2, 105 non *timuisti* -e filiae? TAC. hist. 4, 36 protractum e -i interficiunt. ann. 1, 39 extractum -i Caesarem. 6, 23. APVL. met. 1, 7 uriginc percita *eum* -i suo applicat. 5, 20 postquam ... -e solitum conscenderit. 11, 3 animum in eodem illo -i sopor circumfusus oppressit. TERT. coron. 3 ad -ia, ad sedilia. AMM. 16, 5, 4. 21, 1, 8 in -i solioque Iovis. 29, 5, 54 insonis gradibus relicto -i. HYMN. Ambros. I 9, 2 spreto -i surgimus. PS. RVFIN. in Ioel 1, 5 incubatis toris et -bus. AVG. civ. 14, 18 remotum ab arbitris -e. GREG. TVR. Mart. 2, 45 surgentes de -i suo. *nota de Sole, Nocte, Aurora*: VERG. georg. 1, 447 Tithoni croceum linquens Aurora -e (= Aen. 4, 585. 9, 458 AVSON. 431, 1. *cf.* BIBAC. carm. frg. 8 interea Oceani linquens Aurora -e). ELEG. in Maecen. 1, 123 illius (*sc. Aurorae*) aptus eras croceo recubare -i. STAT. Theb. 2, 134 et iam Mygdoniis elata -bus alto impulerat ... Aurora tenebras. AVSON. 449, 1 liquerat in tepido Tithonum Aurora -i. HOR. carm. 4, 15 imperi porrecta maiestas ad ortus Solis ab Hesperio -i. SEN. Herc. O. 1440 -e video Noctis; hinc tenebrae vocant. VAL. FL. 3, 37 ipse diem longe solisque -ia Tiphys consulit. SIL. 3, 411 quotiens perlabitur aequora curru extremamque petit, Phoebea -ia, Tethyn. STAT. Theb. 5, 477 occidui rubuere -ia Phoebi. 10, 84 super occiduae nebulosa -ia noctis. silv. 3, 1, 183 nec *mihi habitatur* Tiburna domus solisque -ia Gades. PANEG. 12, 23 dum ... in ipsum, si quod est, solis -e festinas. **2** *vi ampliore significat locum, quo quis requiescat*: CIC. Tusc. 5, 90 mihi ... est -e terra, pulpamentum fames. LVCR. 5, 816 terra cibum pueris, vestem vapor, herba -e praebebat. 5, 987 cedebant nocte paventes hospitibus saevis instrata -ia fronde. 5, 1417 illa relicta strata -ia sunt herbis et frondibus aucta. VERG. Aen. 6, 274 in faucibus Orci Luctus et ultrices posuere -ia Curae. 9, 712 tremit durum -e Inarime Iovis imperiis imposta Typhoeo (MELA 1, 76 specum ... Typhoneum vocant ..., quia ... -e Typhonis fuit. SOL. 38, 8 in cuius recessu intimo Typhonis gigantis -e positum ... credunt). PROP. 2, 26, 34 prora -e mihi seu mihi puppis erit. 3, 15, 26 nox erat et sparso triste -e gelu. OV. ars 2, 475 silva domus fuerat, cibus herba, -ia frondes. fast. 1, 427 ut tetigit niveae secreta -ia nymphae. EPIST. Sapph. 143 invenio silvam, quae saepe -ia nobis praebuit. SEN. dial. 11, 10, 7 maiores nostri ... quibus terra -e erat. epist. 5, 2 -e humi positum. CVRT. 3, 2, 15 fatigatis humus -e est. LVCAN. 9, 841 neque congestae struxere -ia frondes. VAL. FL. 5, 154 ultimus inde sinus saevumque -e Promethei cernitur. SIL. 6, 373 illuviem atque inopes mensas durumque -e. STAT. Theb. 1, 389 invitat tenues ad dura -ia Somnos. AMM. 22, 4, 6 non saxum erat ut antehac armato -e. 25, 2, 4 humi strato -i. TAC. Germ. 46 *Fennis* -e humus. MEROB. pros. frg. 1 A 15 tibi enim -e nuda rupes. *nota*: LIV. 22, 2, 9 prostratorum passim acervi tantum, quod extaret aqua, quaerentibus ad quietem parvi temporis necessarium -e dabant. STAT. Theb. 2, 37 (*vers. spur.*) illic exhausti posuere -ia venti. **3** *speciatim significatur lectus matrimonialis* (*cf.* GLOSS. λέχος): TRAG. inc. 128 quae mulier una usurpat duplex -e. 130 huius ferei hic -e inire est ausus. CIC. har. resp. 39 cum uxorem sororemque non discernis, cum quod ineas -e, non sentis. CATVLL. 16, 7 tacitum -e (66, 21 orbum luxti deserta -e. 68, 29 frigida deserto tepefactet membra -i. OV. am. 2, 10, 17 viduo dormire -i. epist. 15, 315 sola iaces viduo tam longa nocte -i. LVCAN. 5, 809 vacuum manibus complexa -e est. VAL. FL. 7, 116 solo maeret ... -i. SIL. 2, 68 ignara viri vacuoque assueta -i. STAT. silv. 3, 5, 60 viduo ... sola -i. 2, 4, 21 queritur soror orba -i). CATVLL. 29, 7 ille ... perambulabit omnium -ia. 61, 111. 182 iam -e adeat viri *puella*. 64, 163 purpureave tuum consternens veste -e. 66, 83 casto colitis quae iura -i (VERG. Aen. 8, 412 castum ut servare -e coniugis *possit*. VAL. FL. 2, 137 castum -e servantem. SIL. 3, 28. AVSON. 419, 66 non pontificis -e castius. HIER. epist. 48, 2 honorabiles nuptias et -e immaculatum. CLAVD. 15, 326 castumque -e ingreditur. INSCR. christ. Rossi I 566, 3 ⟨cas⟩ta verecundo serbabit iura -i). CATVLL. 67, 23 pater illius gnati violasse -e dicitur. VERG. ecl. 4, 63 nec deus hunc mensa, dea nec dignata -i est. Aen. 3, 324 nec victoris eri tetigit captiva -e (*cf.* SERV. *ad l.* singula habent emfasim suam: ... nec genialem lectulum, sed -e). 4, 648 postquam Iliacas vestes notumque -e conspexit. 12, 144 quaecumque Latinae magnanimi Iovis ingratum ascendere -e. LYDIA 29 a te, *o taure*, vaccula non umquam secreta -ia captans. HOR. epod. 12, 12 iamque subando tenta -ia tectaque rumpit. 16, 38 mollis et exspes inominata perprimat -ia. PROP. 1, 14, 21 miserum toto iuvenem versare -i. 2, 3, 31 humana -ia. 4, 4, 90 nube, ait, et regni scande -e mei. 4, 11, 35 iungor, Paule, tuo sic discessura -i. OV. epist. 3, 109 nulla Mycenaeum sociasse -ia mecum (met. 10, 635 cum quo sociare -ia vellem. LVCAN. 10, 68 quae *nox* prima -i miscuit incestam ducibus Ptolemaida nostris. VAL. FL. 4, 464 iunctaque vestra meo quondam Cleopatra -i). OV. fast. 2, 337 venerat ad strati captata -ia lecti. met. 2, 592 patrium temerasse -e (15, 501 STAT. Theb. 9, 613 LACT. mort. pers. 38). 8, 55 pereant potius sperata

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ia. VAL. MAX. 2, 1, 3 depositae virginitatis -e. LVCAN. 5, 812 non iuvat in toto corpus iactare -i. VAL. FL. 2, 345 *Thressa manus* credita nec dominae sanctum tetigisse -e (SIL. 8, 90). 7, 21 iactata toro nimiumque experta -e. 8, 9. HOMER. 43 hostis duri patitur miseranda -e. STAT. Theb. 4, 527 Iunonis thalamos et torva -ia cerno. 11, 637 silv. 5, 1, 55. MART. 9, 6, 8 qui nec -i fuerat ante te quondam *pudor*. IVV. 6, 117 ausa *Messalina* Palatino tegetem (*i. lupanar*) praeferre -i. ITALA lev. 15, 18 (Lugd.) mulier, si manserit vir cum ea -e seminis (ἐὰν κοιμηθῇ κοίτην σπέρματος, VVLG. cum qua coierit). *sim.* 15, 24. 18, 20. Rom. 13, 13 (Tert. ieiun. 17 Ambr. hex. 1, 10, 38 *et* VVLG.) non in ebrietatibus nec in comessationibus ... nec in -bus (κοίταις) et libidinibus. FIRM. err. 12, 8 Venus ... Anchisae hominis -e sectatur. HEGES. 2, 5, 3 fraterni -is (*i. matrimonii cum fratris uxore*) incestum reprehenderat *Iohannes*. VVLG. gen. 49, 4 ascendisti -e (κοίτην) patris tui. RVFIN. Orig. in gen. 3, 6. 17, 2 *saepius*. ZACCH. 3, 5 p. 1156^C. CORIPP. Iust. 3, 218 *spadonum est* conservare domum sanctumque intrare -e. CORP. VI 12072, 2 nondum suppleta -ia sancta liquisti. CARM. epigr. 640, 7 pignore caro tamen vacuum soluta -e pergit ad occasus. *nota*: TAB. devot. Audollent 230 A 10 a suis parentibus, a suo -e (*i. marito*). 4 *i. q.* *sepulcrum* (*cf.* cubiculum *p. 1268, 76*): MIRAC. Steph. 2, 2, 6 caput ... super -e sanctarum reliquiarum conficit. CARM. epigr. 476, 3 gnatum memoriae statuit haec prima -i. 638, 4 aeterno iungit pia membra -i. 1431 heu triste -e, quo sine me, Rhodine, lumine nuda iaces.

B *i. q. camera, in qua dormitur vel generatim domicilium* (*cf.* cubiculum *A 1*): *cf.* GLOSS. κοιτών. CIC. Catil. 4, 17 qui non -e ac lectulum suum (*cf. p. 1266, 52*) ... salvum esse velint. OV. met. 11, 259 Nereis ingreditur consueta -ia. SEN. Thy. 71 abire in atrum carceris liceat mei -e. dial. 9, 1, 5 placet non in ambitionem -e compositum. nat. 3, 17, 2 in -i natant pisces et sub ipsa mensa capitur, qui statim transferatur in mensam. TAC. hist. 5, 5 *Iudaei* separati epulis, discreti -bus. PLIN. paneg. 49 longe arcana illa -ia saevique secessus, in quos timore et superbia et odio hominum agebatur. 63 intra -ia sua ... exilia et caedem machinabantur. ARNOB. nat. 2, 20 locus habitabilis formam -is efficiens. LACT. inst. 6, 25, 14 nec tantum hoc in templo putet sibi esse faciendum, sed et domi et in ipso etiam -i suo. AVSON. 157, 37 quid nostra subitis limina et angusti tenebrosa -ia tecta? (*de somniis*). ITALA psalm. 4, 5 (Filastr. 131, 5 Psalt. Rom. VVLG.) quae dicitis in cordibus vestris et in -bus vestris, compungimini (κοίταις). HIER. epist. 58, 11 viderem te ... ascendentem ... canere in domatibus, quod in -bus cognovisses. PSALT. Rom. *et* VVLG. psalm. 149, 5 laetabuntur in -bus suis (κοιτῶν). Mich. 2, 1 et operamini malum in -bus (κοίταις) vestris. Iudith 16, 23 conopeum quod ... sustulerat de -i (κοιτών). Ioel 2, 16 egrediatur sponsus de -i suo (κοιτῶνος). Luc. 11, 7 et pueri mei mecum sunt in -i (εἰς τὴν κοίτην). PSALT. Rom. 104, 30 misit terra eorum ranas in -bus regum ipsorum (ταμείοις, VVLG. in penetralibus). RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 121^C -ia ... meridiana. MART. CAP. 6, 699 nec longe insula Solis, quae dicitur, et nympharum -e rubens. SIDON. epist. 2, 9, 7 quia nec facile crebro -ium nostrorum instrumenta circumferebantur. CASSIOD. in psalm. 131, 6 *facta sunt* ex -bus daemonum templa dominantis. var. 6, 13, 2 personas ... latentes in -bus suis. *i. q.* *tabernaculum* (*cf.* cubiculum *p. 1268, 64*): CIC. Tusc. 2, 39 abducet Eurypylum Patricoles, ut collocet in -i. LIV. 5, 45, 3 extremos ... pavor -bus suis excitos, ... in fugam tulit. 9, 37, 9 semisomnos in -bus suis ... caedes oppressit (*cf.* 30, 5, 9). 25, 9, 11 Nico ... sopitos vigiles in -bus suis obtruncat. 25, 24, 2 paucos ... oppressos in -bus interfecerunt. 25, 38, 17 inermes in -bus suis oppressos. CVRT. 9, 3, 19 munimenta quoque castrorum iussit extendi -iaque amplioris formae quam pro corporum habitu relinqui. LVCAN. 4, 199 iunctoque -i extrahit insomnes bellorum fabula noctes. TAC. hist. 1, 86 rapti e publico plerique, plures in tabernis et -bus intercepti. 4, 36. ann. 1, 50 *Marsis* stratis per -ia propterque mensas. *i. q.* *cella monachorum*: HIER. epist. 22, 35 in suo -i (cubiculo *aliquot codd.*) unusquisque *monachus* vigilat. CASSIAN. inst. 4, 12 considentes intra -ia sua. 10, 2, 1 intra saepta sui -is. *i. q.* *lectica*: SEN. benef. 3, 28, 5 quo tandem ab istis gerulis raperis -e istud tuum circumferentibus. PLIN. nat. 37, 17 *Nero* sceptra et personas et -ia viatoria unionibus construebat. *i. q.* *latebrae*: AETNA 140 cernis et in silvis spatiosa -ia retro antraque demersas penitus fodisse latebras. VAL. MAX. 6, 8, 5 sagax inducta cura abditum fugae eius (*sc. Plotii*) -e odorata est. STAT. silv. 2, 3, 44 arbor et haec durae latebrosa -ia nymphae (*de aqua in quam nympha effugit*). VLP. dig. 11, 4, 3 scrutari -ia atque vestigia occultantium. CYPR. GALL. Ios. 236 continuo celeres nemorosa -ia linquant *iuvenes*. LACT. inst. 6, 10, 17 animalibus ingenitam esse rationem ... -ia sibi et latibula parandi (*cf. etiam l. 79 sqq.*). ITALA Iob 38, 40 (Aug. in Iob p. 615, 9) pavidi enim sunt in -bus suis (ἐν κοίταις, VVLG. in antris. AVG. *ad l.* in latebris insidiarum suarum).

II *de bestiis i. q. nidus avium vel domicilium quadrupedum* (*cf.* GLOSS. φωλεός): CASSIOD. in psalm. 4, 4 ferarum domicilium proprie -e dicitur a cubando. [LIV. ANDR.] trag. 33 (Ter. Maur. 1938) derige odorisequos ad certa -ia canes (*cf.* PAVL. FEST. p. 255 sagaces canes, qui ferarum -ia praesentiunt. LVCAN. 4, 444 *canis* contentus tremulo monstrasse -ia loro. SIL. 10, 82 spissis arcana -ia dumis. STAT. Ach. 1, 746 -ia praedae indubitata tenens ... venator. RVT. NAM. 1, 624 olidum doctas nosse -e canes). PLAVT. Truc. 869 mus ..., aetatem qui non -i uni umquam committit suam. VARRO rust. 2, 4, 14 ut facile purigare possit -e *porcorum* (PHAEDR. 2, 4, 12 ad -e saetosae suis. COLVM. 7, 9, 13 *scrofarum*. 7, 9, 14 mundissimum .... -e *sus* desiderat. STAT. Ach. 2, 123 tristes turbare -bus ursos fulmineosque sues). VARRO rust. 2, 5, 14 iis (*pecoribus*) substerni oportet frondem aliudve quid in -ia (VVLG. Ezech. 25, 5 in -e pecorum [εἰς νομὴν προβάτων]). 2, 9, 12 substernitur *canibus* acus aut quid item aliud, quod molliore -i facilius educentur (PHAEDR. 1, 19, 9 flagitare validius -e coepit *canis parturiens*. PLIN. nat. 8, 151. 28, 215 *bis*). 2, 9, 13 pluviis diebus -ia substernenda fronde *catulis*. 3, 6, 4 quod tectum pro multitudine pavonum fieri debet et habere -ia discreta. 3, 9, 7 contra singulas perticas in pariete exclusa sint -ia *gallinarum* (3, 11, 2. CIC. nat. deor. 2, 129 gallinae avesque reliquae ... -ia sibi nidosque construunt. VERG. georg. 1, 411 -bus altis ... *corvi* inter se in foliis strepitant. COLVM. 8, 3, 4. 5. 8, 4, 3. 8, 5, 3 *avium*. 8, 5, 4. 11. 12. 13. 15. 8, 8, 3 *tabulati* parietes ... ut in ornithone praecepimus, continuis -bus excaventur. *saepius*. SIL. 2, 216 agit ... e pastu volucres ad nota -ia vesper. STAT. Theb. 5, 604 errantes per capta -ia *aligerae parentis* plumae. 12, 17 *columbarum*. Ach. 1, 378 IVV. 14, 82 APVL. met. 9, 33. LACT. Phoen. 62 assuetum nemoris dulce -e. AVIEN. Arat. 1744 nota -ia laeti succedunt pariter *corvi*). *saepius*. CIC. nat. deor. 2, 126 illa ... notiora ..., quanta se opera custodiant bestiae ... ut in -bus delitescant (LIV. 26, 13, 12 feras bestias caeco impetu ac rabie concitatas, si ad -ia et catulos earum ire pergas. MANIL. 2, 778 volucrum genus atque ferarum antiquasque domos et nota -ia linquunt. SEN. dial. 6, 7, 2. 7, 14, 3 qui bestiarum -ia indagat. clem. 1, 3, 3. epist. 68, 4 animalia quaedam ... vestigia sua circa ipsum -e confundunt. LVCAN. 1, 560 feras ... media posuisse -ia Roma. PLIN. nat. 8, 147 SIL. 15, 774 QVINT. decl. 328 p. 289, 4. PLIN. paneg. 81 excutere -bus feras. FLOR. Verg. p. 185 PANEG. 3, 10. VVLG. Soph. 2, 15 -e bestiae [νομὴ θηρίων]). CAES. Gall. 6, 27, 3 *alcibus* sunt arbores pro -bus. VERG. georg. 1, 183 fodere -ia talpae. 3, 230 *taurus* inter dura iacet pernix instrato saxa -i frondibus hirsutis. 4, 45 rimosa -ia *apium* (4, 343 lucifugis congesta -ia blattis. *cf.* PLIN. nat. 29, 28. SEN. clem. 1, 19, 2 *apium* regi amplissimum -e est. COLVM. 8, 1, 4 circa villam ponuntur μελισσῶνες καὶ χηνοτροφεῖα quin etiam λαγοτροφεῖα ... quae nos similiter appellamus apum -ia, apiaria ... aviaria, ... vivaria). HOR. sat. 1, 3, 100 prorepserunt primis animalia terris ... glandem atque -ia propter unguibus et pugnis. PAVL. FEST. p. 121 lustra significant lacunas lutosas, quae sunt in silvis aprorum -ia (*cf.* PORPH. Hor. sat. 1, 6, 68 lustra non ferarum -ia tantum. SIL. 4, 303 venator cum lustra exagitat spississque -bus atram immittit ... pestem. AVIEN. ora 511 lustra et ferarum -ia). PHAEDR. 4, 20, 1 vulpes -e fodiens. 3, 2, 11 in -e *panthera* concito properat gradu. SEN. dial. 3, 17, 6 serpentium venena a -i erepentium (SIL. 12, 8 evolvit serpens arcano membra -i. MART. 3, 4, 11 viperae -e. TERT. adv. Marc. 4, 24 p. 502, 16 conicere manum in cavernam aspidum. VVLG. Is. 34, 13 erit -e [ἔπαυλις] draconum et pascua struthionum. Ier. 9, 11 dabo Ierusalem in ... -ia draconum [κατοικητήριον]). MELA 3, 43 *tigres catulos* ad -ia sua referunt (PLIN. nat. 8, 66 ubi vacuum -e reperit *tigris*). PLIN. nat. 8, 133 *erinacei* condentes se in -e (EVSTATH. Bas. hex. 9, 3 p. 959^A). 9, 86 -e *conchyliorum*. 30, 89 -e *stelionis*. STAT. Theb. 1, 460 sunt et rabidis iura insita monstris (*sc. Centauris et Cyclopibus*) fasque suum, nobis sociare -ia terrae. 7, 670 primam leo -bus atris erexit rabiem (10, 414 lea, quam saevo fetam pressere -i venantes Numidae. VVLG. cant. 4, 8 de -bus leonum [ἀπὸ μανδρῶν]. Ier. 4, 7 Am. 3, 4 Nah. 2, 12 et implevit *leo* -e suum [κατοικητήριον] rapina. RVFIN. patr. 1, 2 p. 302^B patris *leonis* fremitu vel mugitu tamquam tremefactus -is locus suscitet catulum dormientem. PS. RVFIN. in Am. 3, 3). STAT. Theb. 12, 236 horrendis infesta -ia monstris. QVINT. inst. 2, 16, 16 mollire -ia et nidos texere. ITALA Matth. 8, 20 (Cypr. testim. 3, 11) vulpes -ia habent (φωλεούς, VVLG. foveas). NEMES. cyn. 148 rapit canis rictu primum portatque -i. 236 leporum secreta -ia monstrant (VVLG. prov. 30, 26 lepusculus, ... qui collocat in petra -e [οἴκους]). ARNOB. nat. 2, 17 in fossibilibus foveis tutamina sibimet et -ia praeparare. AMM. 22, 15, 22 inter arundines celsas haec belua (*sc. hippopotamus*) -bus positis. HIER. tract. in Marc. p. 362, 19 -e *hyaenae*. PALLAD. hist. mon. 1, 7 p. 277^B ovium -e.

III *de rebus*: *significat locum, quo quid iacet*: VARRO rust. 1, 8, 5 huius (*sc. vineae*) genera duo: unum, in quo terra -ia praebet uvis. COLVM. 4, 1, 4 nec sane positio seminum praealtum -e substerni desiderat. *in architectura* (*cf. Blümner, Technol. III 139*): VITR. 2, 8, 1 opus reticulatum ... in omnes partes dissoluta habet -ia et coagmenta. 2, 8, 4. 6. 4, 4, 4. 5, 5, 1 contra eas cellas relinquantur aperturae inferiorum graduum -bus. PLIN. nat. 36, 96 ea maxima moles fuit (*sc. limen templi*) nec sedit in -i (*de templo Dianae Ephesiae*). VAL. FL. 5, 144 prius ignoti quam dura -ia ferri eruerent (*sc. de venis metallorum*). STAT. silv. 4, 3, 46 pressis dubium -e saxis (*sc. agitur de via construenda*). VVLG. Ezech. 23, 17 cumque venissent ad eam filii Babylonis ad -e mammarum. CARM. de aegr. Perd. 147 splenis temptata -ia. *in imagine*: CASSIOD. in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

psalm. 35, 4 in -i suo, id est, in corde proprio. -e enim a cubando dictum est, ubi animus noster intus inhabitans bonum malumque meditatur. CIC. Verr. 3, 190 ut omnes mortales istius avaritiae non iam vestigia, sed ipsa -ia videre possint. Cluent. 82 Albiana pecunia vestigiisne nobis odoranda est an ad ipsum -e . . . venire possumus? Pis. 83 quas *labes imperii* . . . non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis et -bus persecuti sumus. LACT. mort. pers. 52 bestias malas extirpare, quae divini gregis pascua protriverant, -ia dissipaverant. POTAM. tract. 2 p. 1416^A ad -e cordis (RVFIN. Orig. in lev. 12, 7 si . . . susceperis . . . in -i animae tuae adulterum diabolum, meretricata est anima tua cum diabolo. AVG. psalm. 4, 6 p. 80 corda sunt -ia, de quibus et dominus monet, ut intus oremus clausis ostiis. 35, 5 p. 343 -e nostrum est cor nostrum. *et saepius.* PROSP. in psalm. 149, 5 exultatio sanctorum . . . est . . . in -bus suis, id est in conscientia bona). AMM. 30, 4, 8 ad ipsa -ia pervenire causarum. PS. RVFIN. in psalm. 18, 6 tamquam de castissimo procedens -i (*i. utero virginali*). RVFIN. hist. 4, 22, 6 castum ecclesiae -e. CLAVD. 22, 214 insidias retegunt et in ipsa -ia fraudum ducunt. GREG. M. moral. 3, 36 si non eos sancta ecclesia introrsus admittens usque ad fidei -e reciperet. 8, 41 in sacro namque eloquio lectulus, -e vel stratum secretum solet cordis intellegi.

nomen herbae: DIOSC. 3, 96 W. λεοντοπέταλον . . . Ῥωμαῖοι κουβίλια μαρίνα.

?**cubio** masculus (*vel* musculus) GLOSS. *cf.* gobio.

cubital, -is *n. a* 1. cubitus. GLOSS. ἀγκωνόδεσμος (II 576, 13 cubitale). HOR. sat. 2, 3, 255 ponas insignia morbi, fasciolas, -l, focalia.

***cubitālis,** -e *a* cubitum. *invenitur inde a* LIV. *i. q. longitudinem cubiti habens* (*cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 9 bioticum metrum est, quod in usu vitae et humana conversatione taxatur . . . primo per spatium longitudinis ut metrum -e pedale palmale. AVG. civ. 16, 8 alios statura esse -es, quos Pygmaeos a cubito Graeci vocant): LIV. 29, 34, 4 murum ab imo ad summum -bus fere cavis aperuit. CVRT. 3, 3, 16 aurea simulacra -ia. PLIN. nat. 7, 24 Eudoxus in meridianis Indiae viris plantas esse -es, feminis adeo parvas *esse narrat.* 8, 73 eale . . . maiora -bus cornua habens (19, 45 radicem fuisse maiorem -i. 22, 86 frutex est nunquam -i altior. 25, 120 caulis erectus, -i amplior. SVET. Galba 4 simulacrum aeneum deae -i maius. SOL. 52, 35). PLIN. nat. 8, 141 lacerti Arabiae -es. 8, 198 Syriae -es ovium caudae. 8, 213 -es dentium flexus *aprorum.* 12, 45 nardum caule -i. 13, 47 gignitur palma . . . ramis -bus (14, 42. 24, 29. 132. 25, 106. PALLAD. 4, 10, 1 [cod. p cubitulari]). 13, 80 erat et -is *latitudo chartae* macrocollis. 13, 132 plantae *cytisi* -es transferuntur. 13, 137 quercus -i a l t i t u d i n e (16, 247 altitudo *visci* non excedit -em. 18, 71 oryzae . . . altitudo -is. 19, 166 exit et in -em altitudinem. 19, 169 erraticum . . . nascitur . . . -i altitudine. 20, 205). PLIN. nat. 15, 68 ficus . . . crassitudine -i. 16, 33 panni . . . -i m a g n i t u d i n e (25, 63. BOETH. top. Arist. 1, 7 p. 915^D *graece* πηχυαίου μεγέθους). 16, 76 florem -em l o n g i t u d i n e (20, 60 caulis . . . -i longitudine. 26, 62). 18, 169 peragitur messis . . . stipulā numquam -i. 21, 41 caulem habet *rhizotomos* -em. 21, 70 *cerinthe* est . . . -is. 22, 19 caule geniculato -i et maiore aliquando (25, 65 caulis -is et aliquando amplioris. *de* caule -i *cf.* 22, 88 *et saepissime apud* PLIN.). 25, 147 radicibus . . . paene -bus. HERM. Pal. sim. 8, 1, 2 exiguas virgulas velut -es accipiebant. IVL. VAL. 3, 19 proceritudine -i. IVVENC. 1, 640 si -ia possent incrementa suis homines imponere membris. PALLAD. 3, 18, 6 scio plerosque . . . radices olearum . . . in -em (cubilitatem *cod. L*) m e n s u r a m recisas . . . disponere (*cf.* MAR. VICTORIN. *l. 29.* MARCELL. med. 6, 30 chartam -is mensurae . . . comburat. MART. CAP. 8, 811 gestabat in manu -em fulgentemque mensuram *Astronomia*). AMBR. hex. 4, 6, 26 neque te moveat, quod tamquam -is tibi orbis videtur solis (EVSTATH. Bas. hex. 6, 9 p. 932^A -is visentibus orbis suus putatur esse [*sc. de sole*]. ISID. orig. 3, 47 quia vero *magnitudo solis* tamquam -is nobis videtur, considerare oportet, quantum sol distat a terris). GLOSS. V 380, 15 puncto foramine in quo pedes vinctorum tenentur in ligno -i spatio interiecto. *de lusu*: ISID. orig. 18, 69, 2 -em lusum appellant, cum duo comminus ex proximo ac paene coniunctis cubitis pilam feriunt.

cubitātio, -ōnis *f. a* cubitare. *i. q. actus saepe cubandi, sc. de rebus venereis*: RVFIN. Orig. in Rom. 9, 33 p. 737^C (*ad Rom. 13, 13*) a foedis -bus cubilia appellata sunt, quae non tam rationabilibus videantur hominibus, quam feris et beluis convenire.

cubitio, -is *f. a* cubare. *i. q. actus cubitum eundi*: AVG. epist. 3, 1 p. 64, 8 legi enim litteras tuas ad lucernam iam cenatus; proxime erat -o (*i. tempus cubitum eundi*), sed non ita etiam dormitio.

cubito, -āvī, -āre [*a* cubare. *Th.*]. NON. p. 85, 13 -asset pro cubuisset (GLOSS. V 639, 7). *i. q. semper vel saepe vel diu cubare, dormire*: 1 *p r o p r i e*: PLAVT. Curc. 76 anus hic solet -are custos, ianitrix (APVL. met. 1, 15 ianitor pone stabuli ostium humi -ans). Pseud. 1177 tunc etiam -are solitus in cunis puer? CIC. Cael. 36 qui . . . tecum semper pusio cum maiore sorore -vit. PAVL. FEST. p. 115 lectus dictus vel a collectis foliis ad -andum. SEN. epist. 90, 14 qui se complicuit in dolio et in eo -vit? COLVM. 8, 11, 17 *pulli*, qui sic (*sc. humi*) -ant, tollendi sunt (HIER. vita Hilar. 9 super nudam humum stratumque iunceum usque ad mortem -vit. VICT. VIT. 3, 43 nudam super humum). COLVM. 8, 13, 3 haras facere, in quibus -ent *porci.* TAC. ann. 14, 5 Acerronia super pedes -antis *Agrippinae* reclinis. ITIN. Alex. 14 quod solito diutius ac profundius -isset (*i. dormisset*). AMM. 16, 8, 10 aedem brevem, ubi -are sueverat. 19, 6, 11 -antes pro muris Iliacis Thracas. HIER. epist. 50, 5 volo omnes, qui propter nocturnos forsitan metus soli -are non possunt, uxores ducere. vita Malchi 8 secreto -are. RVFIN. Clement. 2, 1 in eodem conclavi. Orig. in gen. 8, 4 ut . . . puer penderet in amplexibus patris . . ., -ret in gremio. BACHIAR. repar. laps. 21 ut . . . domi suae toroque -ret. 2 *i. q. c o n c u m b e r e* (GLOSS. συνουσιάζω): PLAVT. Curc. 57 at illa est pudica, neque dum -at cum viris. Stich. 547 ego tibi meam filiam, bene quicum -res, dedi. nunc mihi reddi ego aequom esse abs te quicum -em censeo. ARNOB. nat. 1, 64 p. 44, 25 qui cum pueris -ant formonsis, lascivientibus, nudis. LACT. inst. 34, 6 p. 710, 15 Cynici, qui palam cum coniugibus suis -erunt. VICT. VIT. 1, 31 cum coniuge. AVG. serm. ed. Mai 118, 4 (*in imagine*) ecclesia, quae in mensa saeculi cum alieno viro quondam polluta -bat, repentinis a Christo haustibus numeratur.

cubitor, -ōris *m. a* cubare. COLVM. 6, 2, 11 est etiam post domituram mollioris generis bos, qui decumbit in sulco . . . utilius est citra corporis vexationem fame potius et siti -em bovem emendare . . . itaque si bos decubuit utilissimum est pedes eius . . . obligari.

cubitōrius, -a, -um *a* cubare, cubitor. *i. q. ad cubandum pertinens*: PETRON. 30 *servus* vestimenta mea -a perdidit (*codd.*, accubitoria *Heinsius, Lipsius, i.* cenatoria).

cubitūra, -ae *f. a* cubare. PLAVT. Cist. 379 (*cf.* NON. p. 198) pol ad -am, mater, magis sum exercita fere quam ad cursuram.

1. *cubitus, -ī *m. et* **cubitum,** -ī *n.* [*cf. c.* cubare, -cumbere. *vocabulum graecum* κύβιτον *ab Italicis tractum esse videtur, num etiam* κύβωλον (*Pollux B 141*) *dubito. Th.*]. ISID. orig. 11, 1, 64 -us dictus, quod ad cibos sumendos in ipso cubamus. PRISC. gramm. II 507, 12 accubitum, unde et '-us' dicitur. *de genere*: DVB. NOM. gramm. V 574, 12 -um corporis generis masculini, mensurae autem generis neutri. NON. p. 201 -us masculini generis. neutri Lucilius. HIER. in Ezech. 47, 5 p. 590 quod -os genere masculino et non neutrali -a dicimus iuxta regulam grammaticorum, et in superioribus docui, non nos ignorantia hoc facere, sed consuetudine propter simplices quosque et indoctos, quorum in congregatione ecclesiae maior est numerus. *ubi genus dinosci potest, usurpatur m a s c. de parte brachii*: PLAVT. Capt. 796 Stich. 311 OV. met. 14, 501 CELS. *saepius.* SVET. frg. p. 272 ITALA num. 24, 8 (Lugd. Priscill. tract. 1 p. 27, 5). AVG. *l. 56* PS. SORAN. *l. 58* PHYSIOGN. 80, 5. *de mensura*: VVLG. *passim.* BALB. grom. p. 14. 95. 96 (*ibid. neutr.*) PS. HIL. dedic. eccl. p. 882^A PS. PROSP. prom. 1, 7, 2. 11 RVFIN. hist. mon. 8 p. 420^C CASSIOD. hist. 1, 9 PASS. Matth. 245, 19. *n e u t r. de parte brachii*: VITR. 3, 1, 2 (*sic traditur,* -us *vulg.*). PLIN. nat. 11, 249. *de mensura*: LVCIL. 455 (*v. l. 34*). LIV. *saepius.* VITR. 10, 13, 5 *bis.* PLIN. nat. *saepe.* BALB. *v. l. 43.* GELL. 3, 10, 11 ITALA Ios. 3, 4 (Lugd., VVLG. -orum) SOL. EPIT. Alex. 55 AVG. civ. 15, 27 quaest. hept. 1, 4 serm. 323, 2 BOETH. arithm. 1, 21 p. 45, 16. *de f o r m i s*: SOL. 1, 91 *genet. plur.* cubitum (-uum, gubituum, cubitorum, gubitorum *trad.*). 54, 6 *genet. plur.* cubitum. ORIBAS. syn. 1, 10 gubito. EDICT. imp. Diocl. 12, 1^a. 10. 11 qubitorum. ?*c u b i t u s*, -ūs *v. l. 51.* AVG. c. Faust. 12, 16 p. 346, 9 uno -u *codd. LPM*². *de s i g n i f i c a t i o n e*: SVET. *v. p. 1275, 84.* AVG. serm. 323, 2 graece -um ἀγκών dicitur. quaest. hept. 2, 109 ducta est autem similitudo verbi (*sc. anconiscos*) a -is, ubi flectuntur manus, quibus incumbunt recumbentes, qui graece ἀγκῶνες vocantur. PS. SORAN. quaest. med. 52 iuncturae brachiorum et lacertorum et radiorum -i vocantur. GLOSS. -us ἀγκών. πῆχυς. κορωνός. -i ἀγκῶνες. πήχεις. κορωνοί. -um ἀγκών. πῆχυς. κορωνόν (*acc. sing. masc.?*). *de* cubitus *vel* cubitum *i. mensura cf. p. 1275, 72. Otto, Sprichw. p. 100; Hultsch, Gr. u. röm. Metrol.² p. 76 et PW. IV p. 1738.*

legitur inde ab ENN. *et* PLAVTO *singulis locis apud*: LVCIL. VARRONEM rust. RHET. Her. NEP. VERG. COPAM CIRIM PROP. MELAM PERS. CALP. STAT. IVV. PLIN. epist. GELL. *binis*: CIC. GERM. VAL. MAX. QVINT. *ter*: HOR. LIV. *quaternis*: CVRT. MART. SVET. *quinis*: PETRON. AMPEL. *saepius*: PLAVT. OV. VITR. CELS. PLIN. nat. APVL. *saepissime*: VVLG. [*loci dubii*: VITR. 10, 13, 6 *coni. Schneidewin.* GERM. 464 *coni. Maybaum.* PLIN. nat. 21, 114 (cimbrorum *vel* cribrorum *codd.*, -orum *coni. Mayhoff*). 36, 76 (*suppl. Mayhoff*).] [*val.* cot, *it.* gomito, *francog.* coude, *hisp.* codo. *M.-L.*]

1 *p a r s b r a c h i i h u m a n i*: a *f l e x u r a b r a c h i i*: PLIN. nat. 11, 249 homini genua et -a contraria, item ursis et simiarum generi. STAT. Theb. 4, 164 qua -i sedeant vestigia terrā. QVINT. inst. 11, 3, 93 vitiose vero idem sinistrum quasi umerum petens in latus agi solet, quamquam adhuc peius aliqui transversum brachium proferunt et -o pronuntiant. 11, 3, 118 ut . . . -um utrumque in diversum latus ventilet. ARNOB. nat. 3, 13 manus ministras operum articulatis digitis et -orum mobilitate tractabiles. LACT. opif. 5, 10 p. 21, 9 ubi tantummodo curvari membra oportebat, ut in genibus et -is et manibus ipsis. 10, 21 p. 37, 5 utilis ac decens flexura -orum. HYG. astr. 3, 3 *Arctophylax* habet . . . in -o dextro claram *stellam* I (*gr.* ἐπὶ τοῦ ἀγκῶνος). *item de sideribus quae hominum figuras praebent*: HYG. astr. 3, 5. 8. 10. 12. 21. 26. 28. 33. 37. SCHOL.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Germ. Bas. p. 61, 12 *et saepe*. AVG. gen. ad litt. 8, 21 p. 260, 16 sic tota palma ab articulo -i . . . cum movetur. PHYSIOGN. 80, 5 tenues -i imbecilles, pleni nimium indociles ostendunt. 117, 9 qui brachium ab humero usque ad -um brevius habent, quam est spatium ab humero usque ad caput summum. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 21 brachiorum musculis aut -orum nodis haec adhibenda. acut. 2, 32, 166 item genuum gelidus stupor atque -orum et tibiarum. ORIBAS. syn. 1, 10 vena iossana quae -o proxima est . . . gubito proxima, quae dicitur iossana, nam iosana flebotomatur quaecumque sub cervicibus surgunt passiones. b *inferior brachii pars*: RHET. Her. 4, 54, 67 quiesce tu, cuius pater -is emungi solebat. COPA 4 ad -um raucos excutiens calamos (*iunge* ad r. calamos -um exc.). Ov. met. 12, 343 -ique ingentia frangit ossa. 14, 501 -ique leves sinuantur in alas. VITR. 1, 2, 4 uti in hominis corpore e -o, pede, palmo, digito, ceterisque particulis symmetros est eurythmiae qualitas, sic est in operum perfectionibus. 3, 1, 2 pes vero altitudinis corporis sextae *partis*, -um (*cf. p. 1274, 46*) quartae, pectus item quartae. 3, 1, 5 mensurarum rationes . . . ex corporis membris collegerunt, uti digitum, palmum, pedem, -um (*cf. infra l. 72*). PETRON. 136 vexat -um ipsa stipite ardenti. MART. 3, 63, 10 pallia vicini qui refugit -i (*per synecdochen pro homine vicino*). 8, 59, 9 lapsa nec a -o subducere pallia nescit. OPTAT. 2, 26 p. 66, 12 vae filiabus Israhel, quae sarciunt cervicalia, i. e. membra cervicis, ut supponant sub -o et sub manu. ITALA num. 24, 8 (Lugd. Priscill. tract. 1 p. 27, 5) -os eorum emedullavit (τὰ πάχη, VVLG. ossa) SORAN. p. 102 sinistra manu sua sub ascella dextra infantem tenere, ita ut pectus ipsius supra -um eius iaceat. c *os partis brachii inferioris*: CELS. 8, 1 -us inferior longiorque et primo plenior in summo capite duobus quasi verticibus extantibus in sinum humeri, quem inter duos processus eius esse proposui, se inserit. *ibid.* radius plenior, -us admodum tenuis . . . -us rotundus in extremo . . . *tibia* cum femoris inferiore capite committitur, sicut cum umero -us. 8, 10, 2 -us aqua calida fovendus . . . eminentia -i. 8, 10, 3. 8, 11 in brachio radius a -o *recedit*. 8, 15 *saepius*. 8, 16. 20. *nota in imagine de promunturiis*: MELA 2, 64 *Ancona* in angusto illorum duorum promunturiorum ex diverso coeuntium inflexi -i imagine sedens et ideo a Grais dicta Ancona. PLIN. nat. 2, 115 montium vero flexus crebrique vertices et conflexa -o aut confracta in umeros iuga. 3, 111 Ancona apposita promunturio Cunero in ipso flectentis se orae -o.

iuncturae notabiles: a -o *pulsare sim. aliquem*: ENN. frg. inc. 51 -is pinsibant humum (*cf.* VARRO ling. 5, 23). PLAVT. Capt. 796 nam meus est ballista pugnus, -us catapultast mihi. Cas. 849 pectus mi icit non -o, verum ariete. 853 opsecro, ut valentulast, paene exposivit -o. cubitum ergo ire volt (*in lusu verborum, cf. p. 1279, 44*). Curc. 282 ne quem in cursu capite aut -o aut pectore offendam aut genu. Stich. 286 -is depulsa de via. *cf.* 311 experiar, fores an -i ac pedes plus valeant. HOR. sat. 2, 5, 42 aliquis -o stantem prope tangens. PERS. 4, 34 est prope te ignotus, -o qui tangat et acre despuat. MART. 3, 82, 6 -isque trudit hinc et inde convivas. IVV. 3, 245 ferit hic -o, ferit assere duro alter. APVL. met. 2, 26 pugnis ille malas offendere, scapulas alius -is impingere. 9, 40 sublimem elatum terrae graviter applodit, et statim qua pugnis, qua -is, qua morsibus, . . . faciem . . . converberat. TERT. anim. 55 illos -o pellere. b *inniti* -o: NEP. Att. 21, 5 hos ut venisse vidit, in -um innixus . . . inquit. VERG. Aen. 4, 690 ter sese attollens -oque adnixa levavit *Dido*. CIRIS 348 super morientis alumnae frigidulos -o subnixa pependit ocellos. HOR. carm. 1, 27, 8 lenite clamorem, sodales, et -o remanete presso. sat. 2, 4, 39 languidus in -um iam se conviva reponet. PROP. 1, 3, 34 sic ait in molli fixa toro -um. Ov. epist. 20, 16 quam pallida vix -o membra levare putas? met. 7, 343 ille cruore fluens -o tamen allevat artus. 9, 518 in latus erigitur -oque innixa sinistro . . . inquit. 11, 621 -oque levatus. Pont. 3, 3, 11 territus in -um relevo mea membra sinistrum. GERM. 466 ora Cycnus habet iuxta, -o lucet super ipsum nixa genu facies. VAL. MAX. 2, 6, 8 lectulo . . . recubans et innixa -o. 5, 1 ext. 1 in -um tamen erectus dexteram omnibus . . . porrexit. PETRON. 27 hic est . . . apud quem -um ponetis (*i. cenaturi estis*). 39 reclinatus in -um. 65 reposui -um. 132 erectus igitur in -um. CALP. ecl. 6, 71 seu residere libet . . . ponere seu -um. MART. 5, 61, 4 sellam -o dexteriore premit. APVL. met. 10, 17 primum me quidem mensam accumbere suffixo -o. SIDON. epist. 1, 11, 14 -um toro reddidi.

2 *mensura, cui brachii inferioris longitudo est*: VITR. 3, 1, 5 mensurarum rationes, . . . ex corporis membris collegerunt, uti digitum, palmum, pedem, -um. 3, 1, 7 -umque animadverterunt ex sex palmis constare digitisque XXIIII. *cf.* 3, 1, 8. BALB. grom. p. 94 digitus, uncia, palmus, sextans, pes, -us, gradus, passus, decempeda, actus, stadium, miliarium. p. 95 -us habet sesquipedem. p. 96 pedes ut in -os redigamus, semper duco octies et sumo partem XII: erunt -a. -a vero ut in pedes redigamus . . . . GROM. p. 373, 2 unus -us est, qui naturaliter a -o ad digitorum usque summitatem pertendit. p. 373, 5 alius -us est, qui et maior dicitur . . . qui brachio extenso toto -o capiti prolato se esse demonstrat. SVET. frg. p. 272 ulna secundum alios utriusque manus extensio est, secundum alios -us: quod magis verum est, quia graece ὠλένη dicitur -us. AVG. civ. 15, 27 Moysen . . eruditum . . . omni sapientia Aegyptiorum, qui geometricam dilexerunt, geometrica -a significare potuisse, ubi unum quantum sex nostra valere asseverant (*cf.* quaest. hept. 1, 4 -um autem geometricum dicit tantum valere, quantum nostra -a sex valent). 16, 8 alios statura esse cubitales, quos Pygmaeos a -o Graeci vocant (*cf. p. 1273, 32*). BOETH. arithm. 1, 21 p. 45, 16. CIC. Att. 13, 2, 3 biennium praeteriit cum ille Καλλιππίδης assiduo cursu -um nullum processerit (SVET. Tib. 38 quem [*sc. Callippidem*] cursitare ac ne -i quidem mensuram progredi proverbio Graeco notatum est. *cf. Otto, Sprichwörter p. 100*). LIV. 37, 41, 6 cuspides circa temonem ab iugo decem -a extantes (PLIN. nat. 16, 57 ut a terra -o cum minimum absit. 17, 195). PLIN. nat. 2, 217 octogenis -is supra Britanniam. 7, 22 multos ibi quina -a constat longitudine e x c e d e r e *homines* (8, 89 magnitudine excedit plerumque duodeviginti -a. 13, 71 duo -a non excedente altitudine gurgitum. 15, 104. 18, 168. 27, 78. 25, 161 maius et -i altitudinem excedit, crassitudine plus quam pollicari). 36, 62 mensurae non ultra bina -a. COD. Theod. 9, 32, 1 (*a. 409*) si quis posthac per Aegyptum intra duodecimum -um fluminis Nili ulla fluenta de propriis ac vetustis usibus praeter fas praeterque morem antiquitatis usurpaverit, flammis eo loco consumatur (CASSIOD. hist. 1, 9 p. 892ᶜ -us in ecclesias . . . offertur, quo significatur caementum aquae Niliacae). VVLG. gen. 7, 20 quindecim -is altior fuit aqua (πήχεις). exod. 37, 1 fecit . . . et arcam . . . habentem duos semis -os in longitudine et -um ac semissem in latitudine, altitudo quoque unius -i fuit et dimidii. deut. 3, 11 novem -os habens longitudinis et quattuor latitudinis ad mensuram -i virilis manus (ἐν πήχει ἀνδρός). *et saepissime*.

iuncturae: *genet. qualitatis*: VARRO rust. 1, 37, 5 radices trium et triginta -orum. VITR. 10, 13, 15 circumitionem -orum ternum. *saepius*. PAVL. FEST. p. 367 telum longitudinis trium -orum. CVRT. 5, 1, 26 altitudo muri L -orum. 9, 5, 9 duorum -orum sagittam. PLIN. nat. 5, 34 puteos . . . binum ferme -orum altitudine. 5, 58 incrementum est -orum XVI. 6, 98 *saepissime*. SVET. Aug. 43 anguem quinquaginta -orum. IREN. 1, 18, 3 columnae decem -orum (δεκαπήχεις). SOL. 1, 90 Orestis . . . ossa . . . discimus implesse longitudinem -orum septem. HEGES. 5, 20, 1 triginta -orum in altitudinem. AVG. civ. 15, 26 arca trecentorum in longitudine -orum et quinquaginta in latitudine et triginta in altitudine. EDICT. imp. Diocl. 12, 5 -orum n̄ biginti octo, latitudinis in quadrum -orum quattuor. *abl.*: PLIN. nat. 36, 30 attollitur *Mausoleum* in altitudinem XXV -is. AMPEL. 8, 12 postes marmorei monolithi longi -is viginti. 8, 20 *Iuppiter*, quem fecit Phidias . . . latum -is LX. 8, 22 latitudo *muri* -is triginta, altus -is CXXX. *acc.*: PS. HIL. dedic. eccl. p. 882ᶜ habebat XX -os longitudinis et XX -os latitudinis et XX -os altitudinis. p. 883ᶜ XX -os longitudinis, latitudinis, altitudinis habebat. *saepius*. RVFIN. hist. mon. 8 p. 420ᶜ bestiam . . . habere in longitudine quindecim -os. AVG. civ. 15, 27 qui mihi videntur non computare nisi trecenta -a longitudinis et latitudinis quinquaginta. *apponitur adiectivis* longus, altus, latus: PLAVT. Poen. 837 nomina insunt -um longis litteris. Rud. 1294 -um hercle longis litteris signabo iam usquequaque. LVCIL. 526 Lysippi Iuppiter ista transibit quadraginta -a altus Tarento. CIC. leg. 2, 66 noluit quicquam statui nisi columellam tribus -is ne altiorem. LIV. 37, 37, 10 fossam sex -a altam. 37, 40, 12 gladios . . . longos quaterna -a. VITR. 10, 13, 4 turrim autem minimam ait oportere fieri ne minus altam -orum LX. *saepius*. PLIN. nat. 5, 128 L -a alto mari. 21, 92 urtica . . . altior binis -is. 25, 151 caulis . . . altior saepe binis -is. PLIN. epist. 10, 41, 3 lacus . . ., quem artifices . . . quadraginta -is altiorem esse contendunt. EPIT. Alex. 55 Porum -a V esse altum. PS. HIL. dedic. eccl. p. 882ᴮ omnis altitudo domus in CXX -is erat extenta. prior igitur domus XXX -is in altitudine surgit (*cf. supra l. 40sqq.*). superior domus XXX aeque -is se in altum attollit. suprema domus bis tricenis alta est -is. AMM. 22, 15, 13 *Nilum* nemo extolli -is altius sedecim possessor optavit.

deriv.: cubital, cubitalis.

2. cubitus, -ūs *m. a* cubare. cubitus, -ī *m. v. infra l. 79.* cubitum, -ī *n. v. infra l. 81.* [*locus dubius*: PLIN. nat. 8, 169 nec nisi spatiosa in cubitu laxitas tuta (*sic Detl.*, cubita *vel* cubitus *codd.*).]

1 *i. q. actus cubandi*: GLOSS. -us cubitatio. PLIN. nat. 7, 171 maxime atque etiam supino assidue -u venarum inaequabili aut formicante percussu *signa letalia esse observatum est*. 10, 157 medicina in fame et -us in fumo *gallinis aegrotis*. 28, 54 supini -us oculis conducunt. APVL. met. 3, 13 Fotis mea dominae suae -u procurato . . . advenit. CHIRON 128, 1. 3. **2** *i. q. cubile*: CATO agr. 5, 5 primus -u surgat, postremus -um eat (*cf. etiam* cubo *p. 1279, 48*). PLIN. nat. 24, 59 matronae Thesmophoriis Atheniensium castitatem custodientes his foliis -us sibi sternunt. APVL. met. 10, 20 eunuchi . . . pluma delicata terrestrem nobis -um praestruunt. ITALA Marc. 12, 39 (cod. d) primos -os (πρωτοκλισίας, VVLG. discubitus in cenis). CORP. IX 3436, 12 ⟨c⟩ubitumque concessit (*i. sepulcrum. cf.* cubile *p. 1271, 21*). CARM. epigr. 639, 5 ornabat -a ⟨atque om⟩nia laeta gerebat. **3** *i. q. concubitus, de rebus venereis*: PLAVT. Amph. 1122 is se dixit cum Alcumena clam consuetum -bus. ITALA num. 5, 20 (Lugd.) si . . . dedit aliquis -um (κοίτην, VVLG. concubuisti cum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

altero viro) suum in te praeter maritum tuum. CARM. adv. Marc. 5, 59 feminei sexus -us taedere dedisset.

cubius *et* **cubi[l]um** *v.* gobio.

***cubo,** -uī *et* -āvī, -itum (-ātūrus), -āre [*i. q. falisc.* cupat cupa *'cubat' (paelign.* incubat *'incubat'), cf. c.* (ac)cumbere, cubitus, *gr.* κύβος, *got.* hups *'coxa', med.* suptīm *'coxam', fortasse c. gr.* κύπτειν. *Th.*]. VARRO ling. 5, 162 ubi -bant, cubiculum appellarunt. 6, 7 concubium appellarunt, quod omnes fere tunc -rent. CASSIOD. in psalm. 4, 4 ferarum domicilium proprie cubile dicitur a -ando.

de formis: PRISC. gramm. II 469, 10 -o quoque -ui facit, a quo composita tam primae quam tertiae coniugationis inveniuntur, eundem tamen habet perfectum. 473, 11 alia vero in 'ui' divisas praeteritum desinentia 'ui' in 'itum' convertunt in supino paenultima correpta 'domui domitum' '-ui, -itum'. 507, 5 et nunc quidem simplex eorum, id est '-o, -as' primae est coniugationis, vetustissimi tamen et hoc et omnia, quae in 'ui' faciunt divisas praeteritum perfectum in prima coniugatione, etiam secundum tertiam solebant declinare. EVTYCH. gramm. V 468, 10 incumbo . . ., procumbo . . ., accumbo . . ., succumbo, quorum primitivum sine m enuntiatur tamque simplex quam compositum sine m prolatum primae coniugationis est, ut -o, -as, incubo, incubas, procubo, procubas, excubo, excubas. *perf.* cubavi *legitur*: PROP. 2, 15, 17 cubaris (cubares *codd.*). 2, 16, 23 cubaris. QVINT. inst. 8, 2, 20 -asse. AVG. c. Faust. 22, 61 p. 657, 3 -asse. VVLG. II reg. 13, 14 -vit. Ezech. 19, 2. GLOSS. V 448, 38 -vi. cubui *forma longe usitatior, legitur ex. gr.* PLAVT. Amph. 513. 735 Bacch. 1009 Rud. 498 TER. Hec. 138 TVRPIL. com. 7 CIC. de orat. 2, 352 OV. rem. 727 SVET. Iul. 72 Aug. 16. 73 APVL. met. 4, 8 *al.* cubitum *supin. v. p. 1279, 43.* cubaturus: CASS. FEL. 1 p. 4, 5 ex quibus (*sc. catapotiis*) ad vesperam -uris (*aegrotis*) in ova sorbilia . . . dabis. 33 p. 70, 6 vespertino tempore -uris, id est euntibus dormitum dabis *medicinam.* HIER. in Soph. 2, 12 p. 709 (*v. l.* cubiturus, *quod alibi non legitur*). GLOSS. -at ἠρεμεῖ θηρίον. -vi mansi. *legitur inde a* PLAVTO, *adhibent singulis locis*: NEP. CVLEX PRIAP. MANIL. PETRON. QVINT. IVV. *binis*: TER. RHET. Her. CATVLL. PLIN. epist. VLP. dig. *ternis*: TIB. PAVL. FEST. VAL. MAX. MART. GELL. *quaternis*: LVCR. PROP. CVRT. *saepius*: PLAVT. CATO agr. VARRO CIC. HOR. OV. CELS. COLVM. PLIN. nat. SVET. APVL. [*dub.* PLAVT. Men. 928 facilin tu dormis -ans (curans *codd.*).] [*it.* covare, *francog.* couver. *M.-L.*]

1 *generatim i. q. iacere*: PLAVT. Pseud. 36 in cera -at *amica.* Stich. 620 tantillum loculi, ubi catellus -et. VARRO Men. 335 turba . . . est turbulenta, et Romae quidem stat, sedet Athenis, nusquam autem -at. CIC. Verr. 5, 51 in lectica -ans. de orat. 1, 257 sedentes declamitant . . . vocem -antes sensim excitant. RVT. LVP. 2, 7. CVLEX 154 circa passim fessae -uere capellae. HOR. epod. 12, 5 polypus an gravis hirsutis -et hircus in alis. PROP. 4, 7, 54 vipera nostris sibilet in tumulis et super ossa -et. MANIL. 5, 305 ille pater tali de sidere cretus esse potest, qui serpentem super ora -antem . . . sustinuit. COLVM. 5, 5, 18 nec magna est putationis differentia -antis et stantis rectae vineae. 7, 9, 9 sues . . . super alias aliae -ant. 7, 9, 10. 8, 7, 2 si dure -ant *gallinae*, non facile pinguescunt. 8, 17, 9 (*ibid.* iacentibus, prostratis). 8, 17, 14 dum supinus semper -at *iacens piscis.* 10, 391 coluber . . . ventre -at flexo. CALP. ecl. 6, 33 qui *cervus* medius -at inter lilia. PLIN. nat. 8, 39 achlin . . . non -antem, sed acclinem arbori in somno (SOL. 20, 7 *alce* non -at, cum dormiendum est). 8, 126 ursorum coitus . . . ambobus -antibus complexisque *fit.* 8, 206. 10, 161. 16, 242. SVET. Aug. 33 ius dixit . . . domi -ans. 43 lectica -ans. Vesp. 24. gramm. 24 postmeridianis horis admittere solebat -ansque . . . legere quaedam. AVG. in psalm. 103 serm. 3, 23 quam multi gerunt leones -antes in cordibus suis. *nota*: *i. q. oblique iacere*: LVCR. 4, 517 omnia mendose fieri atque obstipa necesse est prava -antia, prona supina atque absona tecta. HOR. carm. 1, 17, 11 Vsticae -antis . . . levia saxa (*cf.* PORPH. *ad l.* Vsticam . . . -antem suaviter dixit ad resupinam regionem eius attendens).
i. q. habitare: TERT. anim. 15 vim sapientialem atque vitalem . . . neque in vertice potius praesidere secundum Xenocratem neque in cerebro -are secundum Hippocratem. *i. q. situm esse*: MART. 5, 1, 4 plana suburbani qua -at unda freti.

f. **cultrix**, -īcis. *cf.* RVFIN. *p. 1317, 73. forma* cultris *v. infra l. 33.* *ad* cultor *I A*: NOVIVS Atell. 105 per deam sanctam Lavernam, quae ⟨mei⟩ -x quaestuist. CIC. fin. 5, 39 earumque *rerum* augendarum et alendarum quandam -em esse, quae sit scientia atque ars agricolarum. CORP. VIII 9050 -x pudicitiae. SERV. auct. Aen. 8, 128 quia et lana in tutela Minervae sit, quae pacis bellique sit -x. OP. imperf. in Matth. 4 p. 660 prae omnibus animalibus haec (*columba*) -x est caritatis. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 291 -esque iustitiae (*leges*). VEN. FORT. carm. 4, 25, 17 templorum domini -x (cultrex *codd. meliores*). PALLAD. hist. mon. I 44 -x egregia castitatis. PASS. Theclae B 38 p. 108, 15 pietatis (epit. IV 6 p. 155, 18). PASS. Paul. 14 religionis divinae -em. INSCR. christ. Rossi II p. 151, 22, 2 iustitiae -x. *I B 1*: GLOSS. -x γεωργήτρια (*exempla desunt*). *I B 2*: CATVLL. 64, 300 relinquens ... -em montibus Idri *Dianam*. VERG. Aen. 3, 111 mater (*magna*) -x Cybelae *montis*. 11, 557 nemorum -x Latonia virgo (*cf.* STAT. Theb. 4, 425 nemori Latonia -x additur). CVLEX 23 te (*Pales dea*) -e vagus saltus feror inter et antra. PAVL. FEST. p. 185 Orestiades nymphae montium -es. PHAEDR. 2, 4, 3 sus nemoris -x. *II A* (GLOSS. cultris veneratris): STAT. Theb. 12, 302 -x placitissima nostri (*i. Iunonis*) Inachis Argia. SVLPICIA sat. 65 pone metus aequos, -x mea (*sc. Musae*). PORPH. *et* SCHOL. Hor. carm. 3, 25, 14 -bus Liberi patris. ARNOB. nat. 6, 7 civitas ... numinum cunctorum -x (*i. Roma*). CARM. epigr. 856, 6 -x deae Phariaes casta. LACT. mort. pers. 11, 1 deorum montium. ZENO 2, 7, 1 simulant *sectae* se esse -es *Christi*. AMM. 19, 1, 11 Veneris. AMBROSIAST. in Col. 2, 9 cavendam ... traditionem istam, quia mundi -x est, non dei. VVLG. act. 19, 35 Ephesiorum civitatem -em (νεωκόρον) esse magnae Dianae. RVFIN. hist. 11, 23. MAR. MERC. Nest. serm. 2 ne quis christianitatem hominis putet esse -em. OP. imperf. in Matth. 1 p. 618 idolorum (AVG. serm. 121, 3). CASSIOD. hist. 3, 6 p. 951ᴮ dei -em pietatem. INSCR. Jahresh. des österr. arch. Inst. VIII 1905 Beibl. 6 Marina honesta femina -x d(e)i. CORP. XI 5223 (*Fulginiis*) -es collegi Fulginiae. *de rebus in sacris adhibitis*: PERS. 3, 26 -xque foci ... patella. STAT. Theb. 10, 174 -x arbor (*i. pinus in sacris Magnae Matris*). *adde*: MAXIM. eleg. 5, 87 mentula, festorum -x operosa dierum. *II B*: STAT. silv. 5, 1, 191 *statua Caesaris in testamento matronae poni iussa* propriae signet -is amorem. CARM. epigr. †1846, 14 coniugis heu -x (*quasi comitatrix*) dura satis pateris. AVELL. p. 616, 21 mihi peculiari -i vestrae.

cultra *v.* culter.

cultrārius, -ī *m. a* culter. *i. q. cultrorum confector*: CORP. I 1213 (= X 3984) Q. Tiburti Q. l. Menolavi -i oss(a) heic sita sunt. X 3987. *i. q. victimarius*: SVET. Cal. 32 succinctus poparum habitu -um mactavit.

cultrātus, -a, -um *a* culter. *i. q. cultro similis*: PLIN. nat. 13, 30 folia *palmae*, -o mucrone, lateribus in sese bifida [*conicitur* PLIN. nat. 18, 173].

cultrix *v. supra l. 15.* **cultrum, cultrus** *v.* culter.

scitulum **cultulum** GLOSS. IV 167, 47. *a 1.* cultus *deminutive.* *L.*

***cultūra**, -ae *f.* [*cf. c.* colere, cultus. *Th.*]. *declinatur*: GRAMM. suppl. 95, 16. ISID. orig. 17, 2, 1 -a est, qua frumenta vel vina magno labore quaeruntur, ab incolendo vocata. *cf. p. 1324, 75. 78.* GLOSS. ἐπιμέλεια. *legitur apud* CATONEM VARRONEM CIC. CAES. VAL. MAX. CELS. COLVM. PLIN. nat. *et saepius, praecipue apud scriptores rei rusticae et apud christianos; raro apud poetas* (*ex. gr. singulis locis apud* LVCR. *et* VERG., *ter apud* HOR.). *plurali numero legitur.* COLVM. 1, 1, 20. 1, 9, 4. 11, 2, 3. 25 PLIN. nat. 14, 1. 18, 41 Ps. AGENN. grom. p. 12, 14 FRONTIN. grom. p. 32, 11 HYG. grom. p. 126, 5, 7. 127, 15 SIC. FLACC. grom. p. 161, 4. 17 PAVL. sent. 4, 8, 25 PAPIN. dig. 18, 1, 73 CYPR. epist. 55, 28 SPART. Hel. 3, 5 LACT. epit. 18 (23), 1 mort. pers. 7, 3 Ps. RVFIN. in Ioel 3, 17. 18 AVG. epist. 402, 42 in psalm. 136, 21 MART. CAP. 6, 698 SALV. gub. 7, 8 *et saepe.* [*it.* coltura, *francog. vet.* couture. *M.-L.*]

I *cura, curatio*: **A** *rerum corporearum*: **1** *agri, arborum, pecudis sim., etiam i. q. ratio colendi* (*cf.* agri -a *I p. 1426, 49 sqq.* GLOSS. γεωργία, γεη(ω)πονία): **a** *de cultione ipsa*: *absolute*: CATO agr. 61, 2 cetera -a *praeter arandum* est multum sarire et diligenter eximere semina et per tempus radices quam plurimas cum terra ferre; ubi radices bene operueris, calcare bene, ne aqua noceat (COLVM. 1, 9, 4 *p. 1322, 32.* 4, 7, 12 ratio putationis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aut ceterae -ae. *cf.* PLIN. nat. 18,183 PAPIN. dig. 18,1,73,1 *p. 1323,1*). frg. Colum. 1, 8, 7 villicus . . . non debet . . . egredi terminos nisi ut addiscat aliquam -am. VARRO Men. 17 terra -ae causa attributa olim particulatim hominibus. ling. 7,73 quaedam in caelo signa quae ...ad aliquem usum -ae [tempus designandum] convenire animadvertebantur. rust. *passim, ex. gr.* 1, 1, 6 sine successu ac bono eventu frustratio est, non -a (*cf.* PS. RVFIN. in Os. 2, 12). 1, 2, 8 impensam ac sumptum facere in -a (PLIN. nat. 18, 43 est profecto opera, non impensa -a constat. IVLIAN. dig. 7, 1, 34, 1 ut . . . impensas, quas in -am fecerat, recipiat). 1, 2, 9 *C. Licinius Stolo* propter diligentiam -ae Stolonum confirmavit cognomen. 1, 2, 12 discernendum, utrum, quae serantur in agro, ea sola sint in -a, an etiam quae inducantur in rura, ut oves et armenta (*cf.* 1, 2, 21 diiungamus igitur ... pastionem a -a, et siquis quid vult aliud aliud *et* 1, 3, *v. etiam* PS. RVFIN. in Os. 1, 2 *sqq. p. 1322, 45*). 1, 2, 18 quaedam enim pecudes -ae sunt inimicae ac veneno. 1, 4, 2 ea quae faciunt -a honestiorem agrum. 1, 4, 3 ubi salubritas non est, -a non aliud est atque alea domini vitae ac rei familiaris. 1,5,3. 1, 13, 6 cetera ... quae -a quaereret. 1, 18, 7 bivium nobis enim ad -am dedit natura, experientiam et imitationem. 1, 24, 4. 2 praef. 2. 3, 2, 5 cum illa (*sc. villa*) non sit sine fundo magno et eo polito -a. CIC. leg. agr. 2, 84 agros desertos a plebe atque a -a hominum liberorum esse non oportere. 2, 95 docuit ager ipse nihil ferendo nisi multa -a...quaesitum. Flacc. 71 agros habent ... diligentia -aque meliores (CALL. dig. 49, 14, 5 diligenti -a pretia praediorum ampliantur). de orat. 2, 88 facilius sicut in vitibus revocantur ea quae se nimium profuderunt quam, si nihil valet materies, nova sarmenta -a excitantur. fin. 5, 39 si nulla -a adhibeatur. Tusc. 2, 13 sine -a. VERG. georg. 2, 420 non ullast oleis -a. HOR. carm. 3, 24, 14 rigidi Getae, immetata quibus iugera liberas fruges et Cererem ferunt, nec -a placet longior annua. VAL. MAX. 8, 13 ext. 1 terram ... perpetuo -ae studio frugiferam reliquit (MACER dig. 49, 16, 13 ne *milites* studio -ae militia sua avocentur. VAL. CEM. hom. 19, 2. LEX Burg. lib. const. 89, 1 de -ae [-a *codd.*] studio et utilitate). SEN. benef. 2, 11, 4 nihil in fructum pervenit, quod non a primo usque ad extremum aequalis -a prosequitur. COLVM. 1, 1, 3 diligens paterfamiliae ... aestimet ... an universa quae maiores prodiderunt, huius temporis -ae respondeant an aliqua dissonent? 1, 1, 14 *Cornelius Celsus* de una specie -ae pertinentis ad vites singularem librum edidit (5, 5, 9 duae species huius quoque -ae). 1, 1, 20 *servi* rapinis magis quam -is student. 1, 8, 14 unum enim ac solum 'dominatur in rusticatione, quicquid exigit ratio -ae, semel facere (*cf.* 4, 7, 12 *p. 1320, 84.* 11, 1, 28). 2, 4, 8 *pluvia* quae madefacta terra facilem nobis -am praebeat (*cf.* PLIN. nat. 17, 37 *terra* mollis facilisque -ae). 3, 4, 3 cum *vitem* posuerit, summa sedulitate -ae serviat. 3, 12, 3 gravem terram vix ulla -a vinci. 3, 16, 2. 4, 17, 3 *al.* 11, 2, 10 et faba eandem -am exigit (11, 3, 59). 11, 2, 25 ordinem reliquarum -arum coeptum interrupisse (arb. 5, 6 hunc eundem ordinem -ae nos quoque experti comprobavimus). PLIN. nat. 14, 33 non naturam eius (*minoris helvennacae vitis*) repugnare Italiae, sed -am avide palmites evocantium (*sc. Italicorum*). 14, 62 secunda nobilitas Falerno agro erat et ex eo maxime Faustiniano cura -aque id collegerat (INST. Iust. 2, 1, 35 placuit fructus quos percepit eius esse pro -a et cura). 17, 30 circa Philippos -a siccata regio mutavit caeli habitum. 17, 40. 68 hoc (*sc. surculos abscisos serere*) primo saepis causa factum, sabucis, cotoneo et rubis depactis, mox et -ae, ut populis, alnis, salici. 17, 96. 150. 211 traduces Gallicae -ae (-a *codd., emend. Mayhoff*) bini utrimque ⟨e⟩ lateribus, si par quadrageno distet spatio, quaterni, si viceno, inter se obvii miscentur alliganturque una conciliati. 18, 41 apud populum etiam de -is agendi morem fuisse. 18, 110. 230 omnis -ae quoddam breviarium. 19, 170 aequinoctio autumni seruntur coriandrum ... et ... sinapi, nulla -a, melius tamen planta tralata *et saepius.* QVINT. inst. 10, 2, 2 sic . . . rustici probatam experimento -am in exemplum intuentur. FRONTIN. grom. p. 13, 5 variorum signorum demonstrationibus ... ut fossis, fluminibus, arboribus ante missis, aut -ae discrimine (p. 41, 13 AGENN. grom. p. 72, 21). *cf.* HYG. grom. p. 129, 16 ex similitudine fere -ae (PS. AGENN. p. 13, 10). FRONTIN. grom. p. 41, 22 quae aut in saxuosis et sterilibus locis sunt aut in paludibus, ubi nulla potuit exerceri -a (*cf.* AGENN. grom. p. 73, 1 *et* PS. AGENN. grom. p. 7, 9. VAL. CEM. hom. 8, 3 exercendae -ae ratio). p. 45, 18 si ... loci natura indicetur et -a (AGENN. grom. p. 76, 10). SIC. FLACC. grom. p. 161, 4 similitudines -arum (p. 161, 17 varietates et similitudines -arum, *v. et l. 67*). p. 161, 5 potest quidem fieri ut similis convenientisque -ae etsi ⟨sit⟩ una facies, plures tamen domini (p. 161, 9 quam ille *ager* habuerit -ae faciem). p. 161, 13 quamvis dissimiles sint -ae. HYG. lim. grom. p. 176, 5 illustres Romanorum viri urbes constituerunt, quas ... ab agrorum nova dedicatione -ae colonias appellaverunt. p. 179, 14 fines qui -am accipere potuerunt, et limites acceperunt: reliqua pars asperis rupibus continetur. GAIVS dig. 19, 2, 25, 3 ne intempestiva -a deteriorem fundum faceret (*cf.* PAVL. sent. 2, 18, 2 fundi deterioris facti et -a non exercitati). SCAEV. dig. 20, 1, 32 servis -ae necessariis. *ibid.* servi ad -am missi. VLP. dig. 33, 7, 8 vasa ... utilia -ae. 33, 7, 12 nonnullis visum est frumentum, quod serendi causa sepositum est, instrumento contineri, puto quia et instar -ae esset. POMPON. dig. 33, 1, 2 -a sim exclusus. COD. Theod. 12, 1, 33 (*a. 342*) quicumque ... ampliorem ... modum -a et sollicitudine propria gubernaverit (*ibid.* cultio). CYPR. epist. 55, 28 agrum ... exerce, -is diligenter insiste. SOL. 32, 14 cum ... propensior copia *aquae Nili* diuturno humore -am moretur. 53, 19. PANEG. 3, 15 p. 113, 27 rumpunt horrea conditae messes et tamen -a duplicatur. HEGES. 3, 6, 2 terra pinguis, herbosa, diverso -ae genere nitens (*Ioseph. bell. Iud.* 3, 3 (4), 2 δένδρεσι παντοίοις κατάφυτος). VVLG. IV Esdr. 9, 17 qualis agricola, talis -a. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 149^{B} campus planities terra dicitur, cui -a adhibetur et excolitur ab agricolis (AVG. gen. c. Manich. 1, 13, 19). PS. RVFIN. in Ioel 3, 17. 18. ENNOD. dict. 1 p. 425, 9 *vitibus* ante maturitatis tempus vultum frugifera -a componit. 8 p. 447, 17. MART. CAP. 6, 698 -as et venatus amant, verum tigridum et elephantorum (*incolae Taprobanes insulae*). GILD. Brit. 3 chron. III p. 28, 17 campis ... collibusque ... praepollenti -ae aptis. SIDON. epist. 6, 8, 1 non illi est ... -a compendio. GREG. TVR. Mart. 4, 36 cum de -a ... rediret. VEN. FORT. vita Pat 16, 48 mox effectus pontifex ... se in ecclesiarum instauratione vel nova aedificatione exercuit, domum recuperatione succinxit, -ae utilitate disposuit, pauperum administratione profudit (*cf.* LEX Burg. lib. const. 89, 1 *p. 1321, 33*). LEX Visig. 10, 1, 9 quod ad -am excisum est. *accedit genet. obiecti*: agri -a *v. p. 1320, 79.* VARRO rust. 1, 6, 5 arborum (COLVM. 5, 6, 17 arboris ... perpetua -a. 5, 8, 7. PLIN. nat. 7, 199 vitium et arborum. 14, 1 naturas earum [*externarum arborum*] a nobis ... dici, non -as). 1, 7, 2 de formae -a hoc dico, quae specie fiant venustiora, sequi ut maiore quoque fructu sint. 3, 3, 5 earum rerum (*glirum cochliarum gallinarum*) -a. CIC. Verr. 4, 119 res, quibus fundi fructus et -a continetur (PAVL. dig. 19, 2, 24, 2 si deseruerit habitationem vel fundi -am colonus vel inquilinus. sent. 4, 8, 25 fundorum hereditariorum -as rationesque). fin. 4, 38 -a vitium (Cato 53 cuius [*vitis*] ... non utilitas me solum, ... sed etiam -a et natura ipsa delectat. COLVM. 1, 9, 4 fossuris et putationibus ceterisque earum [*vinearum*] -is. 5, 5, 15. 17 -a prostratae vineae. arb. 4, 5 PLIN. nat. 7, 199 *supra l. 23.* 17, 195. 18, 24 VLP. dig. 47, 31 PANEG. 8, 6). LVCR. 5, 1367 inde aliam atque aliam -am dulcis agelli temptabant. VAL. MAX. 8, 7 ext. 6 *p. 1323, 22.* COLVM. 1, 3, 2 facere sumptus in -a sterilis soli (6, 1, 1 boves ... labori ... et -ae patrii soli non inhabiles). 4, 7, 3 atque haec positorum seminum prima -a est. 11, 2, 71 cetera ruris -a (COD. Theod. 4, 13, 3 [*a. 321*] rusticanos usibus propriis vel -ae ruris ⟨neces⟩saria revehentes). PLIN. nat. 1, 15, 6 olearum (1, 17, 29. 30). 17, 143 viminalium. HIL. myst. p. 7, 8 in -a vero terrae significatio operum carnalium continetur. AVSON. 238, 3 horti -a (HIER. epist. 51, 12 hortorum). HIER. in Eph. 4, 16 ut homo qui de paradiso fuerat eiectus, ad -am iterum paradisi restituatur (RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 42). PS. RVFIN. in Os. 1, 2. 3. 4. 5 p. 965^{B} fuerat ... commendata populis -a vaccarum. *accedit adiectiv. pro genet. obiecti*: CAES. AREL. suggest. p. 299 per te ipsum ordina villas, terrenas exerce -as. *nota*: *α artiore sensu*: *i. q. bona agri -a*: VARRO rust. 1, 2, 10 fundi enim eius propter -am iucundiore spectaculo sunt multis quam regie polita aedificia aliorum. *de agri tantum -a, excepta -a vinearum*: PLIN. nat. 1, 14, 4 insignia -ae et vinearum. *β in imagine*: MAXIMIN. c. Ambr. 53 unum esse gregem Christi, unam -am et unum aedificium. AVG. serm. 87, 1 -a ipsius *dei* est in nos. LEO M. serm. 14, 1 in dominico agro ... oportet nos prudenter atque vigilanter spiritalem exercere -am (CAES. AREL. suggest. p. 296 sacerdotes non ideo ordinantur, ut tantum ... cultores debeant esse terrarum, sed ut spiritualem -am exerceant animarum. MVTIAN. Chrysost. hom. 19, 1 sanctitate fide spiritali -a. GREG. TVR. glor. conf. 33 *Georgia* sic exercuit mentem -a spiritali). PETR. CHRYS. serm. 106 p. 497^{A} *v. p. 1317, 43.* ZACCH. 3, 9 admoneo, ne aratrum -ae dei ponens omissa respicias. EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 916^{B} *homo* tamquam fossionis -a nitescens. ALC. AVIT. epist. 22 p. 54, 37 quem (*ferri usum*) ad usus salutis et vitalem -am (*cf.* spiritalem -am *supra l. 55*) nativitas secunda convertat. 26 p. 57, 8 attentis -ae dominicae (*cf.* in agro dominico *supra l. 54*) famulis (VEN. FORT. vita Pat. 3, 9 iugum dominicae -ae . . . gestaturus). ENNOD. epist. 1, 6 p. 14, 2 crescetis, provinciae (*sc. infecundae*), -a sermonum (*i. poetarum illas celebrantium*). 30 p. 196, 14 solida est spes adulescentium, quam magnorum -a prosequitur: si cessat curatio, ubertas tritici transit in lolium.

b *de eo, quod agri -a efficitur, i. de agris cultis*: HYG. grom. p. 126, 5 iter -as accedentium (*cf.* p. 126, 7. 127, 15. PS. AGENN. p. 12, 14 iter ad -as accidens [accedens *P*?]. p. 12, 15 iter ... qua ad -as pervenitur). FRONTIN. grom. p. 32, 11 oppositis ... saepe et -is. p. 45, 1 arba aut bineae aut prata aut aliud aliquod genus -ae (AGENN. grom. p. 75, 20). p. 45, 3 interiacentes -ae (AGENN. grom. p. 75, 22). SIC. FLACC. grom. p. 152, 18 in vineis aliisque -arum generibus. p. 156, 1 quoniam militi veteranoque -a assignatur. LIB. col. I p. 225, 16 ager Spoletinus in iugeribus et limitibus intercisivis est assignatus ubi -a est: ceterum in soluto est relictum in montibus vel subsicivis (*cf.* p. 254, 27. 257, 20). p. 234, 9 ager eius (*oppidi Fundorum*) iussu Augusti veteranis est -a assignatus (*cf.* p. 236, 15. *Rudorff grom. II p. 372*). PS. BOETH. grom. p. 397, 20 omnem mensuram huius -ae mediam longiorem sive latiorem facere debes.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PAPIN. dig. 18, 1, 73, 1 hortis vel ceteris -is. LACT. mort. pers. 7, 3 ut -ae verterentur in silvam. SALV. gub. 7, 8 regio aut intertexta vineis aut florulenta pratis aut distincta -is. SIDON. epist. 4, 21, 5 quod (*territorium*) montium cingunt dorsa pascuis latera vinetis ..., opaca lustris aperta -is. ENNOD. opusc. 3 p. 373, 7 vacua sentibus ... Liguriam et reple -is. GREG. TVR. Franc. 5, 33 *diluvia* grande ... de -is detrimentum fecere. 9, 24. LEX Burg. lib. const. 72 si quis pedicam feris fecerit extra -as. LEX Visig. 8, 4, 28 qui in eo loco, ubi transitus fluminis est, -am fecerit. 10, 1, 9. 13. *in imagine*: RVFIN. Orig. in iud. 7, 2 non possunt apri insidiari -ae nostrae (*sc. christianorum*). EVCHER. form. 3 p. 14, 21 -a: sancti qui excoluntur in deum; apostolus (*I Cor. 3, 9*): dei agricultura (γεώργιον) estis. VAL. CEM. hom. 17, 1 christianae religionis -a aut crescit aut deficit.

2 *aliarum rerum*: AVSON. 336, 87 *Sibyllini* libri quos ter quinorum servat -a virorum. PETR. CHRYS. serm. 1 p. 185^A beati quibus manet tota in obsequio patris, in patria -a possessio. CORP. VI 9625 huic monumento ex testamento in -am legata sunt HS VII (26174). 14959 -am arae fratrum . . . assig(navi) meis. *cf.* X 8284 (*Terracinae*).

B *rerum incorporearum*: CIC. Tusc. 2, 13 -a ... animi philosophia est. *cf.* HOR. epist. 1, 1, 40 nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit, si modo -ae patientem commodet aurem. VAL. MAX. 8, 7 ext. 6 si praediorum potius quam ingenii -ae vacasset *Anaxagoras*. HIL. in Matth. 20, 5 qui (*paterfamilias*) ... omni tempore universos ad -am legis vocaverit (PS. AVG. quaest. test. I 105, 3 p. 232, 12). HIER. epist. 121, 10 omnis Iudaicarum observationum -a destructa est. VVLG. II par. 31, 21 in universa -a ministerii domus domini. PETR. CHRYS. serm. 115 p. 517^B lex intrinsecus -am fidei habet satis iustam nec proficit (ENNOD. epist. 4, 34 p. 122, 10 -am fidei per frequentiam sermonis impendas). VAL. CEM. hom 31, 7 qui -am miserationis exercet (*i. pauperibus dat, opp.* cura filiorum). SALV. gub. praef. 1 pertinere ad humani officii -am existimarunt, ut aliquod linguarum opus studio ingeniorum excuderent. ENNOD. epist. 1, 10 p. 21, 1 ad scriptionis -am multo sudore te praepara. 1, 13 p. 24, 2 decedentem a desideriis amicum nulla delenire potest -a caritatis. 4, 35 p. 122, 16 religionem amicitiae per -am nutrire colloquii. 8, 34 p. 222, 3 dum sermonis adulescit -a. 9, 6 p. 232, 15 ad -am admonitionis assurgere. dict. 21 p. 486, 13 perpetuo ... honestatis -am ... servari. GREG. TVR. Franc. praef. 1 liberalium -a litterarum (*cf. p. 1328, 75*).

C *hominis*: HOR. epist. 1, 18, 86 dulcis inexpertis -a potentis amici, expertus metuit. RVFIN. Orig. in num. 11, 4 ibi (*i. in consummatione saeculi*) inquisitionem futuram, non quidem an -ae hominum angelus defuerit, sed an -ae angelicae nequaquam digne segnitia humana responderit. AVG. serm. ed. Mai 166, 2 veluti ab Aegypto nos a mundi -a redemit et salvavit nos de manu diaboli quasi de manu Pharaonis.

II *i. q. veneratio, honor*: A *hominum*: TERT. idol. 15 recogitemus omnem idololatrian in hominis esse -am, cum ipsos deos nationum homines retro fuisse etiam apud suos constet. ENNOD. epist. 2, 26 p. 68, 12 principem ergo locum in litteraria communione possideo et maiori -a dignus sum, qui prior quid gestirem patefeci linguae testimonio. 3, 4 p. 74, 22 semper vos singulari -a suspexi. IORD. Get. 41, 214 videres Gothorum globos funeri reddidisse -am. PASS. Polycarpi 19, 1 solus tamen inter ceteros -ae meruit principatum (μόνος ὑπὸ πάντων μᾶλλον μνημονεύεται).

B *deorum*: 1 *generatim*: *absolute*: MIN. FEL. 23, 12 nec sentit suae nativitatis iniuriam *lapideus deus*, ita ut nec postea de vestra veneratione -am. CARM. adv. Marc. 4, 148 dividit hoc (*velamen*) partes ambas *templi* una⟨m⟩que recludit dissitam ab aeterna -a et temporis usu. ITALA Ioh. 16, 2 (cod. e) -am deo afferre (λατρείαν προσφέρειν, VVLG. obsequium praestare). SPART. Hel. 3, 5 ut omnium -arum secretum Heliogabali sacerdotium teneret. LACT. epit. 18 (23), 1 diximus de diis: nunc de ritibus sacrorum -isque dicemus. AMBROSIAST. in Rom. 2, 19. 20 vel ab idololatriae -a impios ... ad melioris spei fiduciam provocare (PS. AVG. quaest. test. I 114, 12 p. 309, 13 PAVL. MED. bened. 3, 5). HIER. epist. 120, 10 p. 998 quorum (*Israelitarum*) fuit adoptio et gloria et testamentum et legislatio et -a et promissio (*fere i. q. fides*). AVG. quaest. hept. 5, 6 p. 373, 10 gentes -am exhibituras his caelestibus. SVLP. SEV. chron. 1, 51, 4 relicto deo -as impias exercuit. COD. Theod. 15, 4, 1, 1 (*a. 425*) excedens -a hominum dignitatem superno numine reservetur. NICET. symb. 1 p. 39, 5. 1324, 15. ENNOD. dict. 2 p. 430, 18 (*ibid.* religio). CASSIOD. in psalm. 146, 5 dicendo enim 'noster' -as dementissimae paganitatis excludit. IORD. Get. 25, 133 huius perfidiae (*Arianismi*) -am edocentes. *ibid.* ad -am sectae. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 19 p. 378^C haec omnia ex iniquae mentis -a proveniunt. *accedit genet. obiecti*: VIRG. gramm. epit. 4 p. 22, 25 *immensa illa potentia* quam potentiam divinitatem et per hoc deum a -ae illius viris ac mulieribus vocari et invocari saepe videamus. TERT. nat. 1, 10 deorum dico -am (NON. p. 378 religio est deorum -a. PRVD. psych. 29 veterum -a deorum. ORIG. in Matth. 18, 39 PASS. Andr. long. 8. PAVL. FEST. p. 342 Sabini a -a deorum dicti, id est ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι). TERT. carn. 4 ad -am veri dei (CYPR. GALL. iud. 482 dum sola dei viguit -a. ITALA Bar. 5, 4 [codd. Vallic. Leg.] gloria dei -ae [δόξα θεοσεβείας, VVLG. honor pietatis]. PELAG. in I Tim. 6 p. 886^A sicut pietas est -a dei, ita impietas est contemptus. GENNAD. vir. ill. 40. VVLG. Iudith 5, 19 dei sui. Sirach 1, 32. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 170 *et saepius*. LACT. inst. 5, 7, 2 dei unici pia et religiosa -a. NOVATIAN. trin. 3 p. 892^A *deus* ad -am sui nostros excitans animos). TERT. adv. Marc. 1, 5 divinitatis. HIER. epist. 121, 10 volens humilitatem litterae sequi et angelorum religionem atque -am (ἐν ... θρησκίᾳ τῶν ἀγγέλων) *cf.* AVG. epist. 149, 23. 27. PASS. coron. 8 nos numquam discedere ab eius (*Christi*) -a. VVLG. II par. 35, 16 omnis igitur -a domini rite completa est. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 186 divinae placationis. TERT. scorp. 2 ab omni factura atque -a idolorum cavere (MAR. VICTORIN. in Eph. 5, 6. LVCIF. reg. apost. 9 videt enim ab omnibus idolorum -am despectam. PELAG. in Rom. 1 p. 648^A. 650^A. 652^A. in I Cor. 15 p. 767^B *idoli Dianae*. VVLG. sap. 14, 18. 27. I Cor. 10, 14 PS. RVFIN. in Am. 2, 4. 5. AVG. in psalm. 136, 21 idolorum et daemoniorum *et saepius*. *cf.* NICET. symb. 1 p. 39, 5 renuntiat operibus eius [*i. satanae*] malis id est -is et idolis, sortibus et auguriis). COMM. instr. 1, 3 tit. -a daemonum (RVFIN. Orig. in num. 17, 2. hist. mon. 7 p. 411^A AVG. epist. 402, 42 MART. BRAC. corr. 17. PASS. Andr. brev. 2 daemoniorum). AVG. civ. 10, 32 -ae simulacrorum daemonumque subversio. c. Faust. 14, 10 creaturae. 20, 1 divinorum ... luminum (*verba Fausti*). *in imagine*: HIER. epist. 78 mans. 1 errorum idola corruant et omnis perversarum doctrinarum -a quatiatur. *additur adiectivum pro genet. obiecti*: PELAG. in Eph. 4 p. 833^C *deus loquitur*: ex mea -a nullos accipiunt fructus. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 282 populis olim multus fuit zelus nostrae maxima pietate -ae. ENNOD. dict. 4 p. 436, 5 transit hominem *vena ingenii*, quotiens caelestibus militat mens nostra -is. 16 p. 472, 29 virginitas sacris (*i. sacrorum Vestae*) mancipata -is. VEN. FORT. vita Pat. 4, 14 ut ... sua intercessione diabolica -a quae gentili sub errore male veneratur cessaret.

2 *speciatim i. q. caerimoniae, sacrificia*: *absolute*: ITALA Hebr. 9, 6 (Mutian. Chrysost. hom. 15, 1) sacerdotes -ae (VVLG. sacrificiorum) officia (τὰς λατρείας) consummantes. HIER. in psalm. 132 sublimitas ac pompa -ae. VVLG. Hebr. 9, 1 habuit quidem et prius *foedus* iustificationes -ae (δικαιώματα λατρείας). PELAG. in II Thess. 2 p. 872^C sacramenta -ae corrigere vel augere (*ibid.* caerimonia). SACR. Leon. p. 422 *dominus* Mosen ... inter cetera caelestis documenta -ae de habitu quoque indumenti sacerdotalis instituens. IORD. Get. 41 Martem Gothi asperrima placavere -a. *accedit genet. obiecti*: APVL. met. 11, 22 -ae sacrorum ministerium (*ibid.* obsequium). COMM. instr. 1, 35, 19 templorum -am daemonum fana vitate (PS. RVFIN. in Os. 9, 8 studiosum -ae templi fuisse. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 7 [ἁγιστεία]. *v. etiam p. 1327, 5*). *nota i. q. simulacra ipsa*: ITALA act. 17, 23 (cod. e) circumspiciens -as vestras (τὰ σεβάσματα, VVLG. simulacra). PASS. Matth. 246, 23 incende -as eorum quos dicunt esse deos, opera manuum hominum (τὰ σεβάσματα).

III *i. q. ornatus, cultus*: COMM. instr. 2, 18, 22 in⟨cestas in⟩ feminas congruit -a lupana (*ibid.* decorem). CET. FAV. 22 p. 304, 22 ut marmoris et candoris politionibus fundata soliditas nitidum -ae faciat decorem. *Sigwart.*

holerare holera **cultūrāre** GLOSS. *cf. c.* cultura. *L.*

1. cultus, -a, -um *v. sub* colere.

2.*cultus, -ūs *m. a* colere. PRISC. gramm. II 261, 17 'vultus' quartae *declinationis* est ... a 'volo' verbo, quomodo a 'colo' '-us' (II 571, 21. III 445, 4). GRAMM. suppl. 180, 2 frequenter enim o in u vertitur, quando consonantes duae sequuntur, ut ... 'colo' '-us'. *declinatur per omnes casus*: PS. ASPER gramm. suppl. 44, 8. *dat. sing.*: PLAVT. Mil. 101 amor -u optumus (*nisi est supinum ut* QVEROL. p. 28, 10 optima sacrorum genera vel -u facilia). Rud. 294 nos iam de ornatu propemodum ut locupletes simus scitis: hisce hami atque haec arundines sunt nobis quaestu et -u. LIV. 45, 30, 7 frigida haec omnis duraque -u et aspera plaga est. CVRT. 7, 7, 4 rursus quae Tanain et Bactra spectant, humano -u haud disparia sunt. CARM. epigr. 1126, 2 ⟨resti⟩tuit -u sedes et dedit ossa loco. -ui: VAL. MAX. 1, 6, 13. 5, 6, 8 TAC. ann. 4, 37 VLP. dig. 50, 16, 43 GELL. praef. 11 PORPH. Hor. carm. 1, 4, 10 PS. SOL. add. p. 218, 25 PANEG. 9, 12 SYMM. epist. 1, 28 *al.* *abl. sing.* culto: CARM. epigr. 1582, 6 (*Romae, periit*) *p. 1336, 24*. *plural. saepissime inde a* CIC., *praecipue apud poetas, cf. p. 1325, 79. 1326, 42. 79. 1327, 30. 40. 70. 1328, 8. 21. 38.* *gen. plur. non legitur.* *de significatione*: PS. ASPER gramm. suppl. 56, 18 sunt multa participia eadem et nomina . . . -us de eo, quod honorabiliter exhibetur, nomen est, et ab eo, quod dicitur: . . . 'bene cultus est ager ille', praeteriti similiter temporis participium est. GRAMM. suppl. 263, 9 -us i. ornatus. -us nomen significat ipsam culturam. SERV. georg. 1, 3 -um hic habitudinem corporis significat, alias ornatum ..., alias ad animum refertur *eqs.* BREV. EXPOS. Verg. georg. 1, 3 -um posuit pro cultura. cultura enim in animi constat intensione, -us autem in ipsa operis diligentia, ex quo verbum nimirum illud in consuetudinem pervenit, ut pecora 'culta' dicantur. GLOSS. ἐπιμέλεια· ἄσκησις· σχῆμα καὶ τημέλεια καὶ εἶδος σχήματος· τημέλεια· σχῆμα· ἐπιμέλεια. est animi ac loci. vestitus, honor, ornatus. -u θεραπείᾳ, τῷ σχήματι, τῇ ἀσκήσει, τημελείᾳ. *legitur inde a* PLAVTO; *singulis locis*: VARRO ling., RVT. LVP. HIRT. Gall. AETNA TIB.; *binis*: CVLEX

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PROP.; *tribus*: PLAVT.; *quater*: CAES.; *quinquies*: NEP.; *saepius*: CIC. SALL. VERG. HOR. OV. LIV. *et posteriores. deest apud*: TER. CATONEM (cultura *bis v. p. 1320, 81,* agri -a *semel v. I p. 1426, 52*) VARRONEM rust. (cultura *saepe*) CATVLL. LVCR. VITR. PERS. FRONTIN. IVV., *in* VVLG. *saepius legitur, discrepante* ITALA *praeter* I Petr. 3, 3 (Cypr. testim. 3, 36). [*loci dubii*: Ov. fast. 5, 30 omne videres numen ad hanc (*Maiestatem*) -us (*V*, voltus, vultus *rell.*) composuisse suos *cf.* CLAVD. 8, 591. SEN. nat. 2, 11, 2 stellae … -u (*Φ*, cursu E^2, raptu *Gercke*, ortu *Δ*) suo occursuve contrario modo frigora, modo imbres … movent. COLVM. 2, 1, 5 (*del. Schneider*). ITIN. Alex. 42.]

I *active: i. q. actus colendi*: A *curatio, tractatio, diligentia sim.* (*cf.* QVINT. inst. 9, 4, 3 neque ignoro quosdam esse, qui … illum horridum sermonem, ut forte fluxerit, … magis naturalem … esse contendant. qui si id demum naturale esse dicunt, quod natura primum ortum est et quale ante -um fuit, tota his ars orandi subvertitur *eqs.*): 1 *de rebus corporeis*: a *i. q. agricultura* (GLOSS. γεωργία): α *absolute*: *sing.*: CIC. leg. agr. 2, 67 quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum -us non elaboret? (leg. 1, 1 nullius … agricolae -u stirps tam diuturna quam poetae versu seminari potest). Tusc. 1, 45 regiones omni -u propter vim frigoris aut caloris vacantes (Ov. epist. 10, 59 vacat insula -u). 5, 97 quod parvo -u natura contenta sit (*cf.* COLVM. 11, 3, 55 *capparis* -u aut nullo aut levissimo contenta est). VERG. ecl. 4, 18 tibi prima, puer, nullo munuscula -u … tellus … fundet (georg. 1, 102 hiberno laetissima pulvere farra, laetus ager; nullo tantum se Mysia -u iactat et ipsa suas mirantur Gargara messes. LVCAN. 9, 690 *Libye* nullo consita -u. *cf. l. 23*). VERG. georg. 2, 51 haec quoque (*sponte sua quae se tollunt in luminis oras*) exuerint silvestrem animum, -uque frequenti in quascumque voles artes haud tarda sequentur. AETNA 610 ardebant agris segetes et mitia -u iugera (*cf.* QVINT. inst. 9, 4, 5 quid non -u mitescit?). Ov. epist. 12, 18 ut caderet -u cultor (*Iason dentibus satis*) ab ipse suo (Pont. 4, 2, 44 nec me … oblectat -u terra novata suo. fast. 1, 678 frugibus immensis avidos satiate [*Tellus et Ceres*] colonos, ut capiant -us praemia digna sui. *cf.* MANIL. 3, 109 *p. 1328, 9*). medic. 3 -us humum sterilem Cerealia pendere iussit munera. 5 -us et in pomis sucos emendat acerbos. LIV. 45, 30, 7 *p. 1324, 61.* MANIL. 5, 243 Crater … segetem … intersereret uvis, quaeque alia innumeri -us est forma per orbem, pro regione colet. VELL. 2, 89, 4 rediit -us agris. SEN. dial. 6, 18, 5 adiuta -u seges. benef. 7, 32, 1 (*in imagine*) tamquam bonus agricola cura -uque sterilitatem soli vincam (COLVM. 10, 141 assiduo gravidam *terram* -u curaque fovemus). COLVM. 2, 1, 3 destituta humus, cum est repetita -u, magno faenore cessationis colono respondet. 2, 11, 5 supervacuus … -us (*sc. saritio lupini*). 3, 1, 4 neque enim omni caelo solove -us idem (*sc. vitis*) *est.* 4, 32, 3 -us arundinetis primo triennio non alius est quam ceteris. 5, 6, 24 plerique *agricolae* … uberiorem fructum et magis facilem -um (*vitis*) sequentes. 5, 8, 2 *olea* levi -u sustinetur (*cf.* COLVM. 11, 3, 55 *supra l. 22*). MELA 3, 58 Talge … sine -u fertilis. LVCAN. 3, 422 non illum *lucum* -u populi propiore frequentant (*vide, ne sit i. q. habitatio cf.* COMMENT. *ad l.* quia ita terribilis est, ut diximus, ideo populi non habitant ibi. *sim.* STAT. silv. 2, 2, 109). PLIN. nat. 17, 28 solum ubicumque arduum opere, difficili (*fort. scrib.* difficile) -u. 17, 188 de reliquo -u *vineae* vehementer ambigitur. VAL. FL. 4, 611 gens Chalybum, duris patiens cui -us in arvis *est.* QVINT. inst. 8, 3, 75 ut terram -u, sic animum disciplinis meliorem uberioremque fieri. TAC. ann. 2, 24 miles … nullo illic (*in insulis longius sitis*) hominum -u fame absumptus (3, 69 insulam Gyarum immitem et sine -u hominum esse). PORPH. Hor. carm. 1, 4, 10 terrae solutae utrum 'liberae et -ui non inservientes' intellegendum … an *eqs.* SOL. 24, 11 *Atlas mons* habitatus ante, ut indicat loci facies quondam -u (-um *M*) exercita. PANEG. 7, 6 ut *intimae Franciae nationes* pacem Romani imperii -u iuvarent. AVSON. 361, 11 vidi Paestano gaudere rosaria -u. HEGES. 3, 6, 3 portio eius (*Peraeae*) mollis ad -um, fertilis ad usum, grata ad aspectum. VVLG. Esth. 1, 5 convivium praeparari in vestibulo horti et nemoris, quod regio -u et manu consitum erat. *additur* humanus (*cf. p. 1326, 3*): SALL. Iug. 48, 3 *mons* vastus ab natura et humano -u. LIV. 1, 44, 4 ut … extrinsecus puri aliquid ab humano -u pateret soli. 21, 37, 5 humano -u digniora loca. CVRT. 5, 6, 13 omnia vasta atque sine ullo humani -us vestigio (5, 6, 14 AVSON. Mos. 6). 7, 3, 12 in hac tum omnis humani -us solitudine destitutus exercitus. 7, 7, 4 *p. 1324, 62.* 7, 8, 24 nos deserta et humano -u vacua magis quam urbes et opulentos agros sequimur (SVLP. SEV. dial. 1, 3, 3 cum vacua humano -u omnia cerneremus). CLAVD. 5, 42 *Libya*, quae torrida semper solibus humano nescit mansuescere -u. *nota in imagine*: HOR. epist. 2, 2, 123 *poeta bonus* luxuriantia compescet, nimis aspera sano levabit -u. PETR. CHRYS. serm. 41 p. 316^{B} ieiunium singulari -u evellit vitia, eradicat crimina. *plur.* (*cf. p. 1324, 68*): SALL. hist. frg. 3, 12 tota autem insula modica et -bus variis est (cultoribus inanis *vulgo*). VERG. georg. 2, 35 quare agite o proprios generatim discite -us, agricolae, fructusque feros mollite colendo. Ov. fast. 1, 159 tum patitur -us ager et renovatur aratro. COLVM. 10, 35 ergo age nunc -us et tempora quaeque serendis seminibus … Pierides tenui deducite carmine Musae. ANTH. 941, 12 ubi florida Tempe perpetuis faciles conservant -bus hortos. PANEG. 4, 18 tot insulis ad humanos -us quasi renascentibus.

β *accedit genet. obiecti*: *sing.*: agri: CIC. leg. agr. 2, 88 aratores -u agrorum defessi. rep. 2, 7 et navigandi et agrorum et armorum -um. 2, 26 -us agrorum perceptioque frugum (*cf.* APVL. mund. 31 -us agrorum ususque frugum). Lael. 23 ne agri quidem -us permanebit. LIV. 4, 12, 7 deserto agrorum -u. 4, 52, 4. 6, 25, 7. 28, 12, 8. Ov. Pont. 2, 7, 69 tempus in agrorum -u consumere. COLVM. 1, 1, 3 ex agri -u certam sequi rationem rei familiaris augendae. 2, 1, 1 qui de -u agrorum locuti sunt. 6 praef. 3 tam pecorum quam agrorum -um pernoscere. 11, 1, 29 arb. 1, 1. PLIN. nat. 3, 31 Narbonensis provincia … agrorum -u, virorum morumque dignatione, amplitudine opum nulli provinciarum postferenda. 34, 139 ne *populus Romanus* ferro nisi in agri -u uteretur. QVINT. inst. 1 prooem. 26 ei, cui deerit ingenium, non magis haec scripta sint quam de agrorum -u sterilibus terris. FLOR. epit. 3, 19, 3. terrae: CIC. leg. 2, 45 terrae -um segniorem suspicor fore. COLVM. 1, 9, 9. 2, 1, 7. 11, 2, 8 hibernis pluviis adhuc madens terra facilem -um sui praebet. PS. APVL. Ascl. 8 ipsius terrae -us, pascuae, aedificatio, portus *eqs.* arvorum: VERG. georg. 4, 559 haec super arvorum -u pecorumque canebam (GLOSS. V 187, 14 diligentia, cultura). prati: COLVM. 2, 11, 7 liceat illa (*pabula pecudum*) quoque -u pratorum consequi. 2, 16, 1 -us … prati. 2, 17, 1. vineae: COLVM. 3, 3, 1 vinearum -us. 4, 33, 5 -us *castanearum* idem est qui vineae. 5, 8, 1 *v. infra l. 27.* 11, 2, 47. arb. 4, 2 difficilior est eius (*vineae iugatae*) -us. arboris *sim.*: COLVM. 4, 33, 5 *v. l. 25.* 5, 8, 1 omnis tamen arboris -us simplicior quam vinearum est. arb. 1, 3 arborum et fruticum … -um. PLIN. nat. 17, 200 harum (*arborum*) satus -usque abunde tractatus est. *cf.* 17, 216. hortorum: COLVM. 9, 16, 2 de -u hortorum. 10 praef. 1 *bis.* 11, 3, 65. *singulorum holerum*: COLVM. 11, 3, 29 neque est eorum (*sinapis atque coriandri, nec minus erucae et ocimi*) -us alius quam ut stercorata runcentur. 11, 3, 32 -us autem porri capitati assidua saritio et stercoratio est. 11, 3, 35 nec est alius -us horum omnium (*pastinacae et siseris atque inulae*) nisi ut saritionibus herbae tollantur. ruris: AVDAX gramm. VII 320, 13 animi autem et corporis *artium genera sunt* ruris -us, palaestra, medicina, mechanica, tectonica (*cf.* MANIL. 2, 19 *v. infra l. 60*). AVSON. 167, 7 ruris -u … omne aevum peragens. RVFIN. hist. mon. 16 p. 439 B si -um ruris exerceat. paradisi: RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 43 hominem … ad -um paradisi tamquam colonum originarium revocandum (*cf.* VVLG. gen. 2, 15). *plur.*: CIC. Verr. 5, 114 quod Cerere violata omnes -us fructusque Cereris (*i. q. agri*) in eis locis interisse arbitrabantur. div. 1, 116 nisi natura earum (*frugum terrae bacarumve arborum*) -us et condiciones tradidisset. agrorum: CIC. Tusc. 1, 69 videmus … multitudinem pecudum partim ad vescendum, partim ad -us agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda. nat. deor. 2, 150 illa necessitatis, -us dico agrorum extructionesque tectorum … . SALL. hist. frg. 2, 85 genus hominum … rapinis suetum magis quam agrorum -bus. COLVM. 1 praef. 20 dii -us (fructus *codd., corr. Schneider*) agrorum progeniem suam docuerant. 2, 1, 4 tamquam in hominibus nimiae corporis exercitationi aut oneris alicuius ponderi, sic -bus et agitationibus agrorum fatigationem succedere. 8, 9, 4 stercus … reponi debet ad -us agrorum arborumque. LACT. inst. 4, 17, 19 animantes quae … in -bus agrorum iuvant. 7, 16, 2. NON. p. 66, 25 politiones: agrorum -us diligentes. IVST. 43, 4, 1 ab his (*Graecis*) Galli … agrorum -us … didicerunt. arvorum: VERG. georg. 2, 1 arvorum -us et sidera caeli … canam. PROB. Verg. georg. praef. p. 348, 23 rationem arvorum -bus agrestibus necessariam. ruris: MANIL. 2, 19 quin etiam ruris -us legesque notavit *Hesiodus* militiamque soli. pomorum holerumque: COLVM. 1 praef. 27 quis tanti studii fuit, ut … tot pomorum holerumque -us exerceret. vineae: COLVM. 3, 21, 11 superest … ut praecipiamus etiam -us earum (*vinearum*). 4, 33, 6 mox agricolarum provincialium vineaticos nec minus nostratis et Gallici arbusti -us traditurus. hortorum: COLVM. 10 praef. 3. 10, 1 hortorum quoque te -us, Silvine, docebo. 10, 433. 11, 1, 1 -us hortorum prosa ut oratione componerem. 11, 3, 1. PANEG. 5, 9 donec *captivi* ad destinatos sibi -us solitudinum ducerentur. HEGES. 4, 6, 11 XX milia virorum … nullis terrarum intenta -bus. *accedit adiectivum pro genet. obiecti*: *sing.*: LIV. 3, 6, 7 cum … *hostes* per … omnia non praesidiis modo deserta, sed etiam -u agresti transirent. PLIN. epist. 7, 25, 6 sunt enim ut in castris, sic etiam in litteris nostris plures -u pagano, quos cinctos et armatos, et quidem ardentissimo ingenio, diligenter scrutatus invenies (*cf.* PAPYR. Genav. 1 V, XIV 4 [*saec. I p. Chr.*] pagano -u *nomini militis appositum; v. Mommsen, Hermes 35 [1900] 447*). COD. Theod. 12, 1, 6 (*a. 319*) fundus cum mancipiis et pecoribus ceterisque rebus, quae -ui rustico sustinentur, fisci viribus vindicetur. *plur.*: COLVM. 4, 33, 6 vineaticos … -us. *v. supra l. 64.*
nota i. q. ager cultus: LIB. col. I p. 236, 20 ager eius (*Priverni*) pro parte -u (cultum *P*, cultus *E*) in iugeribus est assignatus: ceterum in lacineis vel in soluto remansit (p. 234, 9 *et* 236, 15 cultura assignatus. *cf. p. 1322, 80 sq. et Rudorff, grom. II 372*).

b *aedificiorum, templorum sim.*: *absolute*: LAVREA epigr. 4

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Academiae celebratam nomine villam nunc reparat -u sub potiore Vetus. COLVM. 4, 3, 1 quidam ... ab incohato domos extruunt nec peraedificatis -um adhibent. *accedit genet. obiecti*: QVINT. decl. 252 p. 34, 5 illam *sacerdotem* populus spectat, illam intuetur, quae semper futura sit virgo, quae a -u (cultura *C*) templorum, a sacris non recessura. VVLG. num. 4, 16 quidquid ad -um tabernaculi pertinet omniumque vasorum, quae in sanctuario sunt (ἡ ἐπισκοπὴ ὅλης τῆς σκηνῆς καὶ ὅσα ἐστὶν ἐν αὐτῇ ἐν τῷ ἁγίῳ, ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις, ITALA Lugd. episcopia totius tabernaculi et quaecumque insunt in eo in sancto omnibus operibus). *cf.* num. 16, 9 ut serviretis ei in -u tabernaculi (λειτουργεῖν τὰς λειτουργίας τῆς σκηνῆς κυρίου, ITALA Lugd. in servitute tabernaculi domini). 18, 7 omnia quae ad -um altaris pertinent ... per sacerdotes administrabuntur (κατὰ πάντα τρόπον τοῦ θυσιαστηρίου, ITALA Lugd. per omnem mandatum arae). I par. 23, 28 et erunt ... in -um domus domini (τοῦ λειτουργεῖν ἐν οἴκῳ κυρίου). II par. 29, 35 completus est -us domus domini (κατωρθώθη τὸ ἔργον ἐν οἴκῳ κυρίου). VLP. dig. 33, 7, 12, 35 Neratius quoque libro quarto epistularum Rufino respondit instructo fundo et suppellectilem et vina et mancipia non solum ad -um custodiamve villae, sed etiam quae ut ipsi patri familias in ministerio ibi essent, legato cedere.

2 *de bestiis*: **a** *absolute*: *sing.*: CIC. nat. deor. 2, 158 *oves* neque ali neque sustentari neque ullum fructum edere ex se sine -u hominum et curatione potuissent. VERG. georg. 1, 3 quae cura boum, qui -us habendo sit pecori (*cf.* SERV. *ad l.*). GRATT. 521 nec magni -us (*ad alendum equum Numidicum opus sunt; vel* magni *est* -us*?*). COLVM. 1 praef. 26 nec eundem glabrae sues densaeque caeli flatum, nec eandem educationem -umve quaerunt. GELL. 9, 4, 8 pecudes pastu atque -u opimas. AMM. 29, 3, 9 *duas ursas* -u ... curabat enixo. *plur.*: GRATT. 301 protinus et -us alios et debita fetae blandimenta feres. **b** *accedit genet. obiecti*: *sing.*: VERG. georg. 4, 559 (*v. p. 1326, 21.* COLVM. 1 praef. 32 si quidem *ille* ... in pecoris -u doctrinam Chironis ac Melampodis *fuerit consecutus*. 6 praef. 3 *v. p. 1326, 11*). VAL. MAX. 1, 8, 2 -uque anguis (*Aesculapii*) a peritis excepto. COLVM. 7, 5, 1 censuimus -um curamque recte valentium *ovium* (*cf.* 8, 17, 16 redibimus autem sequenti exordio ad curam silvestrium pecorum -umque apum). 7, 9, 14 hic fere -us est suilli pecoris recte valentis. 8, 4, 5 *gallinae*. CALP. ecl. 2, 36 me docet ipsa Pales -um gregis. NEMES. cyn. 239 equorum. PANEG. 9, 12 instrumenta -ui (*w*, tui *M*, usui *Baehrens*) pecudum praeparata. *plur.*: MANIL. 5, 115 nec non et -us pecorum nascentibus addunt *Haedi*.

3 *de hominibus*: **a** *generatim i. q. cura, diligentia*: *absolute*: CVRT. 3, 12, 23 omnem -um reddi feminis iussit nec quidquam ex pristinae fortunae magnificentia captivis praeter fiduciam defuit. CAPITOL. Max. Balb. 17, 7 cum eos Augustos et principes generis humani videam, quorum antehac perpetuo -u mores et modestiam meam tamquam veteribus censoribus meis cuperem probata. AMM. 24, 1, 9 reliqui ... cum caritatibus suis et supellectile humaniore -u ad Syriacam civitatem Chalcida transmissi sunt. 28, 4, 10 *existimantes* abundare omni -u humanitatis peregrinum ... interrogatum, quibus thermis utatur aut aquis, aut ad quam successerit domum. INSCR. christ. Rossi II p. 170, 26, 23 ut geminas dilueret -u proprio sordes: corporum per aquas, animae ⟨per⟩ placabilia sacra. *accedit genet. obiecti*: CIC. fin. 4, 36 omne officium munusque sapientiae in hominis -u esse occupatum (nat. deor. 2, 130 magnae etiam opportunitates ad -um hominum atque abundantiam aliae aliis in locis reperiuntur). OV. fast. 4, 108 ab illa (*vi Veneris*) venerunt -us mundaque cura sui (VAL. MAX. 9, 1, 3 *feminas* et imbecillitas mentis et graviorum operum negata affectatio omne studium ad curiosiorem sui -um hortatur conferre). LIV. 26, 49, 11 ut curam -umque feminarum impensius custodibus commendaret. ALF. dig. 32, 60, 1 eos *servos* ... quos pater familias circum se ipse sui -us causa haberet. *cf.* 50, 16, 203 sibi videri eos demum *servos* usus sui causa patrem familias habere, qui ad eius corpus tuendum atque ipsius -um praepositi destinatique essent. *nota*: CAPITOL. Ver. 8, 6 minore circa fratrem -u fuit Verus. *i. q. educatio*: *absolute*: *sing.*: CIC. part. 91 genus humanum ad honestatem natum malo -u pravisque opinionibus esse corruptum. AMM. 27, 6, 8 Gratianum ... non rigido -u ab incunabulis ipsis ut nos educatum. *plur.*: HOR. carm. 4, 4, 34 doctrina sed vim promovet insitam rectique -us pectora roborant (PORPH. *ad l.* recti genetivi casus est numeri singularis: huius recti, -us numeri pluralis casus nominativi: hi -us, *rectius* SCHOL. *ad l.* bona institutione reddi bonum naturae perfectum). *accedit genet. obiecti*: VAL. FL. 5, 357 Henioche, -us primi cui creditus aevi (*Medeae*). GELL. praef. 23 quantum ... a ... procurando -u liberorum meorum dabitur otium. *i. q. officium*: *absolute*: SEN. dial. 12, 5, 2 ille ... tibi ... praestitit ... -um tamquam superiori. *accedit genet. obiecti*: SEN. dial. 4, 33, 2 eius qui in -u regum consenuerat. 10, 2, 1 sunt quos ingratus superiorum -us voluntaria servitute consumat. STAT. Theb. 2, 316 -us iniqui praecipuus ducis (*Eteoclis*). *i. q. sacerdotium*: VVLG. num. 4, 28 hic est -us familiae Gersonitarum (λειτουργία, ITALA Lugd. deservitio). 4, 30 omnes qui ingrediuntur ad officium ministerii sui et -um foederis testimonii (λειτουργεῖν τὰ ἔργα τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, ITALA Lugd. deservire opera tabernaculi testimonii). *cf.* 7, 8 quattuor alia plaustra et octo boves dedit filiis Merari secundum officia et -um suum (κατὰ τὰς λειτουργίας αὐτῶν, ITALA Lugd. secundum deservitionem eorum). *i. q. amicitia, foedus, familiaritas*: *sing.*: VAL. MAX. 4, 7 pr. sincerae ... fidei amici praecipue in adversis rebus cognoscuntur ... felicitatis -us maiore ex parte adulatione quam caritate erogatur. SIL. 16, 117 regnator Nomadum ... mox foedere longo -uque Aeneadum nomen Masinissa superbum. *plur.*: MANIL. 3, 109 tertia ad urbanos statio est numeranda labores ... format amicitias et saepe cadentia frustra officia, et -us contingant praemia quanta, edocet (*v.* OV. fast. 1, 678 *p. 1325, 33*).

b *speciatim*: *corporis curatio, exornatio*: *absolute*: *sing.*: PROP. 1, 2, 16 succendit ... Pollucem -u non Hilaira soror. OV. ars 3, 101 ordior a -u ... forma dei munus ... cura dabit faciem. CELS. 6, 5 sed eripi tamen feminis cura -us sui non potest. SEN. nat. 1, 17, 5 qualem fuisse -um putas ad hoc se speculum (*fontem perlucidum aut leve saxum*) comentium? PLIN. nat. 33, 110 usus eius (*spumae argenti*) ad collyria et -um (*Mayh.*, litum *codd.*, situm *B²*) mulierum, cicatricum foeditates tollendas maculasque, abluendum capillum. VVLG. Esth. 2, 12 expletis omnibus quae ad -um muliebrem pertinebant. ARNOB. nat. 2, 41. *plur.*: OV. am. 2, 10, 5 utraque *puella* formosast, operosae -bus ambae; artibus in dubiost haec sit an illa prior. *additur* corporis (*cf. p. 1334, 13*): CIC. nat. deor. 1, 94 omnis -us et curatio corporis erit eadem adhibenda deo, quae adhibetur homini. off. 1, 106 victus -usque corporis ad valetudinem referatur et ad vires, non ad voluptatem (CAES. Gall. 6, 24, 4). Lael. 49 vestitu -uque corporis (GELL. 1, 5 lemma. 1, 5, 1 vestitu ceteroque -u corporis nitido venustoque nimisque accurato. *cf.* TERT. spect. 25). SALL. Catil. 48, 2. LIV. 39, 8, 3 quas *artes* multas ad animorum corporumque -um nobis eruditissima omnium gens *Graecorum* invexit. MANIL. 5, 515 hinc lenocinium formae -usque repertus corporis *eqs.* SEN. benef. 1, 10, 2 nunc -us corporum nimius et formae cura prae se ferens animi deformitatem. epist. 114, 9 ubi luxuriam late felicitas fudit, -us (*Muretus*, luxus *codd.*) primum corporum esse diligentior incipit. CVRT. 3, 5, 2 levi et parabili -u corporis se esse contentum. VLP. dig. 50, 16, 43 verbo 'victus' continentur, quae esui potuiqui -uique corporis quaeque ad vivendum homini necessaria sunt. *plur.*: PS. QVINT. decl. 15, 10 corporum -us. LACT. inst. 2, 7, 12 *Claudia* quae semper impudica esset habita ob nimios corporis -us. *de partibus corporis*: VAL. MAX. 9, 3 ext. 4 *Semiramidi* circa -um capitis sui occupatae. CLAVD. 1, 85 caesariem crinali stringere -u. HIL. in Matth. 27, 2 *servus* saeculi malis vitiisque se tradet praesentium tantum curam in -u ventris exercens. *animi*: CIC. fin. 5, 54 animi -us ille (*sc. librorum scriptura*) erat ei (*Demetrio Phalereo*) quasi quidam humanitatis cibus. LIV. 39, 8, 3 *v. supra l. 29.* SEN. benef. 6, 15, 2 emis ... a bonarum artium praeceptore studia liberalia et animi -um. AMM. 24, 3, 5 nec pudebit imperatorem *Iulianum* cuncta bona in animi -u ponentem profiteri paupertatem honestam. CLAVD. MAM. epist. p. 203, 16 bonarum artium ... iactura ... animi -um despuens, quo solo praestat pecudi gens humana. *adde*: APVL. Socr. 22 p. 170 invenias in rationibus *omnium* multa prodige profusa et in semet nihil, in sui dico daemonis -um, qui -us non aliud quam philosophiae sacramentum est.

4 *de rebus incorporeis*: **a** *absolute*: PLAVT. Mil. 101 amor -u optumus (*v. p. 1324, 58*). VARRO ling. 6, 79 lugere ... ab luce, quod propter lucem amissam is -us institutus. LVCAN. 2, 365 maesti servat lugubria -us *Marcia*. QVINT. inst. 2, 16, 17 si nihil a dis oratione melius accepimus, quid tam dignum -u ac labore ducamus. QVEROL. p. 46, 11 quisnam cinerum est odor? :: ille pretiosus atque tristis, -us quem poscit miser. **b** *accedit. genet. obiecti*: *sing.*: VAL. MAX. 1, 1, 8 remotos ab exactissimo -u caerimoniarum oculos. 1, 6, 13 -ui religionis ... vacasse (2, 4, 4 plus in exquisito et novo -u religionis quam in ullo humano consilio positum opis videbatur. 5, 2, 1 exquisito religionis -u. ARNOB. nat. 1, 31 fugientibus ignosce, *rex summe*, tui nominis et religionis -um. COD. Theod. 16, 7, 5 [*a. 391*] qui ... sacrosanctae religionis -u et reverentia descivissent. LACT. inst. 4, 28, 1 verae religionis. HEGES. 4, 8. AVG. civ. 8, 16. 24 divinae religionis. 8, 26. CHRON. Gall. chron. I p. 629 -ui catholicae religionis attentus). *adde*: COD. Theod. 12, 1, 49, 1 [*a. 361*] *filii aut propinqui* qui derelicta curia ad -um divinae reverentiae existimaverint transeundum. VAL. MAX. 4, 7, 5 in -u amicitiae (PANEG. 12, 16). 5, 2 ext. 4 quorum (*beneficiorum*) religiosum -um instituimus. SEN. dial. 2, 17, 3 is ... qui studiis liberalibus et sapientiae -u ad aliquem profectum pervenerit. 5, 17, 1 quos (*barbaros reges*) nulla eruditio, nullus litterarum -us imbuerat (GELL. 14, 6, 1 homo ... in litterarum -u non ignobilis. IVST. 9, 8, 18 litterarum -us utrique [*Philippo et Alexandro*] similis). SEN. dial. 8, 6, 2 sine ullo virtutum amore et sine -u ingeni (FRONTO p. 103, 11 N. cum ad curam -umque ingenii tui accessi. GELL. 1, 2, 1 Roma in Graeciam ad capiendum ingenii -um concesserant). SEN. dial. 10, 18, 4 omni -u studiorum liberalium (FRONTO p. 190 N. ex voto studiorum -um teneto. QVINT. inst. 4, 2, 117 in parvis ergo *narrandis* ... sit ille pressus et velut applicitus rei -us, in verbis summa diligentia). TAC. Agr. 4 per omnem honestarum artium -um pueritiam adulescentiamque transe-

C *hominum vel rerum cum rebus*: cum luce, die, sole, vere, *sim.* (*saepe absolute i. q.* '*luce oriente*' *sim.*): PLAVT. Amph. 743 abii hinc hodie cum diluculo. Cist. 525 cum primo luci cras ... ambo occidero. Stich. 364. LVCIL. 143 cum mane expergitus. CATVLL. 64, 329 adveniet ... hesperus, adveniet fausto cum sidere coniunx. COMMENT. quaest. Varro ling. 6, 92. CIC. Att. 4, 3, 4 cum prima luce ... in campum ... currebat. off. 3, 112. Q. CIC. carm. frg. 20 in alta conditur oceani ripa cum luce Bootes. VARRO rust. 2, 2, 10 SALL. hist. frg. 3, 98 D 12 BELL. Afr. 62, 5. VERG. georg. 3, 324 Luciferi ... primo cum sidere rura carpamus. Aen. 3, 568 fessos ventus cum sole reliquit. 7, 130 primo ... cum lumine solis ... diversa petamus. AETNA 235[b]. HOR. epist. 1, 7, 13 te ... reviset cum zephyris ... et hirundine prima. TIB. 1, 2, 25 cum tenebris tota vagor ... urbe. OV. met. 13, 677 trist. 1, 6, 24. fast. 1, 664 cum vere redibit opus. EPIST. Sapph. 135 cum se Titan ostendit et omnia secum. MANIL. 1, 244. VITR. 1, 4, 1 aurae ... cum sole oriente ad oppidum pervenient. 8, 2, 2 cum tepore solis. SEN. epist. 122, 1 si quis cum ipso, ut ita dicam, die surgat. CVRT. 7, 5, 5. COLVM. 11, 2, 36 Vergiliae cum sole oriuntur. 11, 2, 39. MELA 1, 95 cum die. LVCAN. 5, 701. PLIN. nat. 18, 249 petulantiae sales, etiam cum primo vere, laudantur. *nota* 6, 34 *de loco tamquam de tempore*: ubi lassata cum siderum vi Ripaeorum deficiunt iuga. VAL. FL. 3, 612 primis cum solibus. APVL. met. 4, 10 cum noctis initio ... praestolamur. LAMPR. Heliog. 25, 1 *opp.* nocte. ITIN. Alex. 25. ITIN. [Silv.] 25, 1. 24, 7 finiuntur ... omnia cum tenebris (crebris *cod.*). HYG. fab. 55 p. 59, 20 *iecur* cum luna recrescit. AMM. 24, 8, 5. CATO agr. 157, 1 *brassica* commutat ... sese semper cum calore, arida simul et umida et dulcis *eqs.* VERG. georg. 1, 190 magnaque cum magno veniet tritura calore. VITR. 6, 1, 4 nutrita sunt eorum membra cum fervore. cum tempore *etc.*: SEN. epist. 58, 22 quicquid vides, currit cum tempore. TERT. anim. 56 p. 390, 24 quaecumque illam (*animam*) cum temporibus manebant tristia. PAVL. dig. 50, 17, 138 pr. hereditas, quamvis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. CYPR. GALL. gen. 210 felicem placido vivit cum tempore vitam. 1274 ut septem fecunda satis sit terra per annos atque famem diram parili cum tempore signat. num. 80 concretam ... gerat toto cum tempore barbam. *aliter* CARM. de resurr. 224 nec vernus (verno? *Hartel*) melius floret cum tempore ramus. *cf.* AVG. civ. 11, 6 p. 469 non est mundus factus in tempore, sed cum tempore. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 13 cum annis promoturi dignitatis suae incrementa. DECRET. fabr. Pisaur. (Corp. XI 6335) 10 cum aetate eorum crescit felicitas. CORP. VI 32416 (*a. 257*) ad hunc locum cum aetate pervenit. AMM. 26, 1, 14 victura cum saeculis Roma. OV. fast. 1, 724 cum ... suo finem mense libellus habet. *similia*: CIC. Mur. 32 *Mithridatem* L. Sulla ... cum bello invectum ... cum pace dimisit (LIV. 2, 52, 1). SALL. or. Cottae 2 cuncta me cum fortuna deseruere. Iug. 41, 9 cum potentia avaritia ... invadere. OV. epist. 7, 51 tu quoque cum ventis utinam mutabilis esses (*cf.* 16, 204). 18, 66 tu cum somno semper abire soles (LIV. 1, 39, 3. APVL. met. 8, 13 crapulam cum somno discutit). met. 15, 663 cum voce deus, cum voce deoque somnus abit (EPIST. Sapph. 173). am. 1, 15, 16 cum sole et luna (*i. quam diu erunt*) semper Aratus erit. VAL. MAX. 1, 7 ext. 7 eum ... potentissimum ... futurum certo (*adv.?*) cum eventu cognovit. SEN. epist. 6, 2 amicitiae ..., cum qua homines moriuntur, pro qua moriuntur. LVCAN. 2, 705 cum fato conversa fides. 7, 812 hos ... populos si nunc non usserit ignis, uret cum terris. TAC. ann. 4, 50 cum libertate occidere. *nota*: VLP. dig. 47, 2, 3 fur est manifestus, quem Graeci ἐπ' αὐτοφώρῳ appellant, hoc est eum qui deprehenditur cum furto (*ibid. inf.* 'si in faciendo furto deprehendatur' *et* 'si cum re furtiva fuerit apprehensus'). *cf.* PAVL. dig. 47, 2, 4. GAIVS inst. 28, 5, 89 ut ... servus cum libertate heres existat. APVL. Socr. 8 p. 138 quaedam ... animalia ... cum eo (*igni*) exoriri cumque eo extingui. TERT. test. anim. 1 p. 135, 18 seu cum corpore incipis seu post corpus induceris. anim. 27. RVF. FEST. 5, 2 Celtiberi ... cum excidio Numantiae subacti sunt. AVG. civ. 13, 13 p. 572 cum qua controversia nati sumus. PETR. CHRYS. serm. 5 p. 198[B] cum principio mundi festinavit gentilitas ad idolorum patriam. CIC. parad. 18 quorum cum vita omnia extinguuntur (*cf.* Arch. 29). OV. met. 6, 253. 11, 777. VELL. 1, 2, 2 Codrum cum morte aeterna gloria ... secuta ... est. LVCAN. 6, 100 PLIN. nat. 10, 5. APVL. met. 4, 20 scaenam ... cum anima retinens. AVG. civ. 21, 16 p. 519 (*opp.* post mortem). cum dicto *et similia*: PLAVT. Pseud. 310 mihi ... cum istis dictis mortuost. CAES. Gall. 5, 46, 3 Caesar ... ad M. Crassum quaestorem mittit ..., iubet ... proficisci ...: exit cum nuntio Crassus (*cf.* BELL. Afr. 12, 1). APVL. met. 1, 6 cum dicto ... faciem suam ... obtexit. 1, 16. 17. 18. 22 *bis.* 23. 2, 5. 10. 15. 24. 28. 3, 13. 15. 6, 20. 7, 28. 8, 19. 9, 7. 10, 22. MIN. FEL. 4, 6 cum dicto eius assedimus. IVL. VAL. 1, 3 '... consule super cupitis'. et cum verbis tabulas promit *eqs.* 1, 7 p. 14, 12 et cum dicto iussa complentur. 1, 13 p. 24, 16 et cum dicto rapit gladium. *al.* MART. CAP. 2, 135 *al.* *sim.* APVL. met. 5, 24 cum termino sermonis ... se proripuit. FRONTO p. 237, 20 N. *Arion* carminis fine cum verbo in mare desilit. *cum actione, statu etc.* (*similia v. p. 1358, 76 sqq.*): PLAVT. Amph. 600 formam una abstulit cum nomine. CIC. Mur. 40 cum splendore fructus quoque iucunditatis est restitutus. Rab. Post. 33 ne cum mea perfidia illi etiam ipsi facerem ... iniuriam. Cael. 31 magnum ... odium ... cum crudelissimo discidio extitisse. Planc. 102 te cum mea salute complecti. leg. 2, 11 neque *rectum* cum litteris ... aut oriatur aut occidat. top. 51 quid ante rem, quid cum re, quid post rem evenerit. part. 25 *actio* et cum rerum et cum verborum momentis commutanda ... est. LVCR. 5, 1391 haec animos ollis mulcebant atque iuvabant cum satiate cibi. PVBLIL. S 23 sine dolore est vulnus, quod ferendum est cum victoria. VARRO ling. 8, 36 nomina virilia et muliebria multitudinis cum recto casu fiunt dissimilia (*Terentiei, Terentiae*), ⟨eadem⟩ cum dandi (*Terentieis*). 9, 61 quocumque progressa est natura cum usu vocabuli. CAES. Gall. 2, 7, 2 Remis cum spe defensionis studium propugnandi accessit. VERG. Aen. 2, 378 *v. p. 1363, 9.* OV. epist. 7, 9 certus es, Aenea, cum foedere solvere naves (*cf.* 7, 8 idem venti vela fidemque ferent). rem. 414 lassaque cum tota corpora mente iacent. Pont. 3, 2, 8 cum Fortuna terga dedere fugae. met. 7, 348 locuturo ... cum verbis guttura Colchis abstulit. fast. 2, 1 cum carmine crescit et annus. LYGD. 4, 41 digiti cum voce locuti (*in lyra*). PRIAP. 26, 12 cum tussi miser expuo ... salivam. LIV. 4, 2, 14 si ... cum ... maiestate adempta animos etiam eripuerint (*sim.* 26, 40, 6). 21, 10, 3 ne Romanum cum Saguntino suscitarent bellum. 8, 24, 6 cum fortuna mutabilem gerentes fidem. 23, 43, 10 senescentem cum viribus maiestatem. 34, 6, 8 cum ea (*lege*) ... pudorem abrogemus. VITR. 7, 3, 7 coloribus cum politionibus inductis. VELL. 1, 17, 7 studium cum spe senescit. CELS. 2, 8 p. 50, 11 si cum febre ... etiam ... doloribus premitur. 8, 20 p. 359, 22 ubi cum dolore inflammatio quievit. PLIN. nat. 11, 266 muscas ... cum volatu et incipere audiri. HOMER. 753 traxit ... cum vulnere poenas. QVINT. inst. 8 pr. 3 *al.* 11, 3, 106 *opp.* ante *et* post. FRONTIN. aq. 4 fontium memoria cum sanctitate adhuc extat. IVV. 10, 198 cum voce trementia membra *sunt seni.* TAC. dial. 37 *al.* PLIN. epist. 1, 12, 5 *al.* paneg. 22, 5 FLOR. epit. 2, 19, 1. 4, 2, 7 FRONTO p. 71, 24 N. DECRET. decur. Tergest. (Corp. V 532) 1, 38 *causas* no⟨b⟩is cum victoria firmiores r⟨e⟩misit. MARCELL. dig. 24, 3, 57 *usus fructus* cum proprietate ... ad heredem ... transiret. 23, 3, 1 *dos* cum voto eius qui dat ... contrahitur. APVL. met. 10, 25 nomen uxoris cum fide perdiderat. TERT. pudic. 1 p. 219, 16. 12 p. 242, 24. anim. 25 p. 340, 17 nec *animam* cum carnis figulatione compingi atque produci. p. 342, 27 cum substantia enim et vis (*sc. evenit*). 55 p. 388, 18 *al.* CAPITOL. Aur. 10, 2 quo magis ... cum exercitio iuris auctoritas cresceret. SPART. Did. 8, 9 *patrimonium* ei cum Augustae nomine ... sublatum est. *al.* AMM. 17, 12, 11 optimates cum impetrandi spe similia petituros. 24, 3, 8 *al.* PELAGON. 210. GREG. M. moral. 9, 71 pius conditor cum viribus flagella moderatur. *infra*: cum viribus tentamenta modificat. *cum rebus corporalibus* (*cf.* PLAVT. Amph. 631 non ego cum vino simitu ebibi imperium

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tuom): PLAVT. Amph. 703 meum corium ⟨cum⟩ cistella *periit.* TER. Eun. 241 simul consilium cum re amisti. CIC. Arat. 403 *Nixus* suram cum Chelis erigit alte (*Arat. 617 σὺν Χηλῇσι. opp.* 404 nocte tenetur, dum. *cf.* NIGID. Serv. auct. georg. 1, 218 GERM. 181. 182 *al.* AVIEN. Arat. 1142). 408. nat. deor. 2, 102 ut *terra* cum caelo hilarata videatur. Tusc. 3, 2 ut paene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Att. 6, 1, 10 Appii amorem erga me cum reliqua hereditate crevisse. LVCR. 3, 601 haec (*potestas animae etc.*) ipso cum corpore collabefiunt (*cf.* 3, 682). 3, 700. VERG. Aen. 2, 378 retro . . . pedem cum voce repressit (*aliter v. p. 1364, 49*). 2, 532 vitam cum sanguine fudit. 4, 621. 11, 421 Troianis cum multo gloria venit sanguine. 12, 829 occidit . . . cum nomine Troia. HOR. epist. 1, 18, 33 iam cum pulchris tunicis sumet nova consilia (*cf.* OV. am. 3, 14, 27 ars 3, 77). 2, 2, 110. OV. am. 1, 14, 55 collige cum vultu mentem. epist. 3, 124 cum . . . mea patria laus tua victa iacet. trist. 2, 202 ne sit cum patria pax quoque dempta mihi. met. 1, 180 concussit . . . caesariem, cum qua terram, mare, sidera movit. 2, 462 nudo patuit cum corpore crimen. 2, 470 obvertit saevam cum lumine mentem (*cf.* LIV. 1, 9, 10). 7, 318 *al.* Pont. 4, 12, 48 sensus cum re consiliumque fugit (*cf.* LIV. 1, 23, 3). MANIL. 1, 642. 893 funera cum facibus *cometarum* veniunt. VITR. 9 praef. 15 *al.* SEN. contr. 3 praef. 13 declamatores . . . cum loco ⟨animum *add. Bonnet*⟩ mutabunt. exc. 3, 3. CELS. 3, 6 p. 87, 38 potio esse debet . . . liberalis et ante cibum et post hunc et cum hoc. SEN. dial. 3, 16, 3 ut *nequitia* nisi cum ipsis (*visceribus*) exire non possit. 8, 5, 4 benef. 1, 12, 1 *al.* nat. 3, 22 aquarum genus . . . coepisse cum mundo (epist. 88, 33 *opp.* ante mundum). CVRT. 6, 6, 5 cum illis (*spoliis*) quoque mores induerat. COLVM. 3, 2, 16 vini iucunditas cum regione mutatur. 3, 2, 30. 4, 10, 3 LVCAN. 3, 170. 10, 266 CALP. ecl. 7, 72. PERS. 6, 39 sapere urbi cum pipere et palmis venit. PLIN. nat. 1, 11, 70 quibus crescat cum luna . . . iocur. 2, 98 cernuntur et stellae cum sole. 2, 109. 2, 128 permutant . . . naturam cum situ. 8, 114 *al. nota* 5, 82 quae (*oppida*) cum Euphrate dicentur. 15, 47 de citreis *malis* cum sua arbore diximus. MART. 9, 1, 9 *al.* QVINT. inst. 5, 9, 1 *al.* decl. 347 p. 368, 20 paene cum ipsis toris uxorum pectora refrigescunt. IVV. 12, 70 TAC. Agr. 46. PLIN. epist. 4, 14, 2 accipies cum hac epistula hendecasyllabos. FLOR. epit. 2, 10, 3 cum sanguine et spiritu . . . revomuere victoriam (*Histri epulantes oppressi*). APVL. met. 2, 7 quam festive . . . ollulam istam cum natibus intorques. VLP. dig. 41, 3, 10, 1 servitutes . . . capi . . . cum aedificiis possunt (*opp.* per se). GAIVS dig. 41, 1, 1 pr. ius gentium cum ipso genere humano proditum est. 41, 1, 9, 8 TERT. anim. 15 p. 320, 10. 37 p. 364, 12 patient. 1 p. 2, 14. adv. Hermog. 16 p. 143, 22 mala . . . de materia faciendo cum ea facit. adv. Marc. 2, 4 p. 337, 24 *al.* NEMES. cyn. 285 OPTAT. 6, 1 p. 144, 13 *al.* AMM. 17, 4, 11 CLAVD. 21, 202. EVSTATH. Bas. hex. 3, 8 p. 899ᴮ cum frigore . . . indurescit *humor.* DRAC. laud. dei 2, 107. 755 pectore contritos, genibus cum pectore flexos . . . exaudit.

III *de modo actionis*:

A *accedit verbis: fit aliquid*: **1** *cum rebus corporalibus*: PLAVT. Rud. 937 hic rex cum aceto pransurust et sale, sine bono pulmento. CIC. Att. 2, 20, 6 comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diem XV kal. Novembr. distulit (*cf. Boot ad loc.*). PLANC. Cic. epist. 10, 11, 1 primae tuae sententiae infinitis cum muneribus . . . compositae. CAES. Gall. 3, 1, 2 Alpes, quo magno cum periculo magnisque cum portoriis mercatores ire consueverant. VARRO ling. 5, 95 ut cum pecore diceretur multa. FIRM. err. 18 p. 44, 14 Melchisedech . . . Abrahae cum pane et vino benedictionis optulit gratiam. ITALA Mich. 3, 11 (Lucif. Athan. 1, 35 p. 128, 25) iudices . . . cum (*μετά*, VVLG. in) muneribus iudicabant et sacerdotes . . . cum mercede respondebant *eqs.* DIOM. gramm. I 484, 14 partes Homerici carminis . . . cum baculo . . . pronuntiabant . . . Homeristae. *sim. cum persona*: PAPIN. dig. 18, 1, 72 pr. ne cautio duplae praestetur aut ut cum fideiussore cautio duplae praestetur. CIC. fin. 5, 89 *v. p. 1349, 14.* *iuncturam 'cum quota parte' v. p. 1356, 72.*

2 *cum actione* (*corporali*): NAEV. carm. frg. 7 abeuntes lacrimis cum multis (*talia saepius.* PROP. 3, 6, 37 cum multis lacrimis). PLAVT. Curc. 292 *v. p. 1352, 19.* ENN. ann. 28 cum saevo (suo *codd.*) obsidio magnus Titanus premebat. TER. Haut. 39 *personas agere* clamore summo, cum labore maximo. RHET. Her. 3, 14, 25 leviter tremibunda voce, cum parva significatione risus, sine ulla suspicione nimiae cachinnationis, leniter . . . torquere ad liberalem iocum vocem. 4, 47, 60 vocem mittat . . . cum turpissimo corporis motu. 4, 52, 65 cum maximo fletu . . . abiecit sese (CIC. epist. 14, 2, 2 quod . . . maximo cum fletu legi). *ibid.* cum magno spiritu . . . inquit. CIC. inv. 2, 78 *appellare* nomen . . . cum gemitu et lamentatione. Verr. 4, 132. Caecin. 28 cum risu acclamavit. off. 2, 48 quae . . . cum contentione habetur oratio. LVCR. 1, 287 incurrit validis cum viribus amnis; dat sonitu magno stragem. 6, 1202 multus capitis cum saepe dolore corruptus sanguis . . . ibat. 6, 1285 multo cum sanguine . . . rixantes (*cf.* 6, 1284 ingenti clamore locabant. OV. met. 13, 256 cum multo sanguine fudi Coeranon). CAES. Gall. 1, 20, 1 *al.* HIRT. Gall. 8, 41, 2 aggerem extruere . . . magno cum labore et continua (cum magna et continua *β*) dimicatione. BELL. Hisp. 2, 1 cum celeri festinatione . . . in Hispaniam cum venisset. VERG. Aen. 5, 368 vastis cum viribus effert ora Dares. HOR. sat. 1, 8, 50 *id* cum magno risuque iocoque videres. OV. epist. 11, 119 ipsa . . . infantis cum vulnere prosequar umbras (*cf.* LIV. 9, 44, 15). LIV. 1, 20, 4 per urbem ire canentes carmina cum tripudiis sollemnique saltu. 3, 61, 10 captis . . . cum ingenti caede, maiore praeda potitur. 5, 2, 10. *nota* 21, 61, 2 milites . . . cum magna caede, maiore fuga ad naves compellit. 34, 39, 3 ad emittenda cum procursu . . . tela. 38, 25, 11 cum impetu hostili . . . Gallos venientes. 39, 19, 12. 41, 18, 3 captivos cum foeda laceratione interficiunt. 44, 31, 7 vano cum incepto moenibus pepulissent Romanos. VELL. 2, 25, 1 cum quiete exercitum per Calabriam . . . cum singulari cura frugum . . . perduxit. CELS. 2, 8 p. 47 si vesica cum febre continenti dolet. 4, 3 p. 125 os cum motu quodam pervertitur. 6, 18, 2 cum vi experiendum, an. PETRON. 31, 3 paronychia cum ingenti subtilitate tollentibus. PLIN. nat. 24, 162 leones resupinari cum hiatu lasso. QVINT. inst. 2, 15, 22 TAC. ann. 6, 46 *al.* CARM. epigr. 39 Sabinus dissignator cum plausu facit. APVL. met. 2, 32 cum aemulatione virium crebrius insultantes. 5, 14 AMM. 16, 7, 2. 31, 2, 8 cum caede vasta discurrunt. ANON. Vales. 13, 75 eodem . . . orante cum ieiunio. HIER. hom. Orig. in Ier. 2 p. 761 nec gradatim . . ., sed cum velocitate, cum cursu fugite. *sic* cum dicto, voce, sonitu, strepitu *sim. quae ad auditum pertinent* (*aliter de tempore, v. p. 1362, 26*): PLAVT. Amph. 244 equites . . . ab dextera maximo cum clamore involant, impetu alacri . . . proterunt hostium copias. Aul. 746 cum istacin te oratione huc ad me adire ausum? Men. 785 ad me iretis cum querimonia (Pseud. 312). Capt. 802 quid hic homo tantum incipissit facere cum tantis minis? Trin. 22 adeste cum silentio. ENN. ann. 485 currus cum magno sonitu permittere certant. 487 cum magno strepitu Volcanum ventus vegebat. QVADRIG. hist. 10ᵇ, 10 cum voce maxima conclamat. SISENNA hist. 26. 72 Galli magno cum molimento ac perpetuo sonu procedunt. RHET. Her. 2, 17, 26 his locis . . . utetur . . . cum amplificatione (CIC. inv. 1, 101). 3, 7, 13. 3, 14, 25 celeriter cum clamore verba conficere. CIC. inv. 1, 104 quae . . . consecuta sunt, cum uniuscuiusque indignatione et criminatione colligimus. Verr. 2, 144 *id* cum defensione aliqua confiteri. 6, 92 istum . . . reduxerant . . . mulieres cum cantu atque symphonia. Font. 33 vagantur . . . toto foro cum quibusdam minis et barbaro . . . terrore verborum (*cf.* har. resp. 2). har. resp. 24. Tusc. 1, 73 ut . . . *cygni* cum cantu et voluptate moriantur. Att. 4, 1, 4 ut . . . ad me cum gratulatione legati convenerint. 10, 5, 3 rescripsi ei stomachosius cum ioco tamen familiari. 11, 15, 2 Quintus non modo non cum magna prece ad me, sed acerbissime scripsit, filius vero magnifico odio. 12, 40, 1 colligit vitia Catonis, sed cum maximis laudibus meis. ad Q. fr. 3, 2, 2. epist. 1, 1, 2 egit causam . . . cum summa testificatione tuorum in se officiorum. LVCR. 1, 276 perfurit acri cum fremitu saevitque minaci murmure ventus (pontus *codd.*). 4, 539. CAES. Gall. 2, 11, 1 civ. 2, 28, 3 *al.* BELL. Afr. 84, 4 *elephans* maximo cum stridore cursuque conversus. SALL. hist. 2, 45 *al.* VERG. georg. 1, 327. 3, 223 Aen. 1, 55 *al.* 2, 688 caelo palmas cum voce tetendit (*aliter* 2, 378 *v. p. 1363, 9*). 7, 420. CVLEX 384 extrema tristis cum voce recessit. CIRIS 515 HOR. sat. 2, 7, 35 carm. 1, 33, 12 *al.* 3, 29, 35 fluminis . . . cum pace delabentis. epist. 1, 10, 21 LYGD. 3, 2. 4, 64 cum multa bracchia tende fide (*i. obsecratione*). OV. epist. 2, 18 met. 2, 455. 575 *al.* LIV. 1, 7, 2 cum altercatione congressi. 1, 34, 8 *al.* 2, 24, 1 equites cum tumultuoso advolant nuntio. 3, 29, 5 *al.* 9, 16, 3 legatis . . . missis ad pacem cum precibus petendam. 29, 21, 5 castra . . . in campo locat cum gravi edicto, si quis. 31, 5, 3 consules . . . rem divinam facerent . . . cum precatione ea. 35, 43, 9 FEST. p. 181, 14 quod id (*occentare*) clare et cum quodam canore fit. RVT. LVP. 1, 21 initium sermonis cum iurgio sumpsit. SEN. contr. exc. 4, 2 summo cum honore Metelli . . . agendum. VELL. 1, 12, 1 *al.* CVRT. 6, 7, 5 quod etiam cum periurio detegendum foret. 8, 1, 38 *al.* COLVM. 6, 2, 5. SCRIB. LARG. 271 cum iureiurando affirmaverunt. MELA 2, 20. LVCAN. 6, 766 tua membra . . . talibus exuram Stygio cum carmine silvis. PLIN. nat. praef. 13 *al.* 24, 31 cum honore et pityusa . . . dicetur. 35, 99 pinxit . . . supplicantem paene cum voce. QVINT. inst. 2, 2, 12 *al.* decl. 345 p. 362, 7. *nota* TAC. hist. 1, 63 ut . . . universae civitates cum magistratibus et precibus occurrerent (*sim.* 2, 88 cum terrore et armatorum catervis). hist. 2, 49 *al.* ann. 1, 53 literae, quas . . . cum insectatione Tiberii scripsit. PLIN. epist. 7, 24, 7 gestus dominae cum canticis reddebant. 10, 8, 2 SVET. Claud. 15. FRONTO p. 229, 21 N. non . . . incurrere . . . curruli strepitu et cum fremitu equestri, sed placide et clementer . . . advolare. GAIVS inst. 1, 112. GELL. 11, 2, 1 'elegans' homo non dicebatur cum laude (*ibid.* verbum . . . vitii, non laudis fuit). APVL. met. 4, 3 eiulabili cum plangore . . . prosilit. MIN. FEL. 3, 2 cum hoc sermone . . . spatium . . . emensi (*cf.* 3, 5). TERT. anim. 19 p. 332, 2 cum suffragio occurrens. adv. Marc. 4, 8 p. 438, 28. 5, 18 p. 640, 10. CAPITOL. Pius 6, 6 patris patriae nomen delatum a senatu . . . cum ingenti gratiarum actione suscepit. FIRM. math. 5 praef. 3 te trepida cum supplicatione veneramur. IVST. 1, 8, 13 cum exprobratione. *al.* ITIN. [Silv.] 24, 11 episcopus . . . ducitur cum (h)ymnis ad Crucem. FAVSTIN. trin. p. 37ᴮ cum sollicita interrogatione perquiris. DICT. 5, 11 cum ioco lasciviaque. AMM. 15, 9, 8 facta heroicis composita versibus cum dulcibus lyrae modulis cantita-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

runt. 17, 7, 7. 28, 6, 23. Carm. de Sod. 41. Conc. Rom. a. 501 p. 431, 9 cum dei nostri obtestatione decernimus. *cf.* a. 502 p. 449, 10 Cod. Iust. 4, 20, 18 pr. Bened. reg. 48 pausent in lecta sua cum omni silentio. Pass. Thom. 159, 7 (*ter*). Carm. epigr. 712, 18 corpus ... advectum domini cum laudibus amplis.

3 *cum a f f e c t u, voluntate, qualibet condicione vel actione animi: epitheto ad substantivum n o n addito*: Plavt. Bacch. 398 me ... magis cum cura esse aequum obvigilatost opus. Mil. 603 (*versu spurio*) si minus cum cura aut cautella locus loquendi lectus est. Rud. 29 aetatem agitis cum pietate et cum fide. Ter. Eun. 63 ut cum ratione insanias. Rhet. Her. 2, 19, 29 minima peccata cum causa suscipiunt. 3, 2, 3 rectum est, quod cum virtute et officio fit. 4, 14, 20 cum virtute vitam non potest colere. Cic. inv. 1, 109 cum indignatione conquerimur. 2, 13 cetera ... nulla cum difficultate transferuntur. 2, 17 rem perspicere cum consilio et cura. 2, 51 cum conquestione misericordia captatur. Quinct. 94 cum audacia perfidiaque vixerunt. S. Rosc. 10 quod mihi cum fide ... impositum est, ... propter perfidiam abicere. Verr. 2, 94 vocem cum dolore et querimonia emittere. leg. 2, 36 cum laetitia vivendi rationem accepimus (*ibid.* cum spe meliore moriendi). Tusc. 5, 83 nos ... cum pace agemus. de orat. 2, 184 hoc ... suaviter et cum sensu tractatum. 2, 275 ut ... stultus quasi stulte cum sale dicat aliquid. part. 112 si amans, si commota mente, si vinolentus, si cum spe efficiendi, si cum opinione celandi *fecit*. Att. 9, 9, 2 ut cum gravitate ... loquar. 16, 6, 2 cum timore domi esse. ad Q. fr. 2, 6, 1 litteras ... expectatas ... cum desiderio. 2, 10, 5 lusi ... familiariter et cum dignitate. Planc. Cic. epist. 10, 24, 1. Cic. epist. 13, 10, 2 versabatur in hoc studio ... et cum ingenio ... nec sine industria. Lvcr. 3, 101 vivere cum sensu. Caes. Gall. 5, 50, 5 cum simulatione agi timoris. Sall. Iug. 14, 15 cum maerore et luctu ... vitam exigunt. 54, 1 saucios cum cura reficit (hist. frg. 2, 72). Hor. epod. 17, 37. Ov. trist. 1, 1, 46 scripta ... cum venia ... leget. Liv. 2, 31, 11 domum cum favore ac laudibus prosecuti sunt. 3, 72, 1 Scaptium non silentio modo, sed cum assensu etiam audiri. 27, 17, 10 locutus haudquaquam ... stolide incauteve, sed potius cum verecundia ⟨ac⟩ gravitate. 38, 17, 17 cum qua venerant, mansuefacta est feritas. Vitr. 1, 1, 7. 5, 6, 7 dum id ne improbe fiat, sed cum sensu. Sen. contr. 7, 1, 21 cum colore dixit. 9, 5, 9 *al.* Val. Max. 2, 6, 12 exequias cum hilaritate celebrat. 2, 6, 14 Cels. 2, 12, 1 *al.* Colvm. 11, 1, 17 Scrib. Larg. 151. Plin. nat. 35, 120 Mart. 10, 78, 10. Qvint. inst. 10, 2, 3 nisi caute et cum iudicio apprehenditur. decl. 274 p. 124, 4 religiose et cum cura deorum facere. Tac. dial. 10 *al. om. verb.* Plin. epist. 4, 27, 1 *Augurinus* multa tenuiter ..., multa dulciter, multa cum bile. Fronto p. 63, 15 N. *al.* Vlp. dig. 24, 1, 32, 10 Apvl. met. 6, 6. Tert. orat. 17 pudic. 7 p. 233, 20 *al.* adv. Marc. 1, 5 p. 297, 14 *colere* alterum cum scrupulo ... ambos vane. Clem. ad Cor. 9 animalia quae intraverunt cum eo cum concordia (*ἐν ὁμονοίᾳ*) in arcam. 58 qui fecerit cum humilitate et modestia (*ἐν ταπεινοφροσύνῃ μετ' ἐκτενοῦς ἐπιεικείας*). Itala Ezech. 34, 16 (Ps. Cypr. ad Novat. 14) pascam oves meas cum iudicio (*μετὰ κρίματος*, Vvlg. in iudicio). Vopisc. Tac. 12, 2 epistulas ... et cum cupiditate et sine fastidio ... perlegendas. Dict. 2, 13 supplices et cum pace ... conveniunt. 2, 25 uti Helena ... cum amicitia redderetur (*ibid.* cum gratia). Psalt. Rom. 9, 9 iudicabit populos cum iustitia (Vvlg. in; 16, 15). Avg. civ. 4, 30 p. 185 pro veritate morientium et cum veritate viventium. 5, 23 p. 236 *deus* Romanos cum misericordia flagellavit. 14, 9 p. 22 cum ira contristatus. 22, 6 p. 565 cum fide ac per fidem teneri *civitatem dei*. Evgraph. Ter. Phorm. 776 cum voluntate discedat. Bened. reg. 20 aliqua suggerere ... cum humilitate et reverentia. 31 *al.* Corp. VIII 299 cum dolore *posuit monumentum*. VI 31956, 5 marito ... cum dolore meo issculpi iussi. V 5337 unum cum tormento animi amisi. *accedente e p i t h e t o*: Enn. ann. 77 curantes magna cum cura (Plavt. Men. 895 *al.* Sall. Iug. 66, 1 cum magna cura parare omnia. 68, 1 cum maxima cura). 482 haud temerest, quod tu tristi cum corde gubernas. Ter. Phorm. 621 inter nos ... haec potius cum bona ut componamus gratia quam cum mala. Rhet. Her. 1, 2, 3 imitatio est, qua impellimur cum diligenti ratione, ut ... valeamus. 2, 9, 13 scriptum ... dilucide, breviter ..., cum ratione certa. 4, 31, 42 in aliam rationem cum quadam venustate oratio conferatur. Cic. inv. 2, 35 magna cum gravitate inducetur indignatio. Quinct. 61 servatus ... summa cum diligentia. S. Rosc. 9 attente bonaque cum venia ... audiatis. Sull. 79 qui cum summa elegantia atque integritate vixistis. Brut. 267 latine ... et multa cum libertate dicebat (Hor. sat. 1, 4, 5). de orat. 2, 46 quid grate, quid humaniter, quid ... cum aliqua virtute fecerit. opt. gen. 12 et ample et ornate et copiose cum eadem integritate *dicere*. Att. 1, 17, 8 obiurgavi senatum ... summa cum auctoritate (*cf.* rep. 2, 56). 1, 20, 2 *al.* ad Q. fr. 1, 1, 19. 3, 9, 1 feci ... summa cum lenitate. epist. 5, 12, 5 moriens ... Epaminondas ... cum quadam miseratione delectat. Lvcr. 6, 75 delubra deum placido cum pectore adibis. Caes. Gall. 7, 65, 3 *al.* Bell. Alex. 27, 5 impetum magna cum prudentia consuetudine nostra castris vallatis sustinuit. Sall. Catil. 51, 38 cum summo studio ... exsequebantur. Iug. 69, 1. Hor. epist. 2, 2, 93 quanto cum fastu, quanto molimine circum spectemus ... aedem. Ov. am. 3, 7, 72 epist. 15, 376 *al.* met. 15, 766 quanta ... caput cum fraude petatur. Pont. 1, 9, 10 Liv. 1, 25, 13. 2, 52, 6 *al.* 9, 11, 3 te ... cum qua potes fide restituis. 22, 26, 7 cum invicto ... animo ad exercitum rediit. 26, 20, 3 Marcium secum habebat cum tanto honore, ut. 29, 18, 2 cum quanta caerimonia ... colatis deos. 29, 33, 7 cum conscientia egregia ... omne tempus consumpsit. 39, 37, 2 sarta tecta acriter et cum summa fide exegerunt. 39, 39, 11 quod cum (*om. plerique*) tanto studio ... praetorem se voluisset facere. 42, 49, 8 Vitr. 1, 1, 14 *al.* Sen. contr. 1 praef. 13 Vell. 2, 71, 3 *al.* Val. Max. 1, 1, 10 *al.* Cels. 2, 13 p. 58 *al.* Sen. dial. 7, 23, 5 Cvrt. 7, 5, 16 Petron. 65, 6. 92, 8 frequentia ... circumvenit cum plausu et admiratione timidissima. Tac. dial. 8. 22 sensus apte et cum quodam lumine terminantur. *al.* Apvl. apol. 70 hereditatem ... cum despectu salutis suae quaesisse. Capitol. Max. Balb. 13, 4 urbem cum magna moderatione ... regebant. Herm. vulg. vis. 1, 1 proficiscens cum his cogitationibus. Itin. [Silv.] 17, 1 epistula cum grandi reverentia ... custoditur. Amm. 17, 13, 5 *al.* Avg. civ. 6 praef. p. 242 *al.* Cypr. Gall. gen. 1372 coniciunt sese structa cum fraude vocatos. Bened. reg. 6 *al.* Caes. Arel. testam. 70. suggest. p. 305 quanto studio, quanta diligentia et cum quanto timore haec ... oportet impleri.

4 *cum c o n d i c i o n e* (*extrinsecus accidente*): Ter. Ad. 964 obsonare cum fide (*i. rebus non emptis*), scortum adducere *eqs.* Cael. hist. frg. 7 cum iure, sine periculo bellum geri poteratur. Cic. inv. 2, 172 ut cibo utantur non necesse est nisi cum illa exceptione *eqs.* Cluent. 175 posteaquam ad urbem cum febri venerit. de orat. 2, 70 qui ... cum aliqua statuendi potestate audiant. orat. 220 quo de genere cum exemplis ... diximus. fat. 36 utrum eiusmodi quid sit, sine quo effici aliquid non possit, an eiusmodi, cum quo effici aliquid necesse est (*infra*: quod cum accessit). Att. 7, 1, 5 extra urbem esse cum iustissuma causa. [10, 12, 2 non committendum, ut etiam cum pacto (compacto, -pecto *edd.*) prohibiti videamur.] ad Q. fr. 1, 2, 6 te *id* fecisse cum causa. epist. 11, 28, 5 errare cum excusatione. Varro ling. 6, 1 rerum, quae ... dicuntur cum tempore aliquo, ut 'sedetur'. 7, 12 a tuendo et 'templa' et 'tesca' dicta cum discrimine eo quod dixi. 8, 64. 10, 34. Bell. Alex. 64, 2 ne ... minore cum dignitate iter faceret. Ov. met. 13, 755 hunc ego, me Cyclops nulla cum fine petebat. Rvt. Lvp. 2, 4 *al.* Liv. 3, 54, 15 de consulibus creandis cum provocatione. Manil. 1, 22 certa cum (tum *al.*) lege canentem mundus ... circumstrepit. 3, 658. 659. Sen. contr. 1, 2, 21 pudicitiam ex ... infami loco cum miraculo ... emergere. Vell. 2, 46, 3 proficiscentem ... diris cum ominibus. Val. Max. 3, 3 ext. 7 neque *virtus* haustum sui cum aliquo personarum discrimine ... praebet. Cels. 1, 2 p. 14, 34 ascensus ... cum quadam varietate corpus movet. Scrib. Larg. 94 saepius, ⟨s⟩et cum intervallo dare. 99 quibus ... obscurantur oculi cum vertigine. Petron. 53, 9 Trimalchio cum elogio exheredabatur. Plin. nat. 7, 180 nos cum delectu modum servabimus. 29, 63 lethargi tantum medicinae cum argumento adhibent, quoniam. Stat. Theb. 8, 212 Minyas subito cum funere Tiphys destituit. Qvint. inst. 4, 1, 16 quod ... fieri cum modo debet. Tac. ann. 5, 6 quem per dedecora fovere, cum scelere insectantur. Plin. epist. 2, 13, 8 parce et cum delectu *dare*. 3, 8, 2 *causa* acta ... cum magna varietate. Svet. vita Luc. p. 51, 8 ut ... clariore cum crepitu ventris emissi hemistichium ... pronuntiarit. Ivlian. dig. 46, 1, 16, 1 si ... fideiussorem cum adiectione loci accepero. Gaivs inst. 1, 102 cum quibusdam condicionibus permissum est *adoptare*. 2, 25 agere ... cum maiore difficultate. Papin. dig. 35, 2, 15, 4 *quadrantem* ex bonis ... cum effectu percepit. Men. dig. 49, 16, 5 pr. ultro reversus, non cum necessitudine. Ivlian. dig. 9, 4, 39, 2 servum ... defendi cum satisdatione. *nota* 38, 7, 1 haec verba ... *παρατατικῶς* et cum quodam temporis spatio accipiuntur (*sim. alibi*). Tryph. dig. 16, 3, 31 pr. *bonam fidem* utrum aestimamus ad merum ius gentium an vero cum praeceptis civilibus? Pavl. dig. 28, 5, 59, 1 qui frater non est, si fraterna caritate diligitur, recte cum nomine suo sub appellatione fratris heres instituitur. Pavl. dig. 29, 2, 9 cum tutoris auctoritate hereditatem acquirere potest. Gell. 5, 8, 7 'est' ... 'erat' ... plerumque absunt cum elegantia. Tert. anim. 27 p. 346, 2 marcescimus ... cum lucis detrimento. Avson. 138, 2 '*Auxilius*' *grammaticus* nomen ... proprium cum vitio loquitur. Dict. 3, 13 tela iaciunt ... cum effectu. Pelagon. 346 omnia cum aequo modo conteris. Cypr. Gall. gen. 38 coniugibus ... suis positis cum sedibus haerent. exod. 937 celeri cum funere rapti. Cassiod. hist. 7, 32 p. 1093ᵃ muliercula cum paupertate degens. or. frg. p. 480, 4 cum summo nitore comite, quae vos possit ornare. Corp. VIII 9520 cum qua ... fides cum disciplina exacta est. *sic in grammatica*: Varro ling. 5, 21 'tera' ... scripta cum r uno. *ibid.* cum i (is *cod.*) ... dicitur. *sim. saepius.* Pavl. Fest. p. 2 quod nos cum praepositione dicimus 'aspicio', apud veteres sine praepositione 'spicio' dicebatur. Fest. p. 201, 22 *al.* p. 258, 4. Plin. dub. serm. frg. Char. gramm. I 141, 17 nox falx *etc.* ... cum i pronuntianda erunt *genetivo plur.* Qvint. inst. 1, 7, 29 'Subura' cum tribus litteris notatur. Prisc. gramm. II 32, 6 'ne' ... cum apostropho penitus tollitur. *de rebus*: Verg. Aen. 2, 694 stella facem ducens multa cum luce cucurrit. Vitr. 1, 1, 9 uti vox ... aucta cum incremento clarior ... perveniat ad aures (5, 8, 2). Cels. 5, 28, 11 si ... *id* rubet ... cum calore et paulo post ... cum duritia magisque nocenter indurescit. Sen.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Herc. f. 285 scissa cum vasto impetu patuere Tempe. COLVM. 3,6,2 *vitis* si ... cum fructu germinat. 11, 2, 78 hiemat cum frigore et gelicidiis. SCRIB. LARG. 23 cum ... quis ... vexatus fuerit epiphora cum perseverantia tumoris. LVCAN. 1, 642 errat ... nulla cum lege ... mundus. PLIN. nat. 19, 103 *cepas* properare cum praeteriti temporis pensitatione. 26, 150 cicatrices cum elegantia ad colorem reducit ladanum. 37, 131 *asteria lucem inclusam* transfundit cum inclinatione. SIL. 5, 514 torquet Vulcanus anhelos cum fervore globos. CLEM. ad Cor. 65 caeli ... commoventia se cum pace obaudiunt illi (*sim. saepius*). TERT. anim. 20 p. 333, 20 omnia *ex Adam* ... cum tota varietate manasse. LACT. opif. 8, 16 *orbes oculorum* non in totum converti, sed moveri tamen ... cum modo. CLAVD. 22, 436 numeros qui dividit astris ... stabilesque moras quibus omnia vivunt ac pereunt fixis cum legibus. MART. CAP. 2, 135 pectus ... distentum magno cum turgore. GREG. TVR. Mart. 3 praef. p. 632, 20 in ipso luctu dolorem recessisse cum cursu (*i. subito, propere*). *nota iuncturam* cum eo (*cf. p. 1360, 4*): PLAVT. Poen. 536 cum eo cum quiqui, quamquam sumus pauperculi, est domi quod edimus (*cf. Bücheler, Archiv 1 [1884] 279*). CIC. Att. 6, 1, 7 sit sane ..., sed tamen cum eo ..., quod sine peccato meo fiat. LIV. 8, 14, 2 Lanuvinis civitas data ... cum eo, ut ... esset. 8, 14, 8. 30, 10, 20 ex insperato gaudium affulserat cum eo, ut appareret ... fuisse. 36, 5, 3. CELS. 1, 3 p. 19, 18 *id* recte fieri ... credo: cum eo tamen, ne quis ... habeat (2, 17 p. 62, 33 *al.*). 2, 11 p. 56, 11 cum eo ..., ut. 3, 5 p. 84, 26. 3, 22 p. 111 *al.* 7, 27 p. 314, 34 sub quibus perveniri ad sanitatem potest: cum eo tamen, quod non ignoremus, orto cancro saepe affici stomachum. COLVM. 5, 1, 4 obsequar voluntati tuae, cum eo, ne dubites *eqs.* QVINT. inst. 2, 4, 30 supellex *memoriae*, quae ... conteratur: cum eo quidem, quod ... est. 12, 10, 47 (*cf.* 10, 7, 13). POMPON. dig. 28, 5, 69 exheredatio cum eo valet, si quis. AFRIC. dig. 19, 2, 35, 1 cum eo ..., ut (46, 3, 39). *cum malo, incommodo*: *sine epitheto*: NAEV. carm. frg. 39 cum stupro redire. PLAVT. Amph. 175 ferundum hoc onust cum labore. Mil. 748 id ... faciundumst cum malo atque ingratiis. Rud. 780 utrum tu ... cum malo lubentius quiescis an sic sine malo? (923 *opp.* sine lucro). TER. Andr. 131 ad flammam accessit imprudentius satis cum periclo. CIC. Quinct. 49 cuius ... victus vestitusque ... sub praeconem cum dedecore subiectus est. div. in Caec. 60 cum scelere discedere (*opp.* sine vituperatione). fin. 5, 31 ne cum dolore moriantur. Att. 14, 16, 4 ne sero cum damno (quodammodo *cod.*) dependatur (TAC. ann. 12, 45). epist. 7, 23, 3. 10, 26, 1 CAES. Gall. 5, 45, 1 *al.* LIV. 3, 5, 15. VITR. 7 praef. 7 condemnatos ... cum ignominia dimisit (SVET. Iul. 69). CELS. 2, 7 p. 41 si ... id ... cum difficultate redditur. SEN. dial. 1, 2, 2. epist. 113, 32 iustus esse debebis cum infamia. TAC. ann. 12, 67 *al.* CYPR. Demetr. 13 ad confessionem ... cum vi doloris adigendus. SORT. Sangall. 51, 6 accipies pignus, sed non cum invidia. *sim.* TERT. spect. 26 *mulier* theatrum adiit et inde cum daemonio rediit. *cum epitheto*: *nota* PLAVT. Amph. 793 cum cruciatu ... tuo (*i. ita ut cruciatus tibi futurus sit.* 1033 Capt. 681. *cf. sub* cruciatus *p. 1219, 41*). *sim.* Asin. 130 bene merenti mala es ..., at malo cum tuo (412. 896 *al.*). 374 ne hodie malo cum auspicio nomen commutaveris. PLAVT. Asin. 187 perdidici ... damno cum magno meo. Aul. 14 cum labore magno et misere viveret. Cist. 28 vivimus cum invidia summa. Epid. 516 flagitio cum maiore ... reddes *tibias*. Persa 386 quoivismodi hic cum [mala] fama facile nubitur. Rud. 656. ENN. scaen. 102 quantis cum aerumnis illum exanclavi diem. TER. Andr. 881 hanc habere ... cum summo probro. TVRPIL. com. 10 adipisci *aliquid* ... cum magna miseria. SISENNA frg. inc. 1 vitam cum dolore et insigni cruciatu carnificatus amisit. CIC. Quinct. 20 ut quam primum et quam minima cum molestia ... res transigeretur. Q. Rosc. 31 Panurgum ... summo cum labore stomacho miseriaque erudiit. Verr. 2, 118 Romae magna cum infamia pretio accepto edixeras. Att. 1, 18, 8 eo vel cum his molestiis pervenire. epist. 6, 1, 1. 10, 26, 2. 13, 1, 1 cum aliqua animi mei molestia *videre* (*opp.* libenter). CATVLL. 40, 8 *al.* CAES. Gall. 1, 10, 2 *al.* SALL. Catil. 58, 13. 92, 8 NEP. Ham. 1, 5. RVT. LVP. 1, 13 Simonem domo sua ... vi cum summa iniuria esse exturbatum. LIV. 2, 23, 9. 8, 33, 15 qui ... foedissimo cum eventu pugnasset. 9, 19, 14 *al.* 22, 1, 1 cum ingenti periculo moratus ac metu. 31, 7, 3. 42, 55, 2 *al.* SEN. contr. 7, 3, 7 VELL. 1, 7, 4. CVRT. 5, 4, 21 *Alexander* semita ... remota multa cum vexatione processit. COLVM. 6, 9, 2 cum quodam impedimento tractus spiritus. QVINT. decl. 271 p. 113, 14 si ... cum hac me infamia dimittis. GAIVS inst. 2, 25 cum maiore difficultate ... agere. TERT. anim. 2 vera ... aliorsum subornant cum maxima iniuria veritatis. 28 p. 347, 32. SOL. 1, 49 praelatus est ei (*Augusto*) Lepidus tribunus cum quadam auspicantium coeptorum nota. ARNOB. nat. 2, 47 possumus ... nulla cum reprehensione nescire, quis ... dederit. ITIN. [Silv.] 3, 1 montes cum infinito labore ascenduntur. AMM. 14, 1, 9. 31, 5, 17 vicina cum sui exitio ... incursabant. DRAC. Romul. 8, 138 duxerat uxorem pastor cum sorte sinistra. CORP. VI 36467 cum dolore corporis ... vivat. *cum bono, commodo*: *non accedente attributo*: PLAVT. Pseud. 264 potin ut ... huc cum lucro respicias? Stich. 461 cum strena (*i. bono omine*) obscaevavit *mustela murem*. RHET. Her. 4, 22, 31 Alexandri virtutes ... cum laude et gloria vulgatae sunt. CIC. leg. 1, 48 si sine praemio benignus est ..., si cum mercede. 3, 9 domum cum laude redeunto. ac. 2, 131 vacare omni molestia ... cum honestate. epist. 9, 8, 2 vivere ... cum his (*sc. studiis. opp.* his ... detractis). Att. 10, 8, 3 quicum coniuncti ne cum praemio quidem voluimus esse. 10, 8, 5 quod fugeremus etiam cum salute. BELL. Alex. 42, 1 provincia ... retenta non tantum sine ignominia, sed etiam cum laude erat. BELL. Afr. 94, 1 ut cum virtute interfecti esse viderentur. HOR. sat. 2, 3, 25 OV. fast. 1, 721. LIV. 31, 46, 5 Aetoli cum spe magis ... quam cum auxilio dimissi. 44, 13, 12 nec cum gratia ab consule profectum *esse*. VITR. 1, 1, 2 cum auctoritate, quod fuit positum, sunt assecuti. 9 praef. 1 cum revertantur ... cum victoria. SEN. Phaedr. 440 quem fata cogunt, ille cum venia est miser. MELA 3, 65 *mortem* laeti et cum gloria arcessunt. FRONTIN. strat. 2, 9, 9 TAC. hist. 2, 10 *al.* *nota* FRONTO p. 186, 9 N. ut te quoque ... diligant *imperatores*: et cum bonitate eorum certus sum ita fore. DECRET. decur. Tergest. (Corp. V 532) 2, 9 rem p. n. cum fomentis ampliavit. CLEM. ad Cor. 2 ut salvi essetis cum misericordia et cum bona conscientia (σώζεσθαι μετ' ἐλέους κτλ.). CORP. V 8122, 10 *Eusebi* senescas cum dignitate. INSCR. christ. Leblant 72 (*saec. V*) requiescit cum pace. CORP. XIII 2363 hic requiescit ... Vassio cum pace. *talia saepius in inscr. christ.* (*cf. l. 38*). *accedente epitheto*: SISENNA hist. 49 quod ... summa cum claritudine ... confecisset. RHET. Her. 4, 44, 57 cum summa virtute et honore pro patria interire. *ibid. gloria* cum summa laude prodita (*cf.* CARM. epigr. 12, 2 ⟨ameiceis su⟩mma qum laude probatus). CIC. inv. 1, 27 quod *genus orationis* delectationis causa non inutili cum exercitatione dicitur et scribitur. rep. 1, 38 in re p. summa cum gloria ... versatus. fin. 3, 65 in solitudine vitam agere ... cum infinita ... voluptatum abundantia. Att. 2, 21, 6 (*opp.* sine) ad Q. fr. 1, 4, 4 ad Brut. 2, 7, 1 epist. 3, 12, 2. CATVLL. 61, 19 bona cum bona nubet alite virgo. 61, 166 *al.* LVCR. 2, 647 immortali aevo summa cum pace fruatur. 6, 95 CAES. Gall. 5, 44, 13 *al.* SALL. Catil. 59, 6. HOR. sat. 1, 10, 49 haerentem capiti cum multa laude coronam. LIV. 1 pr. 13 cum bonis ... ominibus ... inciperemus. 1, 24, 3 alteri populo cum bona pace imperitaret. 2, 25, 6 *al.* 37, 16, 12 Romani cum haud incruenta victoria ad naves redierunt. SEN. contr. 9, 4, 17 VELL. 2, 106, 3 *al.* COLVM. 2, 2, 13 ut cum aliquo reditu medearis ... vitio. TAC. hist. 2, 100 e complexu Vitellii multo cum honore digressus. CORP. VI 13017 cum qua vixi ... cum magna dulcitudine CARM. epigr. 689, 1 hic Lucianus cum bona pace quiescit.

5 *cum actione, affectu, statu, malo, commodo sim.* aliorum: [*dub.* SISENNA hist. 43 servulum ... magno cum tumultu convenientium (*L. Müller*, conventum *codd.*) ... produxit.] *cum affectu, actione*: RHET. Her. 1, 2, 2 dicere ... cum assensione auditorum. CIC. Q. Rosc. 27 exorditur magna cum expectatione ... exponere. Verr. 1, 2 huic ... causae ... cum summa voluntate et expectatione populi Romani actor accessi. 2, 49 Tenem ... abstulit magno cum gemitu civitatis (ad Q. fr. 2, 7, 3). 5, 74 *Dianae simulacrum* in suis antiquis sedibus summa cum gratulatione civium et laetitia reponitur. dom. 86 mihi sine ullo iudicio populi profecto, cum amplissimis omnium iudiciis restituto. Brut. 242. Att. 2, 21, 3 iactare se ... summo cum amore populi, cunctis faventibus. 5, 11, 5? PLANC. Cic. epist. 10, 23, 5. SALL. Iug. 65, 3 ut contumeliarum ... cum suo (*Marii*) auxilio poenas petat (*Metellus*). NEP. Milt. 7, 4 magna cum offensione civium ... rediret. Att. 7, 2. LIV. 1, 14, 5 cum magna trepidatione agrestium populantur. 3, 56, 9 *al.* 40, 40, 5 id cum maiore vi equorum facietis. SEN. contr. 2, 3, 19 cum scholasticorum summo fragore *dixit.* 10, 1, 13 VELL. 2, 13, 2 VAL. MAX. 1, 7, 4 *al.* QVINT. inst. 5, 14, 3 TAC. hist. 4, 27 APVL. met. 10, 32. SOL. 15, 7 cum summa spectantium horrore. LAMPR. Heliog. 15, 1 cum omnium dolore. IVST. 12, 7, 8 cum stupore regis. 30, 4, 1. 7, 2, 5 moderate et cum amore popularium administrato regno. AMM. 29, 5, 11 *al.* AVG. civ. 19, 5 p. 363 hominem cum sensu atque consensu omnium hominum dicere. CASSIOD. var. 3, 9, 3 *v. p. 1349, 31.* LEX Visig. 9, 2, 3 cum nostra ordinatione partiantur solidi. 9, 2, 4 cum nostra iussione. *cum incommodo*: CIC. inv. 1, 5 rem honestissimam ... violabat stultorum ... temeritas ... summo cum rei p. detrimento. Quinct. 85 omnia iudicia ... cum summa sua invidia maximoque periculo P. Quinctii fieri. Verr. 1, 13 classes ... cum magna ignominia populi R. amissae. 4, 194 pecuniae coactae ... adversus leges ... cum maxima sociorum iniuria. Att. 5, 17, 6 *al.* ad Q. fr. 1, 1, 26 *al.* PLANC. Cic. epist. 10, 24, 6 NEP. Timoth. 4, 1. OV. met. 13, 46 *Philoctetem* expositum Lemnos nostro cum crimine haberet. LAVD. Murdiae (Corp. VI 10230) 9 me fratribus meis quom eorum aliqua contumelia praeferret. LIV. 4, 4, 5 *leges* tulerunt ... pessimo [exemplo] publico cum summa iniuria plebis. 39, 37, 16 *al.* VELL. 2, 82, 2 *al.* VAL. MAX. 1, 7 ext. 4 *al.* MELA 2, 98 *al.* SIL. 5, 336 raptum cum sanguine caesi signiferi ... vexillum. TAC. hist. 2, 64 *al.* VLP. dig. 50, 5, 13, 3 iudicium transferri ... cum captione ... alterutrius. APVL. met. 10, 33 TERT. pudic. 21 p. 269, 31 AMM. 19, 6, 1. 29, 2, 12. *cum commodo*: PLAVT. Rud. 710 iniqua haec patior cum pretio tuo. *cf.* Merc. 811. TER. Ad. 519 quod cum salute eius fiat. CIC. inv. 1, 3 eloquentia videtur ... maximis in rebus cum summis hominum utilitatibus esse versata. Catil. 1, 33 cum summa rei publicae salute cum tua peste ac pernicie cumque eorum exitio, qui ..., proficiscere. rep. 2, 16 quod retinemus ... magna cum salute rei p. 3, 37 de orat. 1, 39 Att. 1, 16, 1. 1, 19, 4. 10, 15, 1 ei ... respondi cumulate, cum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

omni tua gratia. ad Q. fr. 1, 1, 19 epist. 2, 17, 7 *al.* COLVM. 2, 14, 6 licet silicem sine iniuria vicini etiam cum officio decidere. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 1, 23 regnum summa cum rei p. utilitate optinuit. QVINT. inst. 4, 5, 15 *al.* TAC. dial. 30. MARCIAN. dig. 30, 114, 19 cum lucro heredis moritur servus. MIN. FEL. 2, 4 ut ... cum eximia voluptate (*sc. nostra*) molli vestigio cedens harena subsideret.

6 *cum condicione, statu alicuius rei*: CIC. ad Q. fr. 3, 1, 1 in Arpinati summa cum amoenitate fluminis me refeci. LIV. 6, 1, 11 cum exitio urbis foede pugnatum. 21, 22, 8 serpentem mira magnitudine cum ingenti arborum ... strage ferri. 24, 9, 6 Tiberis ... agros inundavit cum magna strage tectorum. SEN. nat. 2, 9, 2 quin sparsio ... cum intentione aquae fiat. CVRT. 10, 1, 12 *beluas* sequi classem cum magno aequoris strepitu. PLIN. nat. 2, 203 *insula* flagrans ... violento cum flatu *venti*. VAL. MAX. 5, 158 *Hercules* convellens veteris cum strage pruinae vincula *Promethei*. MART. CAP. 2, 117 cum sacrae numeris cantilenae haec dicta funduntur.

B *accedit adiectivis*: RHET. Her. 4, 39, 51 rerum consequentium ... perspicuam et dilucidam cum gravitate expositionem. CIC. de orat. 2, 270 genus ... perelegans et cum gravitate salsum. Brut. 145 Scaevola ... ad rem cum summa brevitate mirabiliter aptus. 173 cum aliquo aculeo et maledicto facetus. orat. 20 grandiloqui ... fuerunt cum ampla ... sententiarum gravitate. SEN. dial. 7, 8, 3 virum ... cum comitate magnificum. PLIN. nat. 19, 15 nec ulla sunt cum candore molliora *lina*. 24, 128 cum quadam acrimonia dulcem. 25, 66. 27, 133. STAT. silv. 2, 3, 65 blandus Honos hilarisque tamen cum pondere Virtus. QVINT. inst. 1, 8, 2. 4, 2, 64. 12, 10, 64. PLIN. epist 4, 20, 2 opus ... spatiosum ... et cum magna tua laude diffusum. FRONTO p. 122, 3 N. quom imperio obsequens ... cum obsequio ... prae amore imperiosus. VLP. dig. 1, 16, 9, 2 patientem esse proconsulem oportet, sed cum ingenio. 22, 1, 33 pr. exactorem ... moderatum et cum efficacia benignum. CAPITOL. Pius 13, 2 fuit voce ... sonora cum iocunditate. AVSON. 181, 7 tu gravis et comis cum iustitiaque remissus. AMM. 18, 3, 14 aliis cum exitio sauciis. 15, 8, 16 oculos cum venustate terribiles. PELAGON. 224 *medicamentum* cum modo (*i. modice*) calidum. AVG. civ. 21, 23 p. 529 aut utrumque cum fine diuturnum aut utrumque sine fine perpetuum debet intellegi. PHYSIOGN. 5 rubens vel niger cum rubore. 6. 91.

IV *de instrumento actionis*:

difficile est hanc partem separare ab antecedentibus. ubicumque enim is qui aliqua re instructus vel cum ea iunctus est, cum illa ipsa re agere quid dicitur, praepositioni cum *subest significatio instrumenti: cuius generis exempla supra hic illic invenias (ut sub I A 2 a, c, I B 1 b et p. 1352, 45. 1353, 20. 1355, 61 al.); in hac parte ea tantum collegi, in quibus notio instrumentalis praevalere mihi visa est. cf.* TERT. resurr. 7 p. 36, 18 per quod utaris, cum eo utaris necesse est. PLAVT. Rud. 1363 cistella ... cum crepundiis, quibuscum (*i. per quae?*) hodie filiam inveni meam. frg. Paras. med. 2 cum virgis caseum radi potest. CATO agr. 10, 2? (*v. p. 1356, 9. sim.* CORP. IV 3864 *v. p. 1352, 45*). 77 tracta cum melle oblinito. [PACVV. trag. 354 cepisti me istoc verbo (isto cum herbo *codd.*).] LVCIL. 1241 omnia in ista (*vita*) consumis squilla atque acupensere (accubans aere *codd.*) cum decimano. ACC. trag. 445 cum corona clarum conestat caput. CATVLL. 98, 3 ista cum lingua ... culos ... lingere. CAEL. Cic. epist. 8, 1, 1 ne molestiam tibi cum impensa mea exhibeam. VARRO rust. 1, 55, 1 *olea* melior ... quae digitis nudis ... quam illa quae cum digitabulis *legitur*. VITR. 2, 1, 5 subacta cum paleis terra. 2, 8, 4. PAVL. FEST. p. 93, 1 tibiae ..., cum quibus in funere canitur (PLIN. nat. 7, 204). CELS. 4, 31 p. 158 ut etiam cum acopo ... articuli perfricentur. 6, 18, 10 in aqua desidere ... aut salsa aut cum verbenis ... incocta. LVCAN. 9, 282 magna meritum cum caede parate. PLIN. nat. 11, 70 ventribus bubulis ... cum fimo obrutis (*sc. terra?*). VAL. FL. 6, 532 frontem cum cornibus auxit hispidus (*sc. Panis speciem induens*). SIL. 1, 362 *machina* lateri turris cum turbine fixa. STAT. Theb. 7, 430 Hippomedon magno cum fragmine ripae cunctantem deiecit equum. MART. 9, 90, 16 cum ture meroque ... libetur. QVINT. inst. 11, 3, 121 cum ore concurrente rixari. PS. QVINT. decl. exc. Monac. p. 358, 21 quem cum manu tangeret. APVL. met. 6, 30 *anum* cum suo ... funiculo devinctam dedere praecipitem. flor. 9 p. 29 meum ... dictum ... cum torno et cothurno ⟨ad⟩ verum comparatis. SER. SAMM. 1028 vellera cum vivo suffiri sulphure prodest. ARNOB. nat. 4, 35 Magna sacris compta cum infulis Mater. FIRM. err. 3, 1 p. 7, 27 reginae suae amorem ... cum luctibus annuis consecrarunt. 12, 5 p. 29, 7 *scelus* cum morte domini ... implere. ANON. Vales. 14, 87 cum fuste occiditur. CHIRON 113 lanam sucidam cum aceto ... satiatam. 235 vesicam ... deprimes cum oleo. VEG. mulom. 1, 27, 2 caede caudam cum tabula aliqua ponderosa. 3, 28, 27 *iumentum* cum sagis bene munies. 4, 9, 4 linteolis cum sale oleo acetoque infusis. VVLG. Sirach 7, 33 propurga te cum bracchiis (7, 34 cum paucis). psalm. 15, 11 adimplebis me laetitia cum vultu tuo (*μετά*). THEOD. PRISC. eup. faen. 8 *loca* ante cum aqua calida dulci vaporabis. 45 trociscos ... cum aqua resolves. log. 96 spongiam cum aceto ... infusam. PLIN. VAL. 2, 45 herbam agrimoniam cum fuste roboreo evelles. CASS. FEL. 5 p. 13, 5 alopiciam nitro trito cum panno fricabis. 59 *et saepius* (*cod. p*). AVELL. p. 425, 25 cum sanctis educationibus imbuuntur. DRAC. Romul. 5, 45 iratus victor cum lege minatur. CASSIOD. var. 7, 21 cum eorum (*scriniariorum*) solacio (*i. illorum auxilio*) ... quantitas *exactionis* deferatur. CORIPP. Ioh. 2, 409 scelus hoc cum iusto Marte piabit. ALC. AVIT. carm. 6, 536 pertulit ille (*Ioseph*) ... dominam cum crimine falso confictus voluisse nefas. ANTHIM. 4 *al.* ORIBAS. syn. 2 add. p. 845. GREG. TVR. virt. Mart. 2, 26 adnectens cum corrigia tres tabulas manu ferebat. Franc. 2, 33 p. 96, 3 *al.* (*v. Bonnet p. 603, cf.* Franc. 8, 15 ampullam cum oleo plenam). GREG. M. epist. 5, 43 p. 338, 1. 2 ITIN. Anton. Plac. rec. A *et* B 8 *al.* PASS. Matth. 241, 26. CARM. epigr. 1552 A, 28 *luxuriam* laedunt (*i. lacessunt*) gentes vario certamine rerum, Graecia cum pueris, Hispania Palladis usu *eqs.* *cf.* CORP. V 2790 cum dono v. s. l. m. GREG. TVR. Franc. 1, 8 *Iob* cum ... filiis iocundatus est (*i. novis filiis auctus*).

V *de derectione vel relatione actionis*:

B *de rebus, quae formam -i praebent*: **1** *i. q. acies in -i modum instructa*; phalanx (LIV. 32,17,11 *l. 73*), trigonus (VEG. mil. 1,26); *posterioribus temporibus i. q. caterva, ala, vexillatio, cf. p. 1405,31.* *componuntur* turma, ala, vexillatio (GLOSS. πολεμικὴ τάξις, κέρας τὸ ἐν παρατάξει πολέμου, στρατιωτῶν λόχοι. AVG. ord. 2,18,48 *v. p. 1403,38.* ISID. orig. 9,3,61 -us est collecta in unum militum multitudo . . . quasi couneus, eo quod in unum omnes coguntur). VEG. mil. 3,19 -us dicitur multitudo peditum (STAT. Theb. 10,740. AVSON. 423,2 pedestres. CARM. poet. min. V 81,6,4 inter tela aciesque virum -osque pedestres. *sed* equitum *sim.*: AMM. 16,11,5. 25,6,7. 28,5,6. 31,16,5. CORP. VII 415 Frisiorum [Ephem. epigr. VII 1041 *cf. Seeck, Hermes 11, 1876, 75; Mommsen, Hermes 19, 1884, 231. p. 1405,69 sq.*]) quae iuncta cum acie primo angustior deinde latior procedit et adversariorum ordines rumpit, quia a pluribus in unum locum tela mittuntur. quam rem milites nominant caput porcinum. contra quod ordinatio ponitur, quam forficem vocant. *cf.* LIV. 22,47,8 media . . . aliquantum prominente acie. qui -us ut pulsus aequavit frontem primum, dein cedendo etiam sinum in medio dedit. GELL. 10,9,1 vocabula sunt militaria, quibus instructa certo modo acies appellari solet: frons, subsidia, -us, orbis, globus, forfices, serra, alae, turres. *additur* velut *sim.* LIV. 34,15,2 *hostes* acri impetu velut -o perculerunt. TAC. ann. 14,37 legio . . . velut -o erupit. PANEG. 9,6 acie in -i modum structa. CATO mil. frg. 11 sive forte opus sit -o aut globo aut forcipe aut turribus aut serra, uti adoriare. CAES. Gall. 6,40,2 alii -eo (cum eo *B*) facto ut celeriter perrumpant censent (LIV. 22,50,10. TAC. Germ. 7 non casus nec fortuita conglobatio turmam aut -um facit, sed familiae et propinquitates. CAPITOL. Pert. 11,1 -o facto. VEG. mil. 1,26. 3,17. 18. HIER. epist. 92,3 *inopes et servi.* 125,18. GREG. TVR. Franc. 4,2 *Saxones* fecerunt ex se duos, ut aiunt, -os). HIRT. Gall. 8,14,5 unde . . . tela in hostium -os coici possent. VERG. Aen. 12,269 omnes turbati -i. 12,457 densi -is se quisque coactis (coacti *M. alt. m.*) agglomerant (GLOSS. II 354,20 *ad l.* κούνιον τὸ σύστημα cuneum). 12,575 dant -um. OV. met. 11,514 iamque labant -i. LIV. 2,50,9 rupere -o viam (7,24,7 -is deinde in [*del. Duker*] medium agmen perrumpunt. 25,3,18 summoto locum -o [in summoto locuneo *P*, *corr. Rubens*] irruperunt). 8,10,6 tantaque caede perrupere -os (32,17,11 *cohortes* -um Macedonum — phalangem ipsi vocant — . . . vi perrumperent). 10,29,7 sternitur -us, ita ut magna pars . . . attoniti conciderent (CYPR. GALL. num. 527 hostiles sternunt -os). 22,47,5 Romani . . . impulere hostium -um nimis tenuem eoque parum validum. 22,50,9 -o quidem hoc laxum atque solutum agmen . . . disicias. 25,34,11 -usque is hostium, qui . . . impetum fecerat. 39,31,3 -o pugnare (QVINT. inst. 2,13,4 nunc acie directa, nunc -is, nunc auxiliis, nunc legione pugnabitur). 39,31,6 in -um hostium. 40,40,2 Celtiberi ubi ordinata acie . . . se non esse pares legionibus senserunt, -o impressionem fecerunt *eqs.* 40,40,5 permittite equos in -um hostium, quo nostros urgent. 40,40,8 dissipato -o, in quo omnis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

spes fuerat. MANIL. 1, 728 (*in imag.*) *an* in -os alti cogat fundamina caeli? SEN. contr. 1, 8, 5 obstantes -os gladiis diducere. CVRT. 3, 2, 13 *Macedonum acies* clipeis hastisque immobiles -os *tegit.* 7, 7, 35 *Menedemus* in -os barbarorum effusis habenis evectus. LVCAN. 6, 184 densos inter -os compressus. 7, 497 agmen in densos agitur -os. VAL. FL. 6, 632 ille volat campis immensaque funera miscet per -os (SIL. 15, 668 illum per -os et per densissima campi corpora tot dantem leto. TAC. ann. 16, 5 *milites* per -os stabant). SIL. 5, 387 trepidantes milite maesto invadit -os. 9, 238. 364 dissipat incurrens aciem . . . laxati -i (AMM. 24, 1, 3 laxatis -is iumenta dilatavit et homines). 14, 539. 15, 716 hos impulsu -oque feroci laxat vis subita. STAT. Theb. 7, 728 prohibebat iniquo agmine consertum -i latus. 8, 431 erepto -i ductore Menalca. 8, 673. 9, 123 turma (turba *PM*) subit -umque replent. 9, 677 stat -o defixa acies. 10, 740 *Capaneus agit* cornua nunc equitum, -os nunc ille pedestres. FRONTIN. strat. 2, 3, 20 triplicem aciem -is instruxit. TAC. Germ. 6 acies per -os componitur. hist. 2, 42 comminus eminus, catervis et -is concurrebant. 4, 16. 20 *Batavi* veteres militiae in -os congregantur, densi undique et frontem tergaque ac latus tuti (*cf.* AMM. 31, 9, 3 *Frigeridus* repedando enim congregatosque [*an* congregatusque?] in -os sensim progrediens). 5, 16 Civilis haud porrecto agmine, sed -is astitit. 5, 18 Bructerorum -us transnatavit *Rhenum.* ann. 1, 51 Caesar avidas legiones . . . quattuor in -os dispertit. 16, 27 dispersique per fora ac basilicas -i militares (AMM. 17, 12, 1 Pannonias Moesiarumque alteram -is incursare dispersis). GELL. 3, 7, 8 (*ex Catone*) sed istos . . . milites ad eum locum in hostium -os quisnam erit, qui ducat? 5, 2, 4. APVL. met. 4, 26 *gladiatores* denso conglobatoque -o cubiculum nostrum invadunt protinus. TERT. resurr. 2 p. 27, 27 quo -o occurendum sit a nobis. adv. Val. 3 p. 180, 19 hunc primum -um congressionis armabimus. PANEG. 5, 12 interclusis aliquot peregrinorum militum -is. LACT. inst. 1, 3 quodsi in uno exercitu fuerint . . . quot legiones, quot cohortes, quot -i, quot alae. mort. pers. 40 mediae (*sc. feminae*) inter -os armatorum ad supplicem deductae. FIRM. err. 7, 3 infinitos -os (*sc. armatorum*) respexit venire cum matre *Pluto.* 29, 3. IVST. 24, 8, 9 confertissimi -i . . . dissipati ruebant (PRVD. psych. 670 inter confertos -os Concordia). FAVSTIN. Avell. p. 41, 17 (*in imag.*) Origenistae . . . triplici -o alii adversus sanctum spiritum diversis studiis blasphemantes. AVSON. 423, 2 dispositi in turmas pedites -osque pedestres. AMM. 16, 11, 5 missis -is tribus equitum. 16, 12, 20 densantes semet in -os. 17, 2, 1 Francorum validissimos -os. 17, 12, 9 iunctis densius -is. 18, 8, 9 quidam -orum densitate perterriti. 19, 13, 1 confertique in -os densos. 20, 11, 6. 23, 5, 8 procul militarem -um conspicatus. 24, 5, 5 *dum* tres procursatorum cohortes expeditae cum -o Persico decertarent. 25, 1, 17. 25, 6, 7 equitum -i. 27, 2, 4. 27, 9, 6 unum grassatorum -um . . . adoriri. 28, 5, 6 ni cataphractorum -us . . . subvenisset (AVG. c. Iul. 4, 14, 65 nisi sociarum -us subveniret [*sc. voluptatum, in imag.*]). 29, 6, 16. 31, 11, 4 Gothorum vastatorios -os. 31, 15, 4 conferti in -um desciverunt ad barbaros. 31, 16, 5 Saracenorum -us. VEG. mil. 1, 26 *quadrata acie constituta* in trigonum, quem -um vocant, acies ipsa mutanda est. 3, 17 si -us sit agendus aut forfex, superfluos habere debebis post aciem, de quibus -um vel forficem facias. *ibid.* habere lectissimos, de quibus -um facias. 3, 18 *secundus dux* fortissimos pedites et bene armatos de illis superfluis secum habere debet, ex quibus aut ipse -um faciat et hostium aciem rumpat aut, si adversarii -um fecerint, ipse forficem faciat, ut -o illi possit occurrere. 3, 20. HIER. epist. 118, 2 ut totis adversum te -is dimicetur. VVLG. num. 1, 52 metabuntur autem castra filii Israel unusquisque per turmas et -os atque exercitum suum (Ios. 4, 13 per turmas et -os incedebant). deut. 20, 9 unusquisque suos ad bellandum -os praeparabit. iud. 9, 37 unus -us venit per viam (ἀρχὴ ἑτέρα). 9, 44. I reg. 13, 17 egressi sunt . . . tres -i (ἐξῆλθε . . . τρισὶν ἀρχαῖς). PRVD. ham. 422 postremum -um rex promovet Evaeorum. psych. 197 adversum spectans -um, quem . . . ad bella coegerat. CLAVD. 5, 352. 8, 325 disce, ubi denseri -os . . . aequius. 8, 625 plenae -is immanibus alni (*i. naves*). 28, 253 -i totaeque palam discedere turmae. carm. min. 25, 87 -osque recenset dispositos. CYPR. GALL. iud. 214 Sisareos mandat -os consistere contra. 319 Ios. 29. SVLP. SEV. Mart. 4, 5 hostium -os penetrabo securus. NOT. dign. or. 7, 34 -us equitum secundorum clibanariorum Palmirenorum. *ibid. similia passim.* COD. Theod. 5, 4, 1 (= COD. Iust. 6, 62, 2 [*a. 347*]) universis tam legionibus quam vexillationibus comitatensibus seu -is insinuare. 7, 13, 1 (*a. 353*) de auxiliaribus sane -is minime ducibus licentia concedatur. 7, 13, 17, 3 (*a. 375*) qui in ripa per -os auxiliaque fuerint constituti. OROS. hist. 6, 10, 4. 7, 37, 3. SIDON. epist. 3, 3, 7 -os mactasse turmales. ENNOD. opusc. 1 p. 270, 2 nec illius militis -is tuis fortitudo comparanda est. VEREC. in cant. 9, 3 mitigatis omnibus -is (*Pitra*, cum eis *codd.*) inimici. GREG. TVR. Franc. 4, 48 cum ad eum unus -us nostrum adventaret. 10, 5 irruens . . . cum coneo sociorum. VITA Vedasti 2 cumque ergo utrumque hostium chunei astarent. *nota de avibus:* PLIN. nat. 10, 63 simili anseres quoque et olores ratione commeant . . . Liburnicarum modo rostrato impetu feruntur . . . a tergo sensim dilatante se -o porrigitur agmen. *inde latiore sensu quaevis copia, numerus hominum vel rerum* (GLOSS. densus populus, turba minor, turma (*vel* turba) hominum [vel crypta, cumba], turba minor[is] vel densus populus, multas turbas). DECL. in Catil. 14 greges confluebant perditorum adulescentium, . . . adhibiti sunt et -i barbatorum hominum. SYMM. or. 4, 7 diribitio corrupta clientelarum -is. AMM. 15, 7, 4 contuebatur acribus oculis tumultuantium undique -orum . . . vultus. HIER. adv. Iovin. 2, 8 quasi quidam perturbationum -i ad arcem nostrae mentis intraverint. epist. 125, 18 facto -o circumstrepentium garrulorum procedebat in publicum. VVLG. I reg. 10, 10 ecce -us prophetarum obvius ei (χορὸς προφητῶν. 19, 20 *lictores* cum vidissent -um prophetarum [τὴν ἐκκλησίαν]). 30, 15. II reg. 2, 25 conglobati in unum -um steterunt *filii Beniamin* (καὶ ἐγενήθησαν εἰς συνάντησιν μίαν). AVG. in psalm. 72, 26 -i clientium. gest. Pelag. 66 *quae a* -o perditorum *perpetrata dicuntur* (epist. 139, 2 *episcopus* stipatus -is perditorum). epist. 43, 12 semper -um illum suspectum esse declaraverunt (*praecedit* iudicium). 43, 18 non collegarum discutiendus examine, sed factionis -o . . . trucidandus. CASSIAN. conl. 4, 11, 3 cotidianis adulantium -is appetit constipari *caro* (GLOSS. -is stipatus numerus [numeris *c*] circumdatus. *cf.* AVG. epist. 139, 2 *l. 13.* GREG. M. moral. 4 praef. 3 p. 635^C obsequentium -is constipantur. 4, 57 stipatus -is ad publicum procedit). VICT. VIT. 3, 67 *Africam* dudum tantarum ecclesiarum -is fultam. GREG. M. moral. 4, 59 subiectis populorum -is (VITA Nicet. 9 *dum* populorum [*i. hominum*] -i instanter confluerent). 12, 52 ipsi obsequentium -i perversorum (4 praef. 3 p. 635^C *v. l. 19. cf.* in euang. 40, 4 obsequentibus -is circumfulciri).

2 -us *theatri* (GLOSS. κερκὶς θεάτρου, φυλὴ θεάτρου). CORP. I 572 (*Capuae, a. 71 a. Chr.*) cu⟨ne⟩os duos in teatro faciendos coi⟨raver . . .⟩ (X 854. 855. 856. 857d [*Pompeis*]). VERG. georg. 2, 509 hunc plausus hiantem per -os geminatus enim plebisque patrumque corripuit. Aen. 5, 664 ad tumulum -osque theatri (*i. vallis, quae instar theatri erat*). VITR. 5, 6, 2 -i spectaculorum in theatro ita dividantur uti anguli trigonorum, qui currunt circum curvaturam circinationis, dirigant ascensus scalasque inter -os ad primam praecinctionem, supra autem alternis itineribus superiores -i medii dirigantur. 5, 7, 2 gradationes scalarum inter -os et sedes contra quadratorum angulos, dirigantur ad primam praecinctionem. ACT. Arv. a. 80, 29 -o ⟨duodecimo⟩. 80, 31 cun⟨eo sexto⟩ (*in amphitheatro*). CORP. XII 3318a -us ovalis. STAT. silv. 1, 6, 23 per -os hiems Latinos plebem grandine contudit serena. 3, 3, 143 (*in imag.*) idem in -os populo (populos *M, corr. Burm.*) deduxit equestres mutavitque genus. 5, 2, 162 tu deeris, Crispine, mihi -osque per omnes te meus absentem circumspectabit Achilles. IVV. 6, 61 -is an habent spectacula totis quod securus ames? TAC. ann. 2, 83 equester ordo -um Germanici appellavit, qui iuniorum dicebatur. CORP. II 478. SVET. Aug. 44 *assignavit* praetextatis -um suum, et proximum paedagogis. Dom. 4 quinquagenas tesseras in singulos -os equestris ac senatorii ordinis pronuntiavit. CLAVD. 5, 398 ille pavet strepitus -osque erecta theatri respicit. SIDON. carm. 23, 401 dexter sub -is nimis cucurrit. ENNOD. carm. 1, 9 praef. p. 532, 2 per crepantes ex more vulgi -os vocum plausus expectat. CORP. XIII 128, 12 plaudentis populi gaudia per -os. INSCR. christ. Rossi II p. 46 v. 3 cernebamus amplas -is fluxare catervas. *adde:* SIDON. epist. 2, 9, 4 videre te crederes aut grammaticales pluteos aut Athenaei -os aut armaria extructa bibliopolarum. *nota de -o amphorarum in cella vinaria ad -orum theatralium similitudinem facto, in quem amphorae componebantur:* CATO agr. 113, 2 *amphoras* post quadriennium in -um componito et instipato. MART. 1, 26, 4 aera sed a -is ulteriora petis. *metonymice i. q. spectatores:* PHAEDR. 5, 7, 35 ut vero -is notuit res omnibus. LVCAN. 7, 12 vocibus et plausu -os certare sonantes. STAT. silv. 5, 3, 222 attendunt -i. PAVL. NOL. epist. 13, 16 *beatus qui in* Christi theatro non seditiosis, sed benedicentibus -is deo ipso spectatore laudaris.

3 *alia: de lapidibus cuneatis:* VITR. 1, 5, 5 *arietes* in rotundationibus . . . -os ad centrum adigendo laedere non possunt. 6, 8, 3 levent onus parietum fornicationes -orum divisionibus. STAT. Theb. 10, 878 gressuque manuque molibus obstantes -os tabulataque saevus restruit (destruit *B*). *de agro cuneato:* COLVM. 5, 2, 4 hos igitur in eo -o quadratos pedes esse dicemus. *de ornamentis:* VITR. 7, 4, 4 abaci ex atramento sunt subigendi et poliendi, -is silaceis seu miniaceis interpositis. 7, 5, 1 *antiqui imitati sunt* silaceorum -orum inter se varias distributiones.

deriv.: cuneare, cuneolus. *Schwering.*

cunica, -ae *f.* [*cf. esse cum* cuniculus *putat Hauler, Archiv 1 (1884) 583. Th.*]. *fort. i. q. canalis parvus, stria:* CATO agr. 20 -as (tunicas *vulgo*) solidas latas digitum pollicem facito (*in trapeto*).

cunīcula *v.* cuniculus.

cunīculāris, -e *a* cuniculus. *i. q. ad cuniculum pertinens, nomen herbae:* MARCELL. med. 14, 57 -is herbae aridae . . . cineris semunciam.

cunīculārius, -ī *m. a* cuniculus. *qui cuniculos fodit:* AMM. 24, 4, 22 -orum subito manus emergat. VEG. mil. 2, 11 ut etiam -os haberent, qui ad morem Bessorum ducto sub terris cuniculo murisque intra fundamenta perfossis improvisi emergerent ad urbes hostium capiendas. *v. Puchstein, PW. IV 1757 et* cubicularius.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cuniculātim *v.* canaliculatim.

cunīculātor, -ōris *m. a* cuniculus. *i. q. cunicularius*: SCHOL. Stat. Theb. 2, 419 fossores dicuntur in exercitu -es, qui cuniculos faciunt, per quos ingressi milites murorum fundamenta convellunt.

cunīculōsus, -a, -um *a* cuniculus. *i. q. plenus cuniculorum*: CATVLL. 37, 18 -ae Celtiberiae fili.

cunīculum *v.* cuniculus.

cunīculus, -ī *m.* [*fossa cum potius ab animali quam animal a fossa nomen acceperit, simul cum illo ab Hispanis traductum esse videtur. Th.*]. *de origine*: VARRO rust. 3, 12, 6 -i dicti ab eo quod sub terra -os ipsi facere solent, ubi lateant in agris. PAVL. FEST. p. 50 -um id est foramen sub terra occultum aut ab animali ... appellatur, cui subterfossa terra latere est solitum, aut a cuneorum similitudine, qui omnem materiam intrant findentes. VEG. mil. 4, 24 genus oppugnationum est subterraneum atque secretum, quod -um vocant a leporibus, qui cavernas sub terris fodiunt ibique conduntur. ISID. orig. 12, 1, 24 -i, genus agrestium animalium, dicti quasi caniculi. *formae: genet. plur.* -um: RVFIN. hist. 10, 14 p. 979, 20 (-orum *O*). *nom. sing.* cuniculum: PAVL. FEST. p. 50 CAPER gramm. VII 109, 4 (curriculum *Keil*). CASSIOD. hist. 6, 12 p. 1038^B GREG. TVR. Franc. 8, 33 p. 349, 32 NOT. Tir. 96, 6 GLOSS. *saepius. cf. p. 1408, 69.* cunicula: CAES. AREL. suggest. p. 295. [CAECIL. com. 99 *leg.* tunicula. PLIN. nat. 8, 98. 25, 99 *leg.* cunila.] cuniclus: APIC. 2, 49 cuniclis (*β*, cuniculis *vel sim. rel.*). GLOSS. III 189, 65. *cf.* κούνικλος: POLYB. 12, 3, 9 ATHEN. 9 p. 400^F EROTIAN. 184. conicolorum: GREG. TVR. Franc. 5, 4 (*A*[1], cunicolorum *B*[3. 4. 5]). coniculi: GLOSS. IV 400, 22. *fort. huc pertinet* III 431, 40 conicula λαβίριον (*λεβηρίον Heraeus, λαγίδιον David*). *legitur inde a* CIC. *et* VARRONE. [*1. it* coniglio, *francog. vet.* connil, *hisp.* conejo. *2. bergam.* kanič. *M.-L.*]

1 *animal quoddam lepori simile* (*cf. l. 35*). GLOSS. ἡμίλαγος (*cf. l. 40*) δασύπους (*δασυρτους trad.*). genus quoddam agrestium animalium quod canum indagine excludi (concludi *R*) consuevit speluncis. smygilas (*anglosax.*). CATVLL. 25, 1 Thalle, mollior -i capillo. PLIN. nat. 3, 78 nec -os Ebusus gignit populantes Baliarium messes. 8, 104 a -is suffossum in Hispania oppidum. 8, 217 leporum generis sunt et quos Hispania -os appellat, fecunditatis innumerae famemque Baliarum insulis populatis messibus afferentes. 8, 226. 10, 173. 11, 196. MART. 13, 60 gaudet in effossis habitare -us antris. SOL. 23, 12 *Baleares* usque ad eversionem frugum -is animalibus quondam copiosae. EDICT. imp. Diocl. 4, 33 cunic(ulus) ἡμίλαγος. EVCHER. instr. 2 p. 158, 2 prope magnitudinem mediocrium -orum. POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 12. GREG. TVR. Franc. 5, 4 fetus -orum saepe comedit.

2 *i. q. caverna, foramen* (GLOSS. V 349, 34. 60) GLOSS. ὑπόνομος, διῶρυξ, διορυγή sulcus. V 187, 17 -um transitum occultum.
a *generatim: quaevis via sub terra occulta, sive natura sive arte facta*: CIC. off. 3, 90 si pater fana expilet, -os agat ad aerarium (PHAEDR. 4, 20, 2 *vulpes* agit ... plures altius -os. *cf. infra l. 71. 1408, 44*). ad Q. fr. 3, 1, 3 quatuor ... discipulos Venafri -us oppresserat. VARRO rust. 3, 12, 6 *-os* facere. SEN. nat. 3, 21, 6 aqua per secretos -os reddita tacite suffunditur. CVRT. 8, 2, 21 perpetuus -us iter praebet in campos. MELA 1, 74 *specus* ausos ... quasi -o admittit. PLIN. nat. 2, 193 *pro forma* cavernarum vel -i, per quem meet fragor. 3, 6 *Anas amnis se* -is condens (3, 117. 6, 135 Eulaeus ... -o conditus. 11, 111 conditis ... in -os formicis. SOL. 32, 4 -is caecis absconditur *Nilus*). 5, 55 mergi ... in -os Nilum (6, 128. *cf.* SOL. 2, 25 *Padus* submersus ... -o). 36, 88 perfossis -is. VIR. ill. 68, 4 temptata per -um fuga. AMBR. Abr. 1, 2, 4 tanquam de cavernis quibusdam et -is latibulisque egredi. CASSIOD. hist. 6, 12. 7, 40 p. 1099^B foetorem veluti de quodam -o profundentes. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 269^B -um (σύριγγα) quendam sub obscuro terrae profundo a cella sua duxit. b *speciatim*: *α in re militari i. q. fossa occulta* (*cf.* VEG. mil. 4, 24), *quae agitur urbis expugnandae causa*: CIC. Caecin. 88 *Gallos non* in -um, qua aggressi erant, sed in Capitolium restitui. Phil. 3, 20 per Gallorum -um ascendit (LIV. 10, 10, 3 exploratores per -um missi. VELL. 2, 27, 4 per -os, qui miro opere fabricati in diversas agrorum partes ferebant, ... erumpere. AMM. 25, 8, 18 evasisse. VEG. mil. 4, 24 egrediuntur. PAVL. MED. bened. 2, 3 per -os fundamenta destruere. GREG. TVR. Franc. 7, 34 discedentes). CAES. Gall. 3, 21, 3 -is ad aggerem vineasque actis (HIRT. Gall. 8, 41, 4 -os tectos ... agunt. LIV. 4, 22, 4 agere in arcem -um. 5, 19, 10. 23, 18, 8. 38, 7, 6 -um occultum ... agere. CVRT. 4, 6, 8 QVINT. decl. 271 p. 113, 20 FRONTIN. strat. 3, 8, 1 PANEG. 9, 5). Gall. 7, 22, 2 aggerem -is subtrahebant. 7, 22, 5 apertos (repertos *Paul*) -os ... morabantur moenibusque appropinquare prohibebant. 7, 24, 2 *aggerem* -o hostes succenderant. HIRT. Gall. 8, 43, 4 -is venae fontis intercisae sunt atque aversae. BELL. Hisp. 16, 4 Iunium, qui in -o fuisset (20, 3 servus est prensus in -o. LIV. 5, 21, 8. 38, 7, 11). LIV. 5, 21, 4 quo minor ab -o ingruentis periculi sensus esset. 5, 21, 6 subrutis -o moenibus (CVRT. 4, 6, 21 pluribus ... -is muros subrui. 4, 6, 23). 5, 21, 8 adaperto -o. 5, 21, 10 -us delectis militibus ... plenus. 23, 18, 9 transversis -is hostium -os excipere. 28, 6, 2 -o inde via ad mare ducit. 31, 17, 2 *cum ad murum* -is iam perventum esset. 31, 46, 10 faciebant ... -os. 36, 25, 4 subter Macedones -is oppugnabant. 38, 7, 8 solum infimum -i. 38, 7, 9 aperiunt rectam in -um viam (38, 7, 10 cum e fossa in -um pateret iter. 38, 7, 11). 38, 7, 10 intersaepientibus -um. 38, 7, 13 cum totum -um complesset. VAL. MAX. 6, 8, 1 -i latebris ... evadere. SEN. dial. 2, 6, 4 turrium altitudinem -is ac latentibus fossis ... desidere. epist. 49, 8 solum suffossionibus et -is tremeret. CVRT. 7, 6, 23 -o ... suffossa moenia. 9, 8, 13 urbem -o cepit (OROS. hist. 2, 19, 2 urbem ... -is et clandestina obreptione ceperunt). MART. 13, 60, 2 monstravit tacitas hostibus *-us* vias. QVINT. decl. 255 p. 46, 23 -os fodere (VEG. mil. 4, 20 sub fundamenta muri -um fodit. *cf.* OROS. hist. 6, 11, 28 -os perfodiebant). FLOR. epit. 1, 12, 9 -o et subterraneis dolis peractum urbis excidium. ITIN. Alex. 19 -is insertis. AMM. 14, 2, 13 cum ... nec -is quicquam geri posset. 21, 12, 8 ut possint forari -i. 24, 4, 13 -os ... cum vineis ... curabant. 24, 4, 21 quibus -orum erant fodinae mandatae. VEG. mil. 2, 11 ducto sub terris -o. 4, 5 ab adversario -um continuari. *fortasse huc pertinet*: PAPYR. Genav. 1 V 3, 3 ad cunic⟨ulos?⟩ (*lectio dubia*). *in imagine vel translate i. q. insidiae, dolus*: CIC. leg. agr. 1, 1 quae res aperte petebatur, ea nunc occulte -is oppugnatur. QVINT. inst. 12, 9, 3 *orator* operibus et -is et insidiis et occultis artibus rem geret. FRONTO p. 53, 10 N. *Socrates* non vineis neque arietibus errores adulescentium expugnabat, sed -is subruebat. FIRM. math. 1, 1, 2 per -um quendam ad labefactandam hanc totam scientiam conantur irrepere (HIL. syn. 39 multis et occultis -is in catholicam domum ... irrepere. 78). HIL. trin. 8, 2 sermo noster ... ex deviis atque erraticis -is emergens. SYMM. epist. 2, 12, 2 nihil in conscientia latet, quod scriptorum -is occulatur. AMBR. Abr. 2, 2, 7 *Abraham* in his -is positus ita evasit, ut sumeret uxorem suam et nepotem. HIER. epist. 130, 16 p. 993 omnes fraudulentias eorum et -os, quibus nituntur subvertere veritatem ... subvertimus (c. Ioh. 3 -os quibus veritas subvertitur. VVLG. Esth. 16, 5 ut eos ... mendaciorum -is conentur subvertere). adv. Rufin. 3, 19 novi -os tuos (*proverbialiter cf. Otto, Sprichw. p. 102*). MACR. somn. 1, 2, 18 ipsa mysteria figurarum -is operiuntur. MART. CAP. 5, 470 per quosdam fandi -os. COD. Theod. 3, 1, 2, 2 (*a. 337*) nec ... sollemnia in exquisitis -is (*interpr.* secreta transactione) celebrentur. 11, 23, 3 (*a. 396*) quae quibusdam -is et surreptionibus impetrata noscuntur. LEO M. epist. 7, 1 *ne morbus* suarum furtim -os inveniat latebrarum. SIDON. epist. 3, 13, 10 -is clandestinae proditionis impugnat. *β in metallis (vel lapicidinis) i. q. fodina vel specus* (*cf. Blümner, Technol. IV 105*) GLOSS. IV 400, 22 vena oculi (*i.* occulti?) -i (V 488, 51): CAES. Gall. 7, 22, 2 apud *Gallos* magnae sunt ferrariae atque omne genus -orum notum atque usitatum. SEN. nat. 5, 15, 4 propter *aurum* -os egit (PLIN. nat. 36, 121 -is per montem actis. *cf. p. 1407, 48*). epist. 94, 58 *aurum et argentum* per longissimorum -orum tenebras extrahuntur. PLIN. nat. 2, 158 si ulli essent inferi, iam profecto illos avaritiae et luxuriae -i refodissent. 7, 10 ferarum volucri genere (*sc. grypis*) ... eruente ex -is aurum. 31, 79 -orum spiritu. 33, 70 -is per magna spatia actis cavantur montes. 33, 71 in -is vapor et fumus strangulant. 35, 174 *sulpur* e -is effossum. 36, 14 ad lucernas in -is caederetur *marmor*. COD. Iust. 11, 7, 6 (*a. 393*) defossis in altum -is. CASSIOD. var. 3, 25, 2 (*in imag.*) ferrarias ... Dalmatiae -o te veritatis iubemus inquirere. *γ i. q. aquaeductus, canalis* (GLOSS.) *tam opertus quam apertus* (GLOSS. degestio aquarum): CIC. Scaur. 27 de Velini fluminibus et -is. SEN. dial. 5, 21, 3 *tot* -is divisum alveum *fluminis*. COLVM. 8, 17, 4 -is rivi perducantur. PLIN. nat. 2, 197 *oppida* crebris ad eluviem -is cavata. 31, 57 si -o veniet *aqua*. LEX met. Vipasc. (Bruns font.[7] p. 295, 43) a -o, qui aquam metallis subducet. FRONTIN. strat. 3, 7, 2 cum fontes -is avertisset. PAVL. dig. 39, 3, 11 pr. si specus, non -um, sub rivo aget. VLP. dig. 39, 2, 26 si ... -o vel fossa aquam meam avoces. VEG. mulom. 1, 56, 3 fossa ... deductorium debet habere -um. RVFIN. Orig. in num. 14, 2 p. 679^C -os purgant. hist. 10, 14 p. 979 *Arrii* viscera in secessus -um defluxere. CASSIOD. hist. 7, 16 p. 1082^B *aquam* -orum egestionibus tradiderunt. var. 2, 39, 9 sive in -is sive in thermis fuerit aliquid reparandum. 8, 30, 2 antiquos -os *cloacarum* sive subterraneos sive qui iunguntur marginibus platearum diligenter emendent. GREG. TVR. Franc. 8, 33 cum -um pontis emundaretur. EPIST. procur. de aq. Sald. (Corp. VIII 2728) 17 -um dubii operis flebant (*i. scaturriebant*), quasi relinquendus habebatur. 21 perforatio operis -i longior erat effect(a). 43 pars, qua -us aquam recipit. *i. q. tubus, fistula*: PLIN. nat. 9, 133 *purpuras* torreri ... longinquae fornacis -o. VLP. dig. 8, 5, 8, 7 cum Quinctilla -um pergentem ... instruxisset. 43, 21, 6 *in balneariis* de -o restituendo, per quem vapor trahitur. PALLAD. 1, 20 subiectis hinc inde -is pavimenta suspendat. *δ de corporis foramine*: AMBR. Noe 8, 24 ut ductus quosdam atque exitus -orum nostrorum a tergo averteret (GLOSS. -um dicitur flux⟨us?⟩ ventris). *cf.* SALV. gub. 3, 37 per oculos quasi per naturales -os introire. *adde*: CHIRON 17 *fistula* locum ⟨cuniculi⟩ instar habet. *de re v. Daremberg-Saglio II 1589 sqq.; Puchstein, PW. IV 1757 sq.*

syn.: ad 2: canalis, caverna (PLIN. nat. 2, 193), foramen, latens fossa (SEN. dial. 2, 6, 4), latibulum (AMBR. Abr. 1, 2, 4), specus (*at opponitur* PAVL. dig. 39, 3, 11 pr.), suffossio (SEN. epist. 49, 8).
transl.: occultae artes (QVINT. inst. 12, 9, 3), fraudulentia (HIER.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epist. 130, 16), insidiae (QVINT. inst. 12, 9, 3), surreptio (COD. Theod. 11, 23, 3).

deriv.: cunicularis, cunicularius, cuniculatim, cuniculator, cuniculatus, cuniculosus. *Hoppe.*

cunīla, -ae *f.* [*κονίλη. Th.*]. -ī- *non* PLAVT. Trin. 935 (*sic G. Herm. Ritschl*), *nam ibi* atque *monosyll.* *formae*: cunela: COLVM. *saepius* (*aliis locis traditur* cunila). ARNOB. nat. 4, 10 (*trad.* culenae, 7, 16 *trad.* colinam) CHIRON 637 NOT. Tir. 104, 38. cuneala: SERV. auct. georg. 4, 31. cunula: DIOSC. 3, 27 W. 3, 37 W. GLOSS. cunilium: GLOSS. conila: PS. APVL. herb. 122 GLOSS. DIOSC. 3, 28 (conile). 53. conela: GLOSS. conula: GLOSS. colena: ISID. orig. 17, 9, 76 origanum quod latine colena (*al.* colina, colora, colerina) interpretatur, propter quod infusum coloret vinum. DIOSC. 3, 30 GLOSS. (*cf. l. 8. 19 et* cetene *vol. III p. 965, 15*). *praeterea* collenuo, colona, conitiae, cunitiae GLOSS. (*v. s. v.* origanum).

nomen herbae: GLOSS. *θύμβρα, θύμβρον, ὀρίγανον.* ipsa satureia. *θύμβρος εἶδος βοτάνης. σισύμβριον εἶδος λαχάνου.* origanum decreticum. originis (*l.* origanum) vel alarais (anagallis?). scapria id est colona quae in lignis putridis invenitur. colena: leuco(-u-)apes. PLAVT. Trin. 935 non illa *Arabia est in Ponto*, ubi tus gignitur, sed ubi apsinthium fit atque -a gallinacea (*infra l. 49*). COLVM. 9, 5, 6 quin etiam -ae et thymi frutices *sunt remedio languentibus apibus.* 9, 14, 10 irroratis floribus thymi et -ae thymbraeque apes mella conficiunt. 11, 3, 41. 12, 7, 5. 12, 8, 2. 12, 10, 2 fasciculum -ae. 12, 48, 1. 2. PLIN. nat. 10, 195 *polypus* -a admota ab odore protinus resilit. 14, 105 fit vinum e . . . -a. 19, 117 -a quidem et origanum post XXX diem erumpunt. 19, 118. 165 *Crateuas appellat* thymbram, quae sit -a (SERV. auct. georg. 4, 31 thymbre est quam -am vocamus). 19, 177 ferro quoque non expedire tangi . . . -am. 19, 181. 184 *sqq.* 21, 70. ARNOB. nat. 4, 10 cur enim deus praesit melli uni tantummodo, non praesit . . . -ae. MARCELL. med. 30, 11 -a, quam Graeci onitim vocant. *cf.* PS. APVL. herb. 122 origanum a Graecis Heracleoticon, onitis, asclepion panaces -a appellatur. DIOSC. 3, 28 origanum Heracleoticum aut c[r]onilen dicunt. 3, 30 origano agreste . . . collena (*κονίλην* 3, 29 W.) vocant (*cf.* ISID. orig. 17, 9, 76 origanum, quod latine colena interpretatur, propter quod infusum coloret vinum). 3, 53 dicunt multi panace origana agreste esse aut con⟨i⟩lin. DIOSC. 3, 27 W. *ὀρίγανος Ἡρακλεωτική, οἱ δὲ κονίλην καλοῦσιν, Ῥωμαῖοι κούνουλαμ.* *in usu medicorum*: COLVM. 6, 8, 2 -a defricare fauces. PLIN. nat. 19, 182 peculiaris medicina raphano, betae, rutae -ae in salsis aquis, quae et alioqui plurimum suavitati et fertilitati conferunt. 28, 187 semine -ae. 32, 130. *genera*: arida: COLVM. 12, 8, 2 SCRIB. LARG. 124 MARCELL. med. 22, 42. bubula: COLVM. 6, 13, 1. 6, 30, 8. 7, 5, 18 PLIN. nat. 1, 20, 61. 8, 98 -ae quam bubulam vocant. 19, 165 Crateuas apud Graecos -am bubulam eo nomine (*panace*) appellat. 20, 168. 169. 25, 99. 26, 42. 148. 27, 41 ARNOB. nat. 7, 16. CHIRON 637 -am bubulum (*sic trad.*). VEG. mulom. 4, 11, 2 PS. ANTON. MVSA epist. ad Maec. 6. capitata: PLIN. nat. 32, 126. gallinacea: PLAVT. Trin. 935 PLIN. nat. 1, 20, 52. 20, 170 est alia -a, gallinacea appellata nostris, Graecis origanum Heracleoticum. Gallica: PS. APVL. herb. 122 Latini -am Gallicam et origanum nominant. *cf.* GLOSS. III 557, 45 origano canula galica (621, 66 calica). mascula: *v. infra l. 62.* mollis: PLIN. nat. 1, 20, 64. 20, 172. montana: PLIN. nat. 1, 20, 65. nostras: COLVM. 9, 4, 2 nostratis -ae, quam satureiam rustici vocant. 9, 4, 6. rustica: DIOSC. 3, 37 W. *θύμβρα, Ῥωμαῖοι . . . κούνουλα (N, κάπρα C) ῥούστικα.* sativa: PLIN. nat. 1, 20, 52. 20, 169. 173. transmarina: COLVM. 11, 3, 39. viridis: COLVM. 12, 7, 5 MARCELL. med. 9, 74.

cunīlāgo, -inis *f.* [*a* cunila. *Th.*]. *nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 20, 63 *medicinae ex* -e. 19, 165 Crateuas apud Graecos cunilam bubulam eo nomine (*panace*) appellat, ceteri fere conyzam, id est -em. 20, 171 tertium genus *cunilae* quae a Graecis mascula, a nostris -o vocatur *eqs.* 21, 53 quod -em *vocat Hyginus*, conyza. 28, 151.

cunīlium *v.* cunila.

cunio, -īre [*orig. inc., cf. esse videtur* c. ancunulentae. *sunt qui a* cunae *ductum esse putent, alii cum Festo conferunt* inquinare. *v. etiam quae s. v.* caenum *dicta sunt. Th.*]. PAVL. FEST. p. 50 -ire est stercus facere, unde et inquinare (= GLOSS. V 495, 67) *cf.* culine. [*foroiul.* scunî *'pedere'. M.-L.*]

cunnilingus, -ī *m. a* cunnus *et* lingere. PRIAP. 78, 2 amicae -e vicinae. CORP. IV 5365 cunnilin⟨g . . .⟩. *cf.* 139. 4509. MART. 4, 43, 11 non dixi, Coracine, te cinaedum: . . . dixi te, Coracine, -um. 7, 95, 14. 12, 59, 10. 12, 85, 3. *de forma* cunnilinguis *in lemmatibus* MART. *obvia v. Landgraf, Archiv 12 (1902) 456.* cunnulingus: CORP. IV 1331 (*cf.* add.) Martialis cunuligus. 1383 optime cunulinge. 4304 -e. 4995 Sulemnis cunu linge (*nisi est imperativus, ut* CORP. X 8069, 4 *in tessera Pompeiana* cunu linge). 5263 Lenas -us. *forma graecissans* IV 4699 cunnuliggeter.

cunnio, -ōnis *m. a* cunnus. CORP. IX 6089, 2 (*in tessera Pentimae rep.*) -o. *cf.* IV 5091 cunniun⟨. . .⟩.

cunnus, -ī *m.* [*orig. inc. aliquam sonorum similitudinem habent gr.* *κύσθος, κυσός, ind.* khudáti *'pene percutit'; v. Johansson, Indogerm. Forsch. II 19; Luft, Zs. f. vgl. Sprachforsch. 36, 146. Th.*]. *scribitur* cunus: CORP. IV 1261. 3902. 4264. 5070 TAB. devot. Audollent 135 B 6 (*Nomenti*). *cf. p. 1409, 76.* connus *traditur*: CATVLL. 97, 8 *cod. Oxon.* (cōmis) ANTH. 302, 12. *cf.* CIC. epist. 9, 22, 3. SORAN. p. 9, 4 *sinus muliebris* quem vulgo -um appellant. GLOSS. *κύσθος. κυσός. cf.* II 193, 8 super -um *ἐφήβιον ἐπικυστίς.* *vox obscaena* (*cf.* CIC. orat. 154 epist. 9, 22, 3) *legitur inde a* CATVLLO. *i. q. membrum muliebre, metonymice de ipsa muliere*: HOR. sat. 1, 2, 36 mirator -i Cupiennius albi (*de matronis alba veste indutis interpretantur* PORPH. *et* SCHOL. *ad l., de cunno depilato Engelbrecht, Wien. Stud. 28 [1906] 138*). 1, 2, 70 numquid ego a te magno prognatum deposco consule -um velatumque stola (*i. matronam nobilem*), mea cum conferbuit ira? 1, 3, 107 nam fuit ante Helenam -us taeterrima belli causa. PRIAP. 22, 2. 29, 5 cum -o mihi mentula est vocanda. 39, 8 si qua est non fatui puella -i. 46, 10. 68, 9 mihi Taenario placuisset Troia -o (*i. Helenae*). 68, 28. CARM. epigr. 230 (*Pompeis*) futuitur -us ⟨pil⟩osus multo melius ⟨qu⟩am glaber. CORP. IV 549ᵃ (*lectio parum certa*). 763 -um linges (1255. 1425. 1578. 2081. 2257. 2400. 3925. 3999. 4264. 5178. 5193. 5267 MART. 1, 77, 6. 2, 84, 3. 7, 67, 17. 9, 92, 11. 11, 47, 8. *cf.* cunnilingus). 3932 -e superbe va(le). MART. 1, 90, 7. 2, 34, 3 praestatur cano tanta indulgentia -o (9, 37, 7 te nulla movet cani reverentia -i). 3, 72, 6. 3, 74, 6. 3, 81, 4. 3, 87, 2. 3, 93, 13 cum . . . senemque Cynicum vincat osseus -us. 3, 93, 27. 6, 45, 1. 7, 18, 6 *sqq.* 7, 35, 8. 10, 90, 1 quid vellis vetulum, Ligia, -um? 10, 90, 7. 11, 43, 12. 11, 46, 5 quid miseros frustra -os culosque lacessis. 11, 61, 9. 11, 78, 10. TAB. devot. Audollent 135 B 6 (*Nomenti*) cunu(m). CARM. epigr. 1810, 2 (*Romae*) -o non dico curiose. CORP. X 4483 (*Capuae*) -u(m) tibi fricabo. CLAVD. carm. min. 44, 8 -um lambere. *bestiarum*: CATVLL. 97, 8 meientis mulae -us. ANTH. 148, 7 -umque (turdumque *trad.*) caballae atterit assiduo pene fututor hebes. *nota de opere pistorio in formam -i facto*: MART. 9, 2, 3 illa siligineis pinguescit adultera -is. [*it.* conno, *francog.* con, *hisp.* coño. *M.-L.*]

deriv.: cunnio. *comp.*: cunnilingus.

cunque *v.* quomque. **cuntellum** *v.* cultellus.

cuntus *v.* cunctus.

cūnulae, -ārum *f. a* cunae *deminutive.* PRVD. cath. 7, 164 fletu madescunt parvulorum -ae. 11, 98. [*it.* culla. *M.-L.*]

cunus *v.* cunnus. **1. cūpa** *v.* copa.

2. cūpa, -ae *f.* [*a gr.* *κώπη* *tractum. Th.*]. *pars trapeti*: CATO agr. 12 in torcularium quae opus sunt . . . -as minusculas X. 20, 2. 21, 1 *sqq.* 22, 3 -am ornatam ~~HS~~ LXXII *emptam.* capp. 24 -am quo modo aedifices.

deriv.: 1. cupula.

3. cūpa, -ae *f.* [*cf. c. gr.* *κύπη· τρώγλη, κύπαι· εἶδός τι νεώς* (*Hesych.*), *κύπελλον, anglosax.* hȳf *'alveus apium', ind.* kūpaḥ *'puteus'; v. Curtius, Grundzüge d. griech. Etymol.⁵ 159. Th.*]. ISID. orig. 20, 6, 7 cupos et -as a capiendo, id est accipiendo aquas vel vinum, vocatas volunt (= GLOSS. V 566, 29). GLOSS. V 584, 1 copa vas vinarium, quod vulgo per u et per duo pp proferunt cuppam, sed melius per o et per unum p dicunt copam, copon siquidem Graeci dicunt profundum, a quo copam dicimus. vas vero balnearium non copa per o, sed -a per u, eo quod nos intra se capiat. *videtur igitur secerni* copa, cuppa *i. q. poculum [it.* coppa, *francog.* coupe, *hisp.* copa. *M.-L.] et* cupa *i. q. dolium ligneum [francog.* cuve, *hisp.* cuba. *M.-L.]; in latinitate non legitur nisi* cup(p)a *i. q. dolium.* cuppa *traditur* DIG. (*cod. F*) AVG. in psalm. 37, 13 *al.* GLOSS. cuppus *v. p. 1411, 6.* copa *v. l. 47.* *graece*: *κοῦπα v. p. 1411, 11.* *κοῦφα*: PAPYR. Wessely, Wien. Stud. 24, 135. GLOSS. -a seu vagna *βοῦττις μεγάλη, ἥν τινες γαυλὸν καλοῦσιν. βοῦττις* graece, latine -a. cupe vagina. bydin (*anglosax.*). *κυψέλη.*

a *proprie vas grande, dolium, ligneum*: VARRO Men. 116 -as vinarias sirpare noli (*cf.* SCAEV. dig. 32, 93, 4 vasa vinaria id est -ae et dolia, quae in cella defixa sunt. VLP. dig. 33, 6, 3, 1 PALLAD. 1, 18, 2). Men. 484 e -is acris aceti (*de philosophia Carneadis*). frg. Non. p. 544 antiquissimi in conviviis utres vini primo, postea tinas ponebant — id est oris longi ⟨vasa⟩ cum operculo — aut -as, tertio amphoras. CIC. Pis. 67 panis et vinum a propola atque de -a. CAES. civ. 2, 11, 2 -as taeda ac pice refertas incendunt easque de muro in musculum devolvunt *eqs.* (*cf.* HIRT. Gall. 8, 42, 1 oppidani -as sebo, pice, scandulis complent; eas ardentes . . . provolvunt. OROS. hist. 6, 11, 26 GREG. TVR. Franc. 7, 37). LVCAN. 4, 420 ratem vacuae sustentant undique -ae *eqs.* (*utebantur etiam ad pontem faciendum*: CAPITOL. Maximin. 22, 4 VEG. mil. 3, 7). PETRON. 60 circulus ingens, de -a videlicet grandi excussus (LEX Visig. 8, 3, 8 circulos ad -as . . . asportare *de silva*). PLIN. nat. 16, 42 materies *abietis* . . . ad fissiles scandulas -asque et pauca alia secamenta. 23, 63. FRONTIN. strat. 3, 14, 3 salem . . . -is conditum. CORP. V 985 ⟨praedi⟩a urbana et rus⟨tica cum vini c⟩upis LX. ALF. dig. 19, 2, 31 pr. in alia -a *inclusum triticum.* PAVL. sent. 3, 6, 37 conservandorum fructuum causa comparata instrumento cedunt, velut dolia, -ae *eqs.* (*cf.* VLP. dig. 33, 7, 8, 1. 33, 7, 12, 1). VLP. dig. 7, 1, 15, 6 *defossa* in seriis et in -is et in cadis et amphoris. CORP. VI 1785. III 3294 (= 10275). VOPISC. Aurelian. 48, 2 facta est ratio dogae, -arum, navium et operum. ARNOB. nat. 2, 23 vannus, dolium, -a. PALLAD. 1, 6, 2 doliorum -arumque factores. AVG. quaest. hept. 2, 109 ligna *in cellis vinariis*,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quae -as ferunt. 4, 82. conf. 9, 8, 18 de -a vinum depromere. serm. 11, 3 in psalm. 53, 8. 62, 10. c. Faust. 20, 13 p. 552, 25 in uva enim agnoscunt deum suum, in -a nolunt. PS. THEOD. add. p. 324, 25 -a de hedera. VAL. CEM. hom. 19, 4 -as figuli rimas aperire. ALC. AVIT. epist. 74 p. 91, 14 ENNOD. carm. 2, 147, 1. PAPYR. Marini 8 II 9 (*a. 564*) cuppo uno, runcilione uno, orcas olearias duas. NOT. Tir. 96, 22 -a. *de vino cupis condito*: AVG. in psalm. 37, 13 -a acuit. 129, 8 non acescerent -ae. 136, 5.

b *de sepulcro*: CORP. VI 12202 in hac -a mater et filius positi sunt. 14017. 16837. 25144 -am (a)edificavit. INSCR. graec. Rom. Cagnat I 330 κοῦπαν. II 6178. VIII 12593. 21886. 22699. *cf. Kübler, Archiv 8 (1893) 188.*

deriv.: cuparius, cupella, 2. cupula. *compos. graec.*: κουφοκεραμουργός, καινοκοῦφα.

cupadiolum *v.* copadium. **cupar** *v.* compar.

cuparissus *v.* cupressus.

cūpārius, -ī *m. a* 3. cupa. *is qui cupas facit*: CORP. X 7040 (*Cataniae*) -o. XII 2669 (*Albae Helvorum*) -ari Vocronnesses. XIII 3700 (*Treveris*) -us et saccarius. [*de* IV 99 chypari, *quod interpretabantur etiam* cupari, *v.* IV add. p. 460; *est* C(h)ypare *nom. mul.*]

cupedium *etc. v.* cupp-.

cūpella, -ae *f.* [*a* 3. cupa, 2. cupula *deminutive. Th.*]. *i. q. parva cupa*: GLOSS. βουττίον. PALLAD. 3, 25, 12 in -is vel in vasculis fictilibus. AMBR. Tob. 14, 50 ut absentiati -am sibi gratis deferat. APIC. 1, 2. GREG. TVR. Franc. 8, 33 -a olei. Iul. 36. VEN. FORT. vita Pat. 5, 17 potum . . . per -as dispositum. MART. BRAC. corr. 11 si per tutelam -ae (cupelli, capelli *pars codd.*) subducantur. NOT. Tir. 96, 24. *cf.* GLOSS. III 197, 69 cupellu⟨m⟩ βοῦττις. II 119, 16 cupillum γενστρίδιον. [*neap.* cupiella, *francog. sept.* cuvelle. *M.-L.*]

cūpellulus bula (?) GLOSS. **cūpellum** *v. l. 28.*

cupencus, -ī *m.* SERV. Aen. 12, 538 sane sciendum -um Sabinorum lingua sacerdotem vocari, (auct.) ut apud Romanos flaminem et pontificem, sacerdotem. sunt autem -i Herculis sacerdotes. *cf. nom. propr.* *L.*

cupiarius *v.* copiarius.

cupīdicēnus, -ī *m. a* cupidus *et* cena. *i. cenarum cupidus, parasitus*: GLOSS. III 336, 3 τρεχέδειπνος (cop-). II 119, 19 cupidicinus.

cupīdinārius *v.* cuppedinarius.

cupīdineus, -a, -um *a* cupido. *i. q. ad cupidinem spectans*: PRVD. psych. 61 thalamum . . . -o madefactum sanguine. ENNOD. opusc. 6, 7 p. 404, 13 dira -i detester mella veneni. *praeterea v. nom. propr.*

***cupiditās,** -ātis *f. a* cupidus. *genet. plur. pro* -um -ium: CIC. Sest. 138 LIV. 34, 4, 12 SEN. dial. 9, 12, 1. 10, 19, 2 epist. 5, 7. [55, 5 *LV.*] 117, 25 TAC. QVINT. decl. 260 p. 66, 10 AVG. conf. 10, 37, 60 (-um *vulgo*). *prima syllaba producta?*: LAEV. carm. frg. 22 (cuppiditatis *L. Müller*). copiditatis: CONC. Arvern. a. 535 p. 67, 20. *definitiones*: CIC. inv. 1, 32 genus est omnium . . . libidinum -s (1, 42 genus est, quod partes aliquas amplectitur, ut -s). 1, 36 affectio est animi aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio, ut laetitia, -s *eqs.* (AMBR. virginit. 15, 95 sunt . . . quattuor affectiones: ira, -s, voluptas, timor. *cf.* QVINT. inst. 5, 10, 34 pessimi affectus, in quibus sunt ira, odium, invidia, -s *eqs.*). APVL. Plat. 1, 18 *appetitus partem animae* -em possumus nuncupare (MACR. somn. 1, 6, 42 tertia *pars animae est* -s, quae ἐπιθυμητικόν nuncupatur). FAV. EVL. p. 8, 9 quattuor perturbationes *animi Stoici posuerunt*: metum, dolorem, -em, laetitiam (AVG. civ. 14, 3). p. 8, 12 sapientium . . . motus non πάθη, sed constantiae sunt, ut . . . pro -e voluntas aut studium *sit.* MAR. VICTORIN. defin. p. 45, 31 -s est aliena appetendi desiderium. TERT. patient. 7 -*em* non in concupiscentia alieni tantum constitutam interpretemur. AVG. civ. 14, 6 quid est -s . . . nisi voluntas in eorum consensione quae volumus? *ibid.* cum consentimus appetendo ea quae volumus -s *vocatur*. doctr. christ. 3, 10, 16 -em *voco* motum animi ad fruendum se et proximo et quolibet corpore non propter deum. NON. p. 486 -s et cupido diversa sunt, nam -s levior est. -s pars quaedam sit temperatior, defluens ex cupidine. DIFF. ed. Beck p. 49, 58 -s necessitatem infert, voluntas libera est. [*francog. vet.* couvoitié. *M.-L.*]

legitur inde a PLAVTO, *inhabile dactylicis poetis, deest praeter alios* BELL. Hisp.; *rationem, quae est inter usum vocum* -s *et* cupido, *cognoscas ex tabula hac*:

	cupiditas	cupido (praeter nom. propr.)		cupiditas	cupido (praeter nom. propr.)
PLAVT.	1 (2)	3	CAES.	10	—
TER.	2	—	HIRT.	4	—
CATO	—	1	BELL. Alex.	3	—
VARRO	7	—	Afr.	1	—
RHET. Her.	17	—	SALL.	3	20
CIC.	422	—	NEP.	12	—
PVBLIL.	4	—	LIV.	59	19
VITR.	1	—	PLIN. nat.	8	7
SEN. rhet.	9	—	QVINT.	64	4
VELL.	6	1	TAC. dial.	1	—
VAL. MAX.	36	4	Agr.	1	1
CELS.	13	—	Germ.	2	—
PHAEDR.	2	—	hist.	5	31
SEN. phil.	128	14	ann.	—	47
poet.	—	4	PLIN. iun.	6	4
OCTAVIA	—	2	SVET.	10	2
CVRT.	14	15	FLOR. epit.	7	5
COLVM.	5	11	DIG.	2	2
MELA	—	1	APVL.	8	33
ASCON.	2	—	VVLG.	5	2
PETRON.	1	—	AVG. civ.	89	8

I *generatim i. q. actio cupiendi vel affectus animi cupientis aliquid* (GLOSS. ἐπιθυμία): **A** *proprie*: **1** *absolute* (*cf.* AVG. civ. 14, 7 ut, si -s vel concupiscentia dicatur nec addatur, cuius rei sit, non nisi in malo possit intellegi): RHET. Her. 2, 21, 34 tres res sunt, quae omnes homines sollicitent, metus, -s, aegritudo. 4, 16, 23 viros ad unum quodque maleficium singulae -es impellunt, mulieres ad omnia maleficia -s una ducit. CIC. inv. 1, 2 dominatrix animi -s ad se explendam viribus corporis abutebatur. S. Rosc. 39 quae -*es* possunt esse in eo (Cael. 45. fin. 2, 27 in quo sit -s *al.*). *ibid.* hominem . . . indomitae animi -es ad hoc scelus impulerunt. Tusc. 4, 36 -s avide semper aliquid expetens *non multum differt ab amentia.* epist. 16, 11, 2 -es certorum hominum . . . impedimento mihi fuerunt. Att. 7, 2, 6 de triumpho . . . nulla me -s unquam tenuit. PVBLIL. J 8 instructa inopia est in divitiis -s. N 17 nihil magis amat -s quam quod non licet. Q 8 quod vult -s cogitat, non quod decet. NEP. Dion 1, 3 nisi qua in re maior *Dionysii* -s intercesserat (LIV. 3, 39, 7 quanto fortior dolor ⟨in⟩ libertate sua vindicanda quam -s in [*S, om. MV*] iniusta dominatione esset. *cf.* CIC. Att. 13, 1, 2). VELL. 2, 48, 4 cuius animo neque opes ullae neque -es sufficere possent. VAL. MAX. 6, 5 pr. -s rationi cedit. SEN. dial. 3, 8, 7 aut metus aut -s aliquid impetravit. 7, 1, 1 ad quod nos -s naturalis impellit. 9, 2, 10 in angusto inclusae -es sine exitu se ipsae strangulant. 9, 2, 12 in quas *mentes* -es velut mala ulcera eruperunt (irruperunt *Hermes*). 9, 10, 6 aliquae -es animum acuent et finitae non in immensum incertumque producent. 9, 17, 6 nec ad hoc tanta hominum -s tenderet. benef. 1, 5, 3 in quibus (*neutr.*) -s nostra haeret. 2, 27, 4 ultra se -s porrigit. 7, 10, 1 ad quam *materiam* -s nostra caligat. epist. 15, 9 quos caeca -s in nocitura . . . praecipitat. 39, 5 in immensum exeat -s, quae naturalem modum transilit. 56, 5 dum inter se non rixentur -s et timor. 73, 3 -s incipit semper a fine (AVG. c. Pelag. 2, 8, 17). 75, 16 non -s nos, non timor pellet. CVRT. 7, 4, 11 obstat metus, alias -s. QVINT. inst. 5, 12, 6 -s causa sceleris fuit. decl. 260 p. 63, 20 non illi magno -es suae constant. APVL. Plat. 1, 18 cum irascentia⟨m⟩ et consilium subegerit sibique subiecerit -s. ARNOB. nat. 2, 15 p. 60, 5 nulla -s nos vincit. QVEROL. p. 19, 14 timor, avaritia, -s, desperatio esse felicem non sinunt. AVG. civ. 14, 12 voluntati -s resistebat. conf. 2, 6, 13 quibus *rebus* se oblectabat -s. *abl.*: CIC. Verr. 2, 44 quanta iste -e . . . illam sibi legationem expugnavit! de orat. 2, 178 plura . . . homines iudicant odio aut amore aut -e. Marcell. 13 ignoratione potius . . . quam -e . . . bellum esse susceptum. Lig. 3 non mediocri -e arripuit imperium. top. 74 quae perturbationibus animi, dolore, -e . . . afferunt auctoritatem. Att. 1, 17, 9 se -e prolapsos nimium magno conduxisse. 3, 19, 1 spe et -e Thessalonicae retentus sum. 12, 40, 4 vincemus facultates Othonis nostra -e. 13, 1, 2 non . . . dubito quin, quod me valde velle putes, in eo tu me ipsum -e vincas. LIV. 8, 12, 10 qua -e offensis patribus. VAL. MAX. 3, 8 ext. 1 maiore -e quam spe certiore temptare ausus est. SEN. nat. 4 praef. 2 animum . . . -e distendimus. PLIN. nat. 7, 151 *Aglaus* minima -e minimum in vita mali expertus. 25, 98 *p. 1413, 59.* QVINT. decl. 249 p. 23, 23 vitiis tuis et -e illum . . . adulterum fecisti. 267 p. 89, 20 quas spes . . . damnandis -bus everterim. 349 p. 374, 9 deducere se in periculum capitis -e. PLIN. epist. 9, 19, 8 uterque ad gloriam pari -e . . . contendit. PS. APVL. Ascl. 9 ut celeri mentis -e festines audire. 11 quaecunque terrena corporali -e possidentur. ARNOB. nat. 3, 10 -bus rabidis ire in mutuas complexiones. EVTR. 7, 7 -e muliebri optat . . . regnare. AMM. 22, 4, 2 ut rem publicam infecerint -bus pravis. AMBR. paenit. 1, 17, 95 -bus suis moritur caro. AVG. civ. 8, 3 terrenis -bus animos se extendere in divina. 12, 1 *angelos* voluntatibus et -bus extitisse. conf. 5, 8, 15 cum . . . me -bus raperes ad finiendas ipsas -es. in psalm. 54, 8 columba religata affectu, non -e. CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 126, 1 -bus et cupidinibus . . . corpus oneratur (*Plato Phaedo p. 66ᶜ* ἐρώτων δὲ καὶ ἐπιθυμιῶν). *cum praepos.*: ab: CIC. Verr. 3, 82 facinus natum a -e. Rab. perd. 33 nobis a nostris -bus . . . est cavendum. leg. agr. 1, 27 soluti a -bus. LIV. 22, 42, 7 ad deterrendos a -e (*sc. pugnandi*) animos. 33, 11, 7

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

×**cūr** *particula* [*i. q. got.* hwar *theodisc.* (h)wār *lituan.* kur '*ubi*', *cf. c. ind.* kar-hi '*quando*' *et c.* quirquir, quis, qui; *v. Persson, Stud. etymologica 86 sqq. Th.*]. *de forma*: PRISC. gramm. II 12, 15 dicimus ... cur. 36, 4 apud antiquos frequentissime loco cu syllabae qu ponebatur et e contrario ut ... quur pro cur. III 65, 15 primitiva ... uniformia sunt ... ut cras, cur, heus .... CASSIOD. gramm. VII 156, 12 cur alii per c scribendum putaverunt dicentes non posse q litteram poni, ubi u esset sine alia vocali ... alii per q, eo quod originem trahat ab interrogativis adverbiis, quae sunt quando quorsum. usus autem obtinuit, ut cur per c scribatur. VEL. gramm. VII 71, 3 'cur' magis scribimus quam 'quor', quod genus est ἐτυμολογίας. est enim 'cui rei', quod significat 'ob quam rem': ex hoc retinuit consuetudo hodierna ut diceremus quare, quod una syllaba castigatum fit 'cur', quod nos contenti sumus per c scribere. *cf.* 77, 9. GRAMM. suppl. 224, 36. *legitur* quor: PLAVT. Amph. 730 Cas. 701 Epid. 574. 575. 710 Mil. 1260 Persa 620 Pseud. 318. 490. 491. 914 Truc. 878 VARRO ling. 8, 68. 71. 78 CIC. de orat. 2, 47 leg. 1, 44 LVCR. 3, 476 ARNOB. nat. 2, 64 OPT. PORF. carm. 4, 9 DIFF. ed. Beck p. 80, 9 *et* GRAMM. *cf. l. 75.* CORP. IV 1742. qur *legitur* CORP. I 1454, *praeterea saepissime in codd. manuscr., ex. gr.*: PLAVT. Amph. 581 Epid. 575 Merc. 471. 504.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

773 Mil. 682 Most. 9. 10 Persa 620 Poen. 1272. 1317 *et saepius.* APRING. in apoc. 21, 23. *item* quur *scribitur in libris mss.*: PLAVT. Curc. 542 TER. Eun. 465 VICT. VIT. 2, 95 PASS. Petr. et Paul. long. 41. 44. *de significatione: cf.* PROP. 2, 22, 13 quaeris, Demophoon, cur sim tam mollis in omnes. quod quaeris 'quare?' non habet ullus amor. FEST. p. 257 quianam pro quare et cur positum est apud antiquos. PRISC. gramm. III 123, 23 causam quoque quaerentes interrogativis utimur, ut cur? quare? 137, 20 et sunt eadem et relativa ut cur quia διὰ τί καὶ διότι *eqs.* DIFF. gramm. VII 519, 6 cur simpliciter percontatur, quare causam rationemque desiderat (*cf.* DIFF. ed. Beck p. 80 quor qui dicit, simpliciter percontatur; quare causam desiderat, interdum suadentis aut pertimentis vim possidet). AVG. rhet. 8 p. 142b cur significat causam faciendi vel dicendi vel cogitandi rem, ut mea fert opinio ad constituendam quaestionem in primis necessariam. GLOSS. διὰ τί. quare. quid ita. pro qua causa. *legitur inde a* NAEV. *per totam latinitatem, utuntur tam prosae orationis scriptores quam poetae; non invenitur apud* SALL. TIB. SCRIB. LARG. FRONTIN. GROM. FLOR. AMPEL. GRAN. LIC. MIN. FEL. SER. SAMM. [*loci dubii*: ENN. frg. inc. 34 cur, quod in me est, exsecrabor hoc, quod lucet, quicquid est? (cui *codd. praeter* ς). PLAVT. Cas. 517. Poen. 1317 quin (*Geppert*, qur non *AP*) adhibuisti? RHET. Her. 2, 4, 7 qua noctis hora factum esse dicatur et cur eiusmodi temporibus (*sic Guilelmius*, cum eiusmodi *M*, cuiusmodi *E*). 3, 11, 20 CIRIS 235 (cum *codd.*) OV. epist. 6, 17 (quid *codd. praeter G*). 6, 111 (vir *plerique codd.*) met. 8, 61 (cum *coni. Korn*) LIV. 40, 50, 3 (*coni. Madvig*).]

I ***in oratione directa***: 1 *solum ponitur*: a *cum indicativo*: NAEV. com. 12 cur re inquaesita colligor? PLAVT. Amph. 532 cur me tenes? 912 cur dixisti? inquies. ego expediam tibi. Aul. 740 cur id ausu's facere ...? Pseud. 27 CAECIL. com. 191 TER. Ad. 234 ACC. trag. 36. 160 NOVIVS Atell. 52. CVRT. 6, 10, 11 cur rem delatam ad te tacuisti? LVCAN. 8, 796 cur obicis Magno tumulum manesque vagantes includis? PLIN. nat. 26, 19 cur Caesaris miles ad Pharsaliam famem sensit? VAL. FL. 3, 375 cur immemores famaeque larisque angimur? SIL. 9, 149 cur trepidas? STAT. silv. 2, 7, 91 cur plus, ardua, casibus patetis? MART. 3, 11, 2 cur in te factum distichon esse putas? QVINT. inst. 9, 4, 101 cur de perfugis nostris copias comparat is contra nos? IVV. 6, 142 cur desiderio Bibulae Sertorius ardet? PLIN. epist. 8, 14, 2 APVL. met. 6, 29. VVLG. gen. 3, 1 cur praecepit vobis deus, ut ... (τί ὅτι εἶπεν)? 24, 31 cur foris stas? (ἵνα τί). Ios. 7, 10 surge, cur iaces pronus in terra? (ἵνα τί τοῦτο σὺ πέπτωκας...;) *al.* b *cum coniunctivo*: PLAVT. Capt. 739 cur ego ... me esse salvom postulem? Poen. 152 Vid. 62 VARRO ling. 7, 3 RHET. Her. 4, 40, 52. CIC. part. 134 cur ita scripserit, si ita non senserit? cur, cum ea, quae plane scripta sint, neglexerit, quae nusquam scripta sint, proferat? cur ... putet ...? Tusc. 4, 56 cur misereare potius quam feras opem? 5, 89 cur pecuniam magnopere desideret vel potius cur curet omnino? 5, 112 (*cf. p. 1442, 36*). nat. deor. 3, 47 cur barbarorum deos repudiemus? div. 2, 116 aut Herodotum cur veraciorem ducam Ennio? fat. 46 *saepius.* epist. 2, 18, 3 cur ego te velim incidere in terrores tribunicios ...? CATVLL. 76, 10 quare cur te iam amplius excrucies? LVCR. 5, 753 (*cf. p. 1444, 31*). 5, 759 solque suos etiam dimittere languidus ignis tempore cur certo nequeat ...? 762. 769. 1043 (*cf. p. 1444, 32*). CAES. civ. 2, 32, 11 diligentiam quidem nostram ... cur praetereain? VERG. Aen. 4, 428. HOR. carm. 3, 1, 45 cur ... moliar ...? cur ... permutem ...? sat. 1, 4, 70 cur metuas me? ars 450 cur ego amicum offendam in nugis? PROP. 2, 6, 19 cur exempla petam Graiûm? OV. am. 1, 10, 35. 1, 13, 41. fast. 5, 241 cur ego desperem ...? Pont. 1, 5, 61. PLIN. nat. 8, 10 immo vero cur vel ipsius conspectum paveant ...? (*cf. p. 1444, 27*). 18, 251 SIL. 1, 670 STAT. Theb. 2, 629 MART. 1, 59, 4 *al.*

2 *coniungitur cum* non: a *cum indicativo*: PLAVT. Asin. 413 cur non venisti, ut iusseram, in tonstrinam? Curc. 437 ubi ipsus? cur non venit? Merc. 471 (*cf.* Mil. 556 *p. 1441, 51*). 682 cur non vis? 1254 cur non pultas? Most. 184 id cur non additum est? (*cf. p. 1441, 62*). 209. 524 cur non fugis tu? Poen. 1225 Pseud. 490 (Rud. 862 cur negas?). TER. Ad. 639 cur non ludo hunc aliquantisper? 903. Andr. 518 cur non dixti extemplo Pamphilo? 581 cur uxor non accersitur? 952 cur non illam huc transferri iubes? Eun. 465 cur non imus hinc? 964 Hec. 74. 322 cur id mihi non dixti? Haut. 1047 ehem, Menedeme, cur non accersi iubes? Phorm. 401. 620. AFRAN. com. 161 pistori nubat? cur non scribilitario, ut mittat fratris filio lucuntulos? LABER. mim. inc. 116. LVCIL. 985 cur tu ipsa venire non vis huc? CIC. S. Rosc. 74 Q. Rosc. 25 Verr. 2, 66. 99. 109. 3, 99. 4, 86. 208 Font. 11 Cluent. 83. 115. 172. 186 leg. agr. 2, 44. 66 Flacc. 45. 92 Sull. 48 Cael. 37 Pis. 58 Planc. 38. 55 Mil. 51. 99 Phil. 2, 110. 3, 3. 20. 21. 9, 14. 12, 16. 13, 17. 25 *saepius.* orat. 157 ipsum meridiem cur non medidiem? de orat. 1, 28 fin. 2, 28. 4, 34 ac. 2, 54. 60. 69 Tusc. 4, 70 *saepe* Att. 2, 19, 1. 13, 25, 2. 9, 12, 1. 9, 15, 2 CATVLL. 33, 5 LVCR. 1, 199. 2, 820. 3, 938 NEP. Eum. 11, 4 VERG. Aen. 1, 408. 12, 39 ecl. 5, 1 LYDIA 75 HOR. carm. 2, 11, 13 sat. 1, 3, 77 PROP. 4, 7, 31 OV. am. 3, 8, 50. epist. 10, 57 venimus huc ambo: cur non discedimus ambo? met. 2, 525 cur non et pulsa ducit Iunone ...? 4, 593. 5, 371. 6, 633. 7, 34. 35. 12, 259 LIV. 4, 4, 11. 8, 4, 3. 4. 34, 4, 14. SEN. contr. 10, 1, 7 cur me non accusas, non postulas? contr. exc. 10, 1 suas. 4, 1 SEN. Herc. f. 52 epist. 94, 44. 47. LVCAN. 9, 275 cur non maiora mereri ... libet? PERS. 3, 16 ah, cur non potius ... poscis? PETRON. 25 cur non, quia bellissima occasio est, devirginatur Pannychis nostra? SIL. 13, 75 nunc age, quod superest, cur non melioribus aevi ducimus auspiciis? MART. 2, 33, 1 *eqs.* 3, 23, 2 TERT. nat. 2, 9. VVLG. lev. 10, 17 cur non comedistis hostiam ...? (διὰ τί οὐκ). num. 22, 37 misi nuntios, ut vocarem te, cur non statim venisti ad me? (διὰ τί οὐκ) *saepius.* b *cum coniunctivo*: PLAVT. Mil. 317 cur non rogem? Most. 455 cur non tangerem? TER. Phorm. 797 cur nolles, Chremes? VARRO ling. 8, 61 si ab aede et tuendo aeditumus sit, cur non ab atrio et tuendo potius atritumus sit quam atriensis? CIC. Verr. 4, 183 cur ei non merces tanta detur? Manil. 50 cur non ... eidem hoc quoque bellum regium committamus? Catil. 4, 2 cur ego non laeter? dom. 80 cur non iuret se Gadibus fuisse? Cael. 68 at propinquis ... placuit. cur non placeret? prov. 24 cur eadem res publica, quae me in amicos inflammare potuit, inimicis placare non possit? Pis. 79 cur ego non ignoscam? Phil. 2, 72 quorum facinus est commune, cur non sit eorum praeda communis? ac. 2, 87. 107 fin. 3, 15. 5, 47 nat. deor. 3, 47. epist. 10, 23, 6 pro urbis vero salute cur non ... utamur? CATVLL. 115, 3 cur non divitiis Croesum superare potis sit? NEP. Att. 10, 6 quodsi gubernator praecipua laude effertur ... cur non singularis eius existimetur prudentia, qui ... pervenit? (*cf. p. 1442, 50*). OV. frg. 6 cur ego non dicam, Furia, te furiam? am. 2, 11, 54 cur ego non votis blandiar ipse meis? met. 4, 430 cur non stimuletur eatque ...? 9, 420 cur non aliis eadem dare dona liceret? SEN. nat. 3, 10, 1 ex aqua terra fit: cur non aqua fiat e terra? PERS. 5, 89 cur mihi non liceat ...? STAT. Ach. 1, 949 MART. 3, 99, 3 QVINT. inst. 2, 9. decl. 345 p. 364, 18 verum tamen cur non reponamus hanc contumeliam? IVLIAN. dig. 30, 96, 4 cur non etiam per fideicommissum eandem pecuniam adimendi potestatem habeat? APVL. apol. 26 Socr. 20 p. 167 (*cf. p. 1442, 75*) TERT. idol. 21 anim. 10.

3 *omittitur verbum*: cur *solum ponitur*: ENN. frg. var. 18 nemo me lacrumis decoret nec funera fletu faxit. cur? volito vivos per ora virum. PLAVT. Aul. 303 (*cf. p. 1445, 34*) Capt. 862 (*cf. p. 1445, 35*) Epid. 575 Merc. 918 Mil. 1260 Most. 891. 1097 TER. Eun. 430 535 CIC. Lig. 17 Phil. 2, 15. 11, 4. PLAVT. Epid. 574 egone osculum huic dem? :: quor non, quae ex te nata sit? Pseud. 318 tibi ego credam? :: quor non? :: quia .... TER. Ad. 748. 751 Andr. 384 Eun. 898 Haut. 163. IVV. 3, 38 inde reversi conducunt foricas, et cur non? SCAEV. dig. 34, 1, 19 respondit: cur non? *additur ad* cur *adverbium sim.*: CIC. Q. Rosc. 51 falsum subornavit testem Roscius Cluvium. cur tam sero? (*cf. etiam infra l. 81*). Flacc. 71 negotiari libet: cur non Pergami? Planc. 16 cur iste potius quam ego? Phil. 2, 28 *Ciceroni* recuperatam libertatem est gratulatus. cur mihi potissimum? 2, 56 si severus, cur non in omnes? si misericors, cur non in suos (*cf. p. 1439, 63 et 1442, 38*). 2, 72 a me C. Caesar pecuniam? cur potius quam ego ab illo? inv. 2, 45 hoc cur modo potius quam illo? Att. 6, 2, 8 habeat is turmas? cur potius quam cohortes? epist. 9, 22, 2 'anum' appellas alieno nomine: cur non suo potius? CAEL. Cic. epist. 8, 17, 2 cur hoc? CATVLL. 6, 13 cur? non tam latera ecfutata pandas? HOR. sat. 2, 1, 7 mecum disquirite: 'cur hoc?' 2, 3, 160 cur Stoice? dicam. OV. epist. 4, 122 cur, nisi ne caperes regna paterna nothus? EPICED. Drusi 290 cur adeo fratres heu! sine fratre deos? MANIL. 4, 876 perspicimus caelum, cur non et munera caeli? SEN. dial. 5, 31, 2 (*cf. p. 1444, 53*). PLIN. nat. 36, 5 publicis nimirum indulgentes voluptatibus. id ipsum cur? PLIN. epist. 3, 13, 3 'ubi?' 'Mediolani?' 'cur non hic?' 5, 1, 1 legatum mihi obvenit modicum, sed amplissimo gratius. cur amplissimo gratius? FRONTO p. 25, 15 N. quaeras fortasse, cur tarde? VLP. dig. 33, 6, 9, 3 cur tam diverse? TERT. resurr. 7 p. 36, 21 adv. Prax. 17 p. 259, 5.

4 *in anaphora*: PLAVT. Asin. 47 cur hoc ego ex te quaeram? aut cur miniter tibi ...? aut cur postremo filio succenseam ...? (*cf. p. 1443, 10*). Merc. 471 cur ego vivo? cur non morior? quid mihist in vita boni? Persa 763 cur ego sine te sum, cur tu autem sine me es? Poen. 353 cur mi haec irata est? :: cur haec irata est tibi? cur ego id curem? Pseud. 490 cur haec ... celata me sunt? cur non rescivi? Rud. 434. 435. CAECIL. com. 235 cur contulisti? cur illecebris cognitis non ... refugisti ...? cur alienam ullam mulierem nosti? TER. Ad. 61. 799 cur nunc apud te potat? cur recipis meum? cur emis amicam, Micio? Andr. 886 cur me macero? cur me excrucio? cur meam senectutem ... sollicito ...? TRAG. (?) inc. Rhet. Her. 2, 24, 38 si improbum esse Chresphontem existimas, cur me huic locabas nuptiis? sin est probus, cur talem invitam invitum cogis linquere? COM. pall. inc. 54 cur te dedecoras, famam cur maculas tuam? (*cf. p. 1442, 3*). cur rem dilapidas ...? L. CRASS. or. frg. Cic. orat. 66, 222 cur clandestinis consiliis nos oppugnant? cur de perfugis nostris copias comparant ...? CIC. S. Rosc. 108 Q. Rosc. 51 (*cf. supra l. 44*). div. in Caec. 21 cur eorum spem ... vi extorquere conaris? cur te interponis ...? cur ... eos nunc plane fortunis omnibus conaris evertere? cur his ... adimis potestatem? Verr. 2, 84. 94. 113. 3, 166 qui agros immunes

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

liberosque arant, cur oderunt? cur Halaesini? cur Centuripini? cur Halicyenses? 4, 208. 5, 79 *quinquies.* 6, 56. 75 *saepe.* inv. 1, 27. 2, 45 part. 38, 134 orat. 223 Att. 7, 3, 4. LVCR. 3, 741 denique cur (*cf. p. 1443, 29*) acris violentia triste leonum seminium sequitur . . . et iam cetera de genere hoc cur omnia membris ex ineunte aevo generascunt ingenioque . . .? 5, 220 cur alit atque auget? cur anni tempora morbos apportant? quare mors immatura vagatur? 6, 396 *eqs.* VERG. Aen. 10, 35. 11, 423 LYDIA 37 HOR. carm. 1, 8, 8. 3, 1, 33 sed cur heu, Ligurine, cur manat rara meas lacrima per genas? 3, 1, 45. 3, 19, 18. 4, 10, 8 ars 87. PROP. 4, 7, 31 cur ventos non ipse rogis, ingrate, petisti? cur nardo flammae non oluere meae? (*cf. p. 1439, 83*). OV. epist. 13, 109. 17, 125. 18, 69 am. 3, 14, 31 rem. 17 met. 6, 42. 631. 13, 220 cur non remoratur ituros? cur non arma capit? 13, 341 trist. 2, 103. 4, 7, 3 Pont. 2, 9, 26 EPICED. Drusi 298 LIV. 2, 348, 9. 34, 6, 17. 40, 15, 2. SEN. contr. exc. 5, 7 cur . . . trecenti perierunt? immo cur (*cf. p. 1444, 27*), ne perirent, capti sunt? suas. 3, 5 SEN. Herc. f. 520. O. 1959 Phaedr. 209 dial. 6, 26, 2. 7, 17, 2 CVRT. 6, 10, 11 PLIN. nat. 28, 22 STAT. Theb. 8, 50. MART. 2, 33, 1 cur non basio te, Philaeni? *ter.* 11, 47, 3 QVINT. inst. 4, 2, 111. 9, 4, 119 *saepius.* decl. 306 p. 205, 27 *saepius.* PLIN. paneg. 38 cur enim posteris amplior honor . . . haberetur? curve (*cf. p. 1443, 10*) non retro quoque recurreret aequitas eadem? APVL. apol. 27. TERT. nat. 1, 5 *et saepius.*

in anaphora cum aliis interrogativis: PLAVT. Amph. 409 quid igitur ego dubito aut cur? Merc. 773 cur hic astamus? quin abimus? Pseud. 182 cur . . . aut quid? Truc. 605 unde es? cuius es? cur . . .? 607 quid tu? cur . . .? TER. Ad. 672 quis dedit? cui quando nupsit? auctor his rebus quis est? cur duxit alienam? Andr. 134 quid agis? cur te is perditum? 375 quid igitur sibi volt pater? cur simulat? 635 quis tu's? quis mihi's? cur meam tibi? Haut. 376 ubi sunt? cur retines? VARRO ling. 8, 2 cur et quo et quemadmodum? CIC. Att. 15, 22 quando aut cur? quousque ludemur? 16, 6, 2 cur ego tecum non sum? cur ocellos Italiae . . . non video? sed id satis superque . . .? VERG. Aen. 2, 286 quae causa indigna serenos foedavit vultus? aut cur (*cf. p. 1443, 9*) haec vulnera cerno? 12, 879 quo vitam dedit aeternam? cur mortis adempta est condicio? HOR. epod. 7, 1 quo quo scelesti ruitis aut cur dexteris aptantur enses conditi? sat. 2, 2, 103 ergo quod superat, non est melius quo insumere possis? cur eget indignus quisquam te divite? quare templa ruunt . . .? cur . . . emetiris . . .? PROP. 2, 31, 5 quid petis Aeaei moenia Telegoni? curve . . .? (3, 5, 35 cur serus versare boves et plaustra Bootes Pleiadum spisso cur coit igne chorus, curve . . .? OV. trist. 2, 314. 5, 8, 3 PLIN. nat. 13, 88 [*cf. p. 1443, 15*]. 26, 19 PLIN. paneg. 38 *v. p. 1441, 20. cf.* curve *indirecte p. 1446, 15 et 26*). 2, 32, 42 cur haec tam dives? quis dedit? unde dedit? OV. met. 5, 371 Tartara quid cessant? cur non . . . (*cf. p. 1440, 1*) profers? 6, 171 quis furor . . .? aut cur (*cf. p. 1443, 10*) colitur Latona . . .? 9, 508 unde sed hos novi? cur haec exempla paravi? quo feror? trist. 2, 3 SEN. Herc. f. 1150 SIL. 7, 426. QVINT. decl. 338 p. 335, 8 quid causae . . . habeo? cur assero alienum? VVLG. iud. 18, 23 quid tibi vis? cur clamas? (τί ἔστι σοι, ὅτι ἐβόησας;).

5 *in parenthesi ponitur*: PLAVT. Mil. 556 vidi — cur negem, quod viderim? — sed Philocomasium me vidisse censui. SIL. 8, 83 mors testis et ille — heu cur non idem mihi tum — rogus. 11, 240 huic agedum, — nam cur indigna feramus? — . . . innecte . . . (*cf. p. 1444, 35*). STAT. Ach. 1, 504 dic ocius — aut cur (*cf. p. 1443, 10*) serta comis et multus honos? — QVINT. inst. 12, 11, 26 si qui summa desperet — quod cur faciat, cui ingenium, valetudo, . . . non deerunt? — tamen est . . . . PLIN. epist. 5, 6, 42 in summa — cur enim (*cf. p. 1443, 60*) non aperiam tibi vel iudicium meum vel errorem? — . . . officium scriptoris existimo . . . . 7, 4, 6. 7, 9, 10 atque adeo — cur enim (*cf. p. 1443, 49*) te ad versus non versibus adhorter? — *eqs.*

6 *praeponitur*: *subiectum*: PLAVT. Most. 184 id cur non additum est? TER. Phorm. 401 filius cur non refellit? HOR. carm. 4, 10, 8 quae mens est hodie, cur eadem non puero fuit vel cur his animis incolumes non redeunt genae? ars 55 ego cur, acquirere pauca si possum, invideor? PROP. 2, 32, 6 Appia cur totiens te via ducit anus? OV. am. 1, 10, 34 Pont. 2, 9, 26. SEN. Herc. O. 1675 Iuno cur laetum diem te flente ducat? Phaedr. 174 aula cur fratris vacat? Thy. 57 dextra cur patrui vacat? Oed. 1024. OCTAVIA 283 soror Augusti sociata toris cur a patria pellitur aula? CALP. ecl. 1, 6 nos quoque vicinis cur non succedimus umbris? SIL. 7, 24. PORPH. Hor. epod. 7, 1 enses, qui iam conditi erant, cur dextris accommodantur? COMM. instr. 2, 15, 8 lex ipsa cur ergo processit tanto labore? *praeponitur vocativus*: PLAVT. Men. 676 mi Menaechme, cur ante aedis astas? Persa 763 Toxile mi, cur . . . sum? Poen. 1272 o Apella, o Zeuxis pictor, cur numero estis mortui, . . .? Stich. 705 TER. Haut. 1047. PROP. 2, 13, 50 o mors, cur mihi sera venis? OV. am. 3, 10, 4 epist. 6, 110 SEN. Phaedr. 992 o sors acerba et dura, . . . cur me ad nefandum nuntium casus vocat? Herc. f. 109 Iuno, cur nondum furis? NEMES. ecl. 4, 14 Meroe . . ., cur nostros calamos, cur pastoralia vitas carmina? VVLG. I reg. 1, 8 Anna, cur fles? (τί ἔστι σοι, ὅτι κλαίεις). OV. am. 2, 17, 8 me miserum! cur est tam bene nota sibi? *praeponitur obiectum, adverbiale, praedicatum sim.*: PLAVT. Poen. 1225 quod faciundumst, cur non agimus? TER. Eun. 523 haec cur quaeritet? COM. pall. inc. 54 famam cur maculas tuam? LVCR. 6, 421 altaque cur plerumque petit loca *fulmen*? HOR. sat. 2, 1, 41 quem cur destringere coner? ars 22. 87 descriptas servare vices operumque colores cur ego si nequeo ignoroque poeta salutor? *cf.* PROP. 2, 30, 32 communis culpae cur reus unus agor? (*cf. l. 52*). 3, 5, 33 purpureus pluvias cur bibit arcus aquas? OV. am. 2, 5, 32 in bona cur quisquam tertius ista venit? 2, 8, 14 quod decuit reges, cur mihi turpe putem? 2, 16, 42 separor a domina cur ego saepe mea? 3, 3, 16 alterius meriti cur ego damna tuli? epist. 20, 131 cogere cur potius quam persuadere volebas? ars 1, 314 domino cur placet ista meo? met. 6, 633 quam vocat hic matrem, cur non vocat illa sororem? fast. 5, 38 trist. 1, 2, 58. 1, 2, 92 Ausonios fines cur mea vela volunt? 4, 7, 3 tempore tam longo cur non tua dextera . . . officiosa fuit? SEN. Med. 273 fugere cur solam iubes? Herc. f. 1174 ora cur condunt sua? Thy. 280 tam diu cur innocens versatur Atreus? Phaedr. 856 reduce cur moritur viro? OCTAVIA 247. CVRT. 7, 7, 24 quid eo portenderetur, cur apud alium quam apud me professus es? LVCAN. 8, 72 nobile cur robur fortunae volnere primo . . . frangis? 2, 314 ad iuga cur faciles populi, cur saeva volentes regna pati pereunt? 5, 202. 7, 493 patriam cur amplius optem . . .? 7, 12 quos ego cur iterum demens iterumque recordor . . .? MART. 7, 50, 16 tam vicina tibi cur tenet antra deus? 9, 4, 3 aureolos a te cur accipit, Aeschyle, denos. 14, 169 garrulus in laxo cur anulus orbe vagatur? SEN. Herc. f. 1208 vacat cur vertice immenso feras . . . pascens? LVCAN. 9, 849 patimur cur segnia fata in gladios iurata manus? VAL. FL. 2, 469 tendunt cur vincula palmas? (*cf. l. 57 et 64*). *praecedit enuntiatum condicionale*: PLAVT. Pseud. 799 si me arbitrabare isto pacto, ut praedicas, cur conducebas? *cf. p. 1440, 75.* VARRO Men. 80 denique si vestimenta ei opus sunt quae fers, cur conscindis? si non opus sunt, cur fers? ling. 8, 61 (*cf. p. 1440, 12*). 8, 64. 70 si analogia est . . . cur populus dicit . . . item quaerunt, si sit analogia, cur appellant omnes . . . item quor dicatur (*cf. p. 1438, 81*). 9, 47. RHET. Her. 4, 3, 4 si tacere aut nil scribere modestia est, cur quicquam scribunt aut locuntur? sin aliquid suum scribunt, cur . . . impediuntur modestia? CIC. inv. 1, 45 si improbus est, cur uteris? si probus, cur accusas? Tusc. 5, 112 (*cf. p. 1439, 49*). Phil. 2, 56 si severus, cur non in omnis? si misericors, cur non in suos? (*cf. p. 1440, 49*). Att. 7, 3, 4 nam, si res publica defenditur, cur ea consule isto ipso defensa non est? 9, 15, 2 at si Sulla potuit efficere . . . ut diceretur . . . cur hic non possit? 10, 4, 9 si in senatu, cur laureati? si ab ipso, cur sex? LVCR. 3, 508 haec igitur (*sc. animus et anima*) tantis ubi morbis corpore in ipso iactentur . . ., cur eadem credis sine corpore . . . aetatem degere posse? 3, 672 praeterea si immortalis natura animai constat . . ., cur super ante actam aetatem meminisse nequimus nec . . . tenemus? 3, 941 sin ea, quae fructus cumque es periere profusa vitaque in offensost, cur amplius addere quaeris . . .? 5, 326. 6, 390. NEP. Eum. 11, 4 animo si isto eras, quor non in proelio cecidisti potius . . .? (*cf. p. 1439, 81*). Att. 10, 6 (*cf. p. 1440, 25*) quodsi gubernator . . . laude effertur . . . cur non . . .? VERG. Aen. 12, 38. PROP. 2, 30, 32 quod si nemo extat, qui . . ., communis culpae cur reus unus agor? (*cf. supra l. 6*). OV. fast. 1, 257 cum tot sint iani, cur stas sacratus in uno? 3, 447 vis ea si verbi est, cur non ego . . . suspicer . . .? Pont. 2, 9, 26 surdas si praebeat aures, victima pro templo cur cadat . . .? si pacem . . . praestet . . ., . . . cur . . . feram? . . . si fallat . . ., accipiat . . . cur? (*cf. etiam p. 1441, 68 et supra l. 27*). trist. 5, 5, 58 LIV. 8, 4, 3. 39, 37, 10. 40, 14, 10. MANIL. 4, 106 denique si non est, fati cur traditur ordo? SEN. contr. exc. 3, 4 si vivere mihi non licet, cur perire non licuit? 8, 6 si rapta est, cur optionem recusas? si uxor est, cur times? 9, 6 suas. 2, 3. SEN. Phaedr. 1121 et si odia servas, cur madent fletu genae? dial. 2, 17, 3 benef. 4, 19, 3 epist. 83, 18. 94, 44 *bis.* 47. OCTAVIA 905 si caede mea cumulare parat luctus nostros, invidet etiam cur . . . mihi . . . mori? (*cf. supra l. 27*). CVRT. 6, 10, 25. 26. PETRON. 107 ac primum omnium, si ultro venerunt, cur nudavere crinibus capita? CARM. epigr. 949 (*Pompeis*) si potes et non vis, cur gaudia differs? VAL. FL. 7, 288 si dedit ipsa neci fratrem Minoia virgo, cur non . . . fas sit . . .? SIL. 16, 77 servitio si tam faciles, cur bella refertis? HOMER. 39 si . . . inscius admisi, cur o tua dextera cessat? STAT. silv. 3, 2, 99. MART. 2, 69, 5 si tamen invitus vadis, cur . . .? QVINT. decl. 252 p. 31, 3. 315 p. 242, 13. 367 p. 402, 24 *saepius.* TAC. hist. 4, 4. ann. 1, 19 si tamen tenderent . . ., cur vim meditentur? 1, 40 PLIN. epist. 7, 17, 5. 8, 4, 4 FRONTO p. 158, 5 N. APVL. Socr. 20 p. 167 quodsi cuivis potest evenire facultas contemplandi divinam effigiem, cur non apprime potuerit Socrati obtingere . . .? (*cf. p. 1440, 33*). TERT. nat. 1, 2. 5. 2, 7 *et saepius.* anim. 6 igitur si constat incorporalia quoque a corporalibus comprehendi, cur non et anima, quae corporalis, ab incorporalibus renuntietur? PORPH. Hor. sat. 2, 2, 35 si magnitudinem laudas, cur immensos lupos non appetis? VARRO Men. 231 eclipsis quando fit, cur luna laboret? *nota*: HOR. sat. 2, 3, 187 nequis humasse velit Aiacem, Atrida, vetas cur? 2, 7, 104 obsequium ventris mihi perniciosius est cur?

7 *iuncturae*: cur autem: CIC. Att. 7, 6, 2 cur autem nunc primum ei resistamus? 10, 4, 9 cur autem sex? OV. epist. 3, 145 cur

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

autem iubeas? (*cf. p. 1445, 41*). met. 6, 284 cur autem victrix? (*cf. p. 1444, 80*). LIV. 7, 38, 6 cur autem potius Campani agrum ... quam victor exercitus haberet? STAT. Theb. 10, 586 cur autem ... luam regalis crimina noxae? 8, 50 cur autem avidis Ixiona frango verticibus? (*cf. p. 1441, 18*). QVINT. inst. 1, 17 cur autem non pertineat ad litteras aetas ...? 3, 8, 60. 12, 1, 31 VERVS Fronto p. 130, 10 N. VLP. dig. 29, 2, 34 pr. cur autem, si suam ignoret condicionem, adire potest, si testatoris, non potest? APVL. met. 1, 14 apol. 59. 85. 87 *saepius*. TERT. idol. 22 *et saepius*. anim. 25. aut cur (*cf.* curve *p. 1441, 21. 40 et 1440, 65*): CIC. Tusc. 1, 25 quo modo ... aut cur mortem malum tibi videri dicis? leg. 1, 4 quorsum tandem aut cur ista quaeris? 1, 44 cur non sanciunt ut, ...? aut cur ...? PROP. 3, 5, 33 purpureus pluvias cur bibit arcus aquas, aut cur Perrhaebi tremuere cacumina Pindi? OV. met. 6, 171 quis furor ...? aut cur colitur Latona ...? PLIN. nat. 13, 88 aut cur, si iam hic erat usus, ... scriptitatum constet curve Homerus ... tradiderit? IVV. 13, 115 aut cur in carbone ... tura soluta ponimus ...? APVL. apol. 46 aut cur ... postulabas ...? 54 aut cur signasti? ... aut cur deos non rogasti? deinde cur: RHET. Her. 3, 23, 38 deinde cur volumus ab industria quemquam removere ...? CIC. Verr. 3, 44 deinde tu cur ... sortitus es? 4, 202 deinde cur in isto genere solo frumenti ista aestimatio constituatur? 6, 46 deinde cur quicquam contra leges parasti? Q. Rosc. 51. Caecin. 95 postea cur ... de isto potius fundo ... Caecinae denuntiabas? SEN. Herc. O. 1408 cur deinde latebras aut fugam vaecors petam? 859 cur deinde ferrum? (*cf.* cur deinde *indirecte p. 1446, 5*). denique cur (*cf. p. 1445, 15*): LVCR. 1, 199. 358 denique cur alias aliis praestare videmus pondere res rebus nilo maiore figura? 3, 476 denique quor (cor *codd.*) ... consequitur gravitas membrorum ...? 3, 615. 3, 741 (*cf. p. 1441, 4*). QVINT. inst. 1, 12, 15 denique cur in his omnibus ... eminuit Plato. AVG. civ. 4, 22 cur denique fortitudo dea non est? 4, 23 cur denique ... aedem constituit? (*cf.* cur denique *indirecte p. 1446, 9*). en cur: CIC. Sest. 59 en cur ceteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur? Phil. 3, 22 en cur magister eius ex oratore arator factus sit? *nota: augetur vis interrogativa obsecrandi verbo adiuncto*: PLAVT. Amph. 812 obsecro ecastor, cur istuc, mi vir, ex ted audio? (Asin. 608 cur tu, obsecro, ... me morti dedere optas? Most. 209 Truc. 175. TER. Andr. 747 cur tu, obsecro, hic me solam? PHAEDR. app. 30, 5 salve, inquit illa, cur me fugisti, obsecro. *cf.* SEN. epist. 104, 25 quid est, obsecro te, ... cur timeat laborem vir? [*cf. p. 1448, 15*]). Cas. 661 ei misero mihi, cur eum habet (Ov. trist. 4, 3, 12 ei mihi, cur timui? 5, 1, 20 ei mihi, cur unquam Musa iocata mea est? VAL. FL. 7, 483 ei mihi, cur nulli tinguunt tua lumina fletus? SIL. 13, 655 hei mihi! nam cur ulla fuere adeo ... momenta? [*cf. p. 1444, 29*]). Cas. 916 amabo, mea uxorcula, cur ... sic me spernis? TER. Eun. 964 atque adeo autem cur non egomet intro eo? Haut. 1047 ehem ... cur non ...? HOR. sat. 1, 7, 34 per magnos, Brute, deos te oro, ... cur non hunc regem iugulas? VAL. FL. 7, 483 cur age non templis ... avellere dona ... libet? cur enim (*cf. p. 1441, 61*): CIC. Verr. 4, 154 cur enim hoc sibi scribae soli sumant? Mur. 76 Cael. 62 cur enim potissimum balneas publicas constituerat? Planc. 18 cur enim non confitear? LIV. 4, 4, 9 cur enim non fertis ...? 6, 15, 12. 6, 18, 11 VELL. 2, 41, 3 CELS. 1 prooem. p. 5, 25 SEN. epist. 86, 9. CVRT. 8, 7, 9 cur enim non producitur *Callisthenes ex carcere*, cum etiam confessi audiuntur? COLVM. 3, 10, 21. PLIN. nat. 2, 73 at enim cur non semper ... perveniunt? 8, 58 cur enim non ad alia iere ...? 10, 196. 18, 25. 19, 25 cur enim non et proeliis intersit ut naufragiis? 28, 22. 36, 36 QVINT. decl. 254 p. 41, 6. 257 p. 49, 17. 261 p. 71, 2 *bis*. 304 p. 194, 3. 358 p. 390, 12 *saepius*. TAC. hist. 3, 70 ann. 1, 43 *saepius*. PLIN. epist. 1, 7, 5 cur enim non ... agam tecum? 4, 15, 1. 7, 12, 5 cur enim non usquequaque ... insequar et exagitem? 8, 4, 5 *saepius*. SVET. Cal. 34 cur enim sibi non licere (*cf. p. 1446, 63*) ... quod Platoni licuisset? Claud. 4 cur enim non praeficitur urbi, si potest sequi fratrem suum in montem? FRONTO p. 165, 20 N. APVL. met. 4, 11 cur enim manu, quae rapere et iugulare sola posset, fortem latronem supervivere? TERT. idol. 13 *saepius*. bapt. 14 ieiun. 8. anim. 58 cur enim non putes animam et puniri ...? VVLG. I reg. 27, 5 cur enim manet ...? (καὶ ἵνα τί κάθηται...). cur ergo (*cf. p. 1445, 6*): PLAVT. Asin. 611 cur ergo minitaris mihi ...? nam quid.. putas? Capt. 715 cur ergo iratus mihi es? Pseud. 914 quor ergo, quod scis, me rogas? Truc. 175. TER. Eun. 1062 cur ergo in his te conspicor regionibus? CIC. Q. Rosc. 25 cur ergo laedis? Caecin. 91 cur ergo ... additur? Flacc. 71 dom. 37 de orat. 1, 249 Tusc. 2, 53 div. 2, 134. Att. 12, 26, 2 cur ergo illi molestus esse velim? (SVET. gramm. 14 cur ergo illi molestus esse velit?). 12, 21, 1. LIV. 28, 43, 21 cur ergo, ... non ... refers? SEN. contr. exc. 6, 3 cur ergo queror, si egestate delector? SEN. Herc. f. 432 nat. 2, 32, 5. 6, 30, 4 epist. 117, 33. COLVM. 3, 3, 4 cur ergo res infamis est? MART. 6, 82, 9 cur ergo ... habes malas lacernas? QVINT. inst. 4, 2, 78. 9, 4, 7 decl. 270 p. 107, 3. 17. 310 p. 221, 16. 328 p. 290, 6. 377 p. 420, 5 *saepius*. TAC. ann. 3, 54 PLIN. epist. 3, 5, 12. 5, 8, 6. 6, 2, 2. 9, 17, 1 cur ergo non habeo? *saepius*. AFR. dig. 39, 2, 44, 1 VLP. dig. 45, 3, 11 *saepius*. APVL. apol. 24. 32. 45 TERT. spect. 26 *saepius*. ieiun. 4. VVLG. gen. 47, 19 cur ergo moriemur te vidente? (ἵνα οὖν μὴ ἀποθάνωμεν) *saepius*. AVG. civ. 7, 22 cur ergo deae fiunt duae, cum sit una unda, quae venit et redit? et cur (*cf. p. 1446, 17*): OV. am. 1, 8, 25 et cur non placeas? met. 8, 76 et cur ulla foret me fortior? SEN. Ag. 293 et cur Atrida videor inferior tibi? QVINT. inst. 3, 11, 4 et cur non utamur eodem ... exemplo? 9, 3, 73 TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 486, 10. cur igitur (*cf. p. 1442, 76*): PLAVT. Amph. 730 quor igitur praedicas te heri me vidisse ...? Aul. 224 cur igitur poscis meam gnatam tibi? Curc. 542 quor nunc a me igitur petis? Epid. 587. Men. 388 cur igitur me tibi iussisti coquere ...? TER. Andr. 48 cur simulas igitur? 853. CIC. Q. Rosc. 25 cur igitur insimulas? 36 cur igitur decidit? Verr. 4, 124 cur igitur ... non ita magno vendidisti? Cluent. 172. Sest. 61 cur igitur rogationi paruit? prov. 25. Brut. 67 cur igitur Lysias et Hyperides amatur, cum penitus ignoretur Cato? orat. 142 part. 11. de orat. 2, 47 quor igitur dubitas ... facere hoc tertium genus, quoniam est in ratione rerum? fin. 2, 9 cur igitur ... res tam dissimiles eodem nomine appellas? 2, 25 quem libenter cenasse nemo negat. cur igitur non bene? 4, 2. 72 nat. deor. 1, 88. 96 *bis*. 3, 80 div. 2, 41 rep. 1, 60. 3, 36. 37 leg. 2, 47 off. 3, 110 Tusc. 5, 102 *saepius*. Att. 8, 11, 4 cur igitur, inquis, remansimus? 4, 5, 1 cur igitur cuiquam misi prius? epist. 6, 6, 9 cur haec igitur adhuc parum profecerunt. LVCR. 4, 814. OV. epist. 18, 139 cur igitur ... claudis iter? fast. 4, 361. 681. LIV. 32, 21, 13 cur igitur nostrum ille auxilium absens petit ...? 45, 5, 4 cur igitur ... polluit eam homicida? CVRT. 6, 8, 13 cur igitur extraxisset biduum? MART. 5, 52, 2 QVINT. inst. 3, 9, 2. 4, 2, 86. 10, 2, 5 decl. 270 p. 104, 2. 350 p. 378, 22 VERVS Fronto p. 130, 4 N. FRONTO p. 221, 13 N. AVG. civ. 3, 6. VVLG. Ier. 49, 1 (διὰ τί). immo cur: *cf. p. 1439, 60. 1441, 16*. ita cur: QVINT. inst. 11, 3, 146 ita cur ... non subiciamus? nam cur (*cf. p. 1441, 54*): PLAVT. Amph. 581 nam quor istuc dicis? Aul. 42. Cas. 701 nam quor (numquam *A*) non ego id perpetrem, quod coepi? LVCR. 5, 753 nam cur luna queat terram secludere solis lumine? (*cf. p. 1439, 53*). 1043. HOR. epist. 1, 2, 37 nam cur, quae laedunt oculum, festinas demere? OV. epist. 17, 5 nam cur mea vota morantur ...? 18, 163 ars 1, 625. met. 7, 14 nam cur iussa patris nimium mihi dura videntur? SIL. 2, 49 nam cur ... perferre negem? 5, 169. 11, 240 (*cf. p. 1441, 53*). 13, 655. MART. 5, 60, 6 nam te cur aliquis sciat fuisse? 8, 67, 9 FRONTO p. 136, 14 N. cur quidem: LIV. 41, 24, 7 cur quidem nos inexpiabiles ... bellum adversus regnum Macedonum geramus? sed cur, at cur: PLAVT. Pseud. 800 sed cur sedebas in foro? Stich. 705 sed interim, stratege noster, cur hic cessat cantharus? TER. Ad. 703 sed cur cessas? 903 Andr. 299 ACC. trag. 294. CIC. Catil. 2, 17 sed cur tam diu de uno hoste loquimur? Cael. 55 sed cur diutius vos, iudices, teneo? Planc. 49 sed cur sic ago? Brut. 67 sed cur nolunt Catones? de orat. 2, 26 ac. 2, 126. div. 2, 117 sed, quod caput est, cur isto modo iam oracla Delphis non eduntur? Att. 5, 20, 9 sed cur non suis litteris idem facit, quod meus ad te Alexis facit? 10, 8, 3 sed cur inimicos colligo ...? HOR. carm. 3, 1, 33 OV. epist. 16, 152. 19, 201. ars 1, 347 sed cur fallaris, cum sit nova grata voluptas? (*cf. p. 1445, 26*). met. 10, 584. 13, 860 sed cur Cyclope repulso Acin amas? GRATT. cyn. 150 sed cur ... lustramus? SEN. Thy. 890 sed cur satis est? Ag. 53. 693 Phaedr. 972. dial. 5, 31, 2 sed cur in unum? (*sc. collegium cooptatus, cf. p. 1440, 58*). SIL. 8, 112 sed cur — heu seri monitus — cur tempore tali ... dedisti ...? STAT. Theb. 11, 682 sed cur nova contrahis amens iura? QVINT. inst. 1, 10, 8 sed cur deficiat animus? decl. 252 p. 34, 8. 368 p. 404, 29. 388 p. 438, 11 sed cur ex aequalibus nemo alius hanc spem vindicat? TERT. anim. 50. adv. Marc. 4, 38 p. 549, 4 *saepius*. AVG. civ. 4, 20 sed cur et Fides dea credita est? ... sed cur non suffecerat Virtus? OV. fast. 1, 175 at cur laeta ... dicuntur verba? 1, 277. 4, 219 at cur turrifera caput est coronata corona? trist. 2, 313 at cur in nostra nimia est lascivia Musa curve (*cf. p. 1441, 40*) meus ... suadet ... liber? MANIL. 1, 495 at cur ... cernimus? QVINT. decl. 292 p. 163, 16. cur tamen: EPIST. Sapph. 185 cur tamen Actiacas miseram me mittis ad oras? OV. met. 10, 623 fast. 5, 355 trist. 3, 1, 39. SEN. contr. exc. 10, 5 cur tamen non reciperent? QVINT. decl. 292 p. 163, 12 cur tamen obtulisti? IVV. 10, 291 cur tamen ... corripias? 13, 192 cur tamen hos tu evasisse putes ...? cur tandem: CIC. Flacc. 86 cur tandem, M. Lurco, non oportet? Brut. 248 cur tandem, inquam, an expectas, quid ego iudicem de istis, qui ...? (*cf. p. 1445, 27*). fin. 2, 52 quam illa *sapientia* ardentis amores excitaret sui! cur tandem?

8 *responsum continetur enuntiato non subiuncto*: PLAVT. Bacch. 333 cur ita fastidit? :: tantas divitias habet, nescit quid faciat auro. Curc. 542 cur nunc a me igitur petis? :: scire volo, quoi reddidisti. Mil. 1402 cur es ausus subigitare alienam uxorem ...? :: ita me di ament, ultro ventumst ad me. Most. 525 Pseud. 348 Rud. 382 TER. Ad. 778. PROP. 2, 34, 1 cur quisquam faciem dominae iam credat amico? sic erepta mihi paene puella mea est. OV. am. 1, 8, 25 et cur non placeas? nulli tua forma secundast. met. 6, 284 cur autem (*cf. p. 1443, 1*) victrix? miserae mihi plura supersunt quam tibi felici. 7, 14 nam cur (*cf. supra l. 34*) iussa patris nimium mihi dura videntur? sunt quoque dura nimis. 8, 76 et cur ulla foret me fortior? ire per ignes et gladios ausim. fast. 3, 767 cur hedera cincta est? hedera est gratissima Baccho. SEN.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Med. 275 cur sontes duos distinguis? illi Pelia, non nobis iacet. MART. 2, 33, 1 cur non basio te, Philaeni? calva es *eqs.* *responsum continetur enuntiato causali*: PLAVT. Amph. 687 cur negas? :: quia vera didici dicere. Asin. 591 cur me retentas? :: quia tui amans abeuntis egeo. Capt. 704 cur es ausus mentiri mihi? :: quia vera obessent illi .... 715 cur ergo (*cf. p. 1443, 68*) iratus mihi es? :: quia illi fuisti ... fidelior. 985. Curc. 437 cur non venit? :: ego dicam tibi: quia .... Epid. 575 tu homo insanis. :: ... quor? :: quia ego hanc ... neque scio .... 710. Merc. 648 cur istuc coeptas consilium? :: quia enim me afflictat amor. 918. 1254. Most. 10 cur me verberas? :: quia vivis. 891 vah, oculi dolent. :: cur? :: quia fumus molestust. Rud. 863 RHET. Her. 4, 16, 23. LVCR. 1, 174 praeterea cur vere rosam ... videmus, si non, ... quia ..., patefit quodcumque creatur (3, 482 cur ea sunt, nisi quod vemens violentia vini conturbare animam consuevit ...? 3, 741 denique [*cf. p. 1443, 26*] cur acris violentia triste leonum seminium sequitur ... si non, certasuo quia semine ... vis animi pariter crescit. *cf.* nisi ne *infra l. 37 et in oratione indirecta p. 1448, 20*). LIV. 33, 31, 2 cur enim (*cf. p. 1443, 49*) alias Romanis tradi urbes nec nominari eas, alias nominari ..., nisi quod ... liberentur (*cf. p. 1448, 20*). PLIN. epist. 6, 29, 2 *bis* (*cf. p. 1446, 3*). PLAVT. Mil. 682 cur non vis? nam procreare liberos lepidumst onus. Persa 620 quor ego id mirer, mi homo? servitus mea mi interdixit, ne quid mirer eum malum. AFRAN. com. 77 cur nimium appetimus? nemini nimium bene est. Ov. am. 3, 10, 45 cur ego sim tristis, cum sit tibi nata reperta ...? ars 1, 347 sed cur (*cf. p. 1444, 49*) fallaris, cum sit nova grata voluptas? *vice responsi adiungitur altera interrogatio*: PLAVT. Most. 300 cur exprobras? :: egone id exprobrem ...? Poen. 353 cur mihi haec irata est? :: cur haec irata est tibi? TER. Ad. 748 cur non? :: sanumne te credis esse? Eun. 430 cur? :: rogas? PACVV. trag. 210 cur illaqueetur hic? :: mecum altercas? CVRT. 6, 10, 21 cur distuli facinus? an sine Dymno non sum ausus? *responsum continetur enuntiato finali*: PLAVT. Aul. 303 follem obstringit ob gulam. :: cur? :: ne quid animae forte amittat dormiens. Capt. 862 iube ... agnum afferri ... :: cur? :: ut sacrufices. Mil. 1260 tene me, obsecro. :: quor? :: ne cadam. Ov. epist. 4, 122 cur, nisi ne caperes regna paterna nothus? (*cf.* si non, quia *supra l. 13*). *interrogationi adiungitur imperativus*: PLAVT. Men. 676 mi Menaechme, cur ante aedis astas? sequere intro. VERG. Aen. 11, 855 cur, inquit, diversus abis? huc dirige gressum, huc ... veni .... Ov. epist. 3, 145 cur autem (*cf. p. 1443, 1*) iubeas? stricto pete corpora ferro. *in interrogatione rhetorica adiungitur subiecto vel obiecto enuntiatum relativum, quo causam actionis enuntiati interrogativi adesse negatur*: PLAVT. Aul. 796 cur eiulas, quem ego avom feci iam ut esses filiai nuptiis? Epid. 574 egone osculum huic dem? :: quor (cur *P*) non, quae ex te nata sit? Men. 493 cur ausu's facere, quoi ego aeque heres eram? RHET. Her. 4, 14, 21 cur eam rem tam studiose curas, quae tibi multas dabit curas? Ov. met. 8, 129 cur, qui vicisti crimine nostro, insequeris crimen? PHAEDR. 3 prol. 55 ego, litteratae qui sum propior Graeciae, cur somno inerti deseram patriae decus? 3, 15, 21 cuius potestas nulla in gignendo fuit, cur hac sit potior, quae iacentis miserita est? PERS. 6, 61 qui prior es, cur me in decursu lampada poscas? SIL. 7, 739 patiens cur arma dedisti, quae solus rexisse vales? QVINT. inst. 12, 8, 5 nam qui iudicare, quid dicendum, quid dissimulandum ... sit, potest, cur non sit orator, quando ... oratorem facit? PLIN. epist. 1, 5, 13 sed tu, qui huius iudicii meministi, cur illius oblitus es ...? 8, 14, 2 dices 'cur quaeris, quod nosse debebas?' APVL. Socr. 20 p. 167 quodsi cuivis potest evenire facultas contemplandi divinam effigiem, cur non apprime potuerit Socrati obtingere, quem cuivis ... numini ... dignitas coaequarat? (*cf. p. 1442, 75*). TERT. anim. 28 denique qui se Euphorbum ... probarat, cur neminem ... recognovit?

II ***in oratione indirecta*** (*iungitur cum coniunctivo praeter p. 1446, 41*): **1** cur non, *loci selecti*: CIC. orat. 180 *quaestio* cur non aeque in oratione atque in versu numerus appareat. fin. 1, 4 in quibus hoc primum est in quo admirer, cur in gravissimis rebus non delectet eos sermo patrius (*cf. p. 1449, 12*). 2, 117 *turpitudines* cur non cadant in sapientem, non est facile defendere. 4, 52 cum expectant et avent audire (*cf. p. 1447, 23*), cur dolor malum non sit. Tusc. 1, 77 num non vis igitur audire (*cf. p. 1447, 23*), cur, etiamsi ita sit, mors tamen non sit in malis. div. 1, 123. 2, 48 nescio, cur ... non possint. ac. 2, 40 *saepius*. Ov. am. 2, 2, 7 et cur non liceat, quaerenti reddita causast, quod ... *et saepissime v. ex. gr. l. 79. p. 1446, 4. 57. 66. 67. 82. 1447, 39. 1449, 32.*

2 *deest verbum enuntiati interrogativi*: CIC. orat. 205 tum autem *explicandum*, in omnibusne numeris aequaliter particulas deceat incidere an facere alias breviores alias longiores, idque quando aut cur. Att. 9, 6, 1 sed fortasse in eo ipso offendetur, cur non Romae potius. sed tamen, si est conveniendus, hic potissimum. ASCON. Mil. p. 45 haec contio ... explicat, et quid senatus decernere voluerit et quis divisionem postulaverit et quis intercesserit et cur. QVINT. inst. 1, 6, 31 requiramus, unde Bruti, Publicolae, Pythici? cur Latium, Italia, Beneventum? PLIN. epist. 6, 29, 2 suscipiendas esse causas aut amicorum aut destitutas aut ad exemplum pertinentes. cur amicorum, non eget interpretatione; cur destitutas? quod .... cur pertinentes ad exemplum? quia ... (*cf. p. 1445, 20*).

3 *adhibetur anaphorice*: CIC. dom. 8 cur ego non timuerim, quaeris? ... cur ... ego non idem senserim? Cael. 19 a quo quaeram, si prodierit, primum cur statim nihil egerit. deinde ... cur productus a vobis potius quam ipse per se, cur tanto post potius quam continuo queri maluerit. CAES. civ. 1, 72, 2 cur etiam secundo proelio aliquos ex suis amitteret? cur ...? cur denique? (*cf. p. 1443, 32*). AETNA 236 scire vices etiam signorum, ... nubila cur Panope caelo denuntiet imbres, quo rubeat Phoebe, quo frater palleat igni; tempora cur varient anni *eqs.* HOR. carm. 1, 8, 2 per omnes te deos oro, Sybarin cur properes ... perdere, cur ... oderit ..., cur neque ... equitet ... nec ... temperet .... STAT. silv. 3, 2, 109 noscat, cur ..., cur ..., curve (*cf. infra l. 26*) ..., cur ... *eqs.* PLIN. epist. 7, 17, 3. *in anaphora cum aliis adverbiis interrogativis*: VARRO ling. 10, 20 quid sit et cur, ascribemus. CIC. inv. 2, 132 quaerere ab iudicibus ipsis, quare in alienis detineantur negotiis; cur rei publicae munere impediantur ... cur in certa verba iurent. LVCR. 3, 730 *v. p. 1447, 51.* 3, 911 illud ab hoc igitur quaerendum est, quid sit amari tanto opere ..., cur quisquam ... possit. CAES. Gall. 1, 40, 4 quid tandem vererentur aut cur de sua virtute aut de ipsius diligentia desperarent? 1, 44, 8 quid sibi vellet? cur in suas possessiones veniret? Ov. am. 2, 19, 42 quaerere, quid latrent ... canes, quas ferat ... ancilla tabellas, cur totiens ... secubet .... fast. 3, 436 disce, quis iste deus curve (*cf. p. 1443, 9 et 1441, 40 et supra l. 15*) vocetur ita. LIV. 27, 19, 9 quis et cuias et cur id aetatis in castris fuisset (*cf. p. 1444, 2*). SEN. nat. 6, 4, 1 ASCON. Mil. p. 45 LVCAN. 9, 619 APVL. apol. 102. TERT. anim. 38 non solum proponendum est, quisnam ea desideret, sed et cui; et si propter se, sed et cur et quando et quonam usque.

4 *praeponitur obiectum sim.*: CIC. Sull. 22 illud quaero, peregrinum cur me esse dixeris. Mil. 57 manu vero cur miserit, si id potius quaeris, quam cur parum amplis affecerit praemiis. epist. 9, 8, 2 quid est, sine his cur vivere velimus? *praeponitur enuntiatum condicionale*: CAES. civ. 1, 32, 3 qui si improbasset, cur ferri passus esset? si probasset, cur se uti populi beneficio prohibuisset? LIV. 28, 24, 7 (*cf. infra l. 66*) TAC. ann. 3, 58 (*cf. infra l. 70*). QVINT. decl. 322 p. 267, 22 te interrogo, si affectari tyrannidem a patre tuo existimabas, cur occideres ...? (*cf. p. 1448, 35*).

5 *sequitur indicativus*: BEDA gramm. VII 267, 28 cur adverbium saepius indicativum verbum trahit. 286, 30 quod et quia et cur et quare verbis subiuncta aliquando indicativum verbum trahunt, aliquando coniunctivum. POMPON. Atell. 103 volo scire ex te, cur urbanas res desubito deseris. VARRO ling. 8, 2 de huiusce multiplici natura orae sunt hae, cur et quemadmodum in loquendo declinata sunt verba. 8, 69 non debere extrinsecus assumi, cur similia sunt. 8, 70. CATVLL. 69, 10 aut admirari desine, cur fugiunt. AETNA 221 nunc quoniam in promptu est operis natura solique, unde ipsi venti, quae res incendia pascit: cur subito cohibentur, iners quae causa silenti, subsequar. MART. 3, 95, 3 cur hoc expectas a me, rogo, Naevole, dicas. 13, 14, 2 dic mihi, cur nostras incohat illa dapes (incohet *pars codd.*). 14, 121 numquid scis, potius cur cocleare vocor? (vocer *pars codd.*). QVINT. decl. 299 p. 182, 10 post haec quisquam queretur, cur ex duobus parricidis neuter iacet tamquam pater, uterque tamquam frater. VERVS Fronto p. 116, 12 N. MACER dig. 42, 1, 63 *p. 1450, 33.* VLP. dig. 2, 11, 2, 8 ut possit ei dici, cur non multo ante profectus est quam dies ... veniret. PORPH. Hor. carm. 3, 29, 12 et cur sic eum appellat, ibi diximus. LAMPR. Alex. 46, 3 quid est, cur nihil petis? AVG. civ. 5, 5 *p. 1448, 34.* GREG. M. moral. 12, 12 notandum quoque est, cur ... inferius ... nominat eumque ... narrat ....

6 *sequitur infinitivus vel accusativus cum infinitivo (in oratione obliqua)*: LIV. 5, 24, 5 cur enim relegari plebem in Volscos (*sc. seditiosi dicunt*). 22, 50, 5 cur enim illos, qui se arcessant, ipsos non venire ...? 28, 24, 7 si debellatum iam et confecta provincia esset, cur in Italiam non revehi? (*cf. supra l. 38*). 33, 31, 2 cur enim alias Romanis tradi urbes nec nominari eas, alias nominari et sine traditione liberas iuberi esse (*cf. p. 1443, 49*). TAC. ann. 3, 58 porro si hi duxissent provincias, cur Dialibus id vetitum? 13, 43 cur enim neminem alium delectum, qui saevienti impudicae vocem praeberet? 14, 1 cur enim differri nuptias suas? 15, 6 cur enim exercitum deductum? cur deserta per otium quae bello defenderant? APVL. met. 4, 11 cur enim manu, quae rapere et iugulare sola posset, fortem latronem supervivere? *nota*: CIC. de orat. 2, 287 quaererent, quid ille patri suo responderet, cur ademptum sibi equom diceret (*i. quid diceret, cur sibi e. ademptus esset*).

7 *structurae*: quid accidit *sim.* (*cf.* quid est *p. 1448, 14*): CIC. Verr. 5, 65 quid accidit, cur tanto opere iste homo occultaretur? epist. 2, 16, 3. Ov. epist. 18, 83 quid tamen evenit, cur sis metuentior undae ...? LIV. 3, 38, 8 quidnam incidisset, cur ... usurparent (10, 18, 14). 34, 54, 6 quid repente factum, cur ... nollent? cur ... fastidiret? accuso *sim.* (*cf.* cur *i. q. quod, quia p. 1451, 30*): CIC. Verr. 3, 16 illud reprehendo et accuso, cur in re tam vetere ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

***cūria**, -ae *f.* [*si conferendum est c. volsc.* couehriu (*abl.*), *a* co-, com- *et* uir *ductum esse videtur; v. Planta, Gramm. d. osk.-umbr. Spr. I 440. Th.*]. *veteres a* cura *derivant*: VARRO ling. 5, 155. 6, 46 *p. 1481, 55 sqq.* frg. Non. p. 57 itaque propter curam locus quoque, quo suam quisque domo senator confert, -a appellatur. *cf.* PAVL. FEST. p. 49. CASS. DIO frg. 5, 8 Boiss. ἑκάστη δὲ τριττὺς εἰς δέκα διῃρέθη κουρίας ἤτοι φροντιστήρια· κοῦρα μὲν γὰρ ἡ φροντὶς λέγεται, καθ' ἑκάστην δὲ κουρίαν συνιόντες, οἱ εἰς αὐτὴν τεταγμένοι τινὰ τῶν καθηκόντων ἐξεφρόντιζον. POMPON. dig. 1, 2, 2, 2 *triginta* partes *populi Romulus* -as appellavit, propterea quod tunc rei publicae curam per sententias partium earum expediebat. AVG. civ. 10, 7 *p. 1487, 55.* ISID. orig. 15, 2, 28 -a dicitur eo quod ibi cura per senatum de cunctis administretur. PRISC. gramm. III 480, 10 dic nomina derivativa ex eo (*cura*): . . . -a curialis. GLOSS. a cura dicta. *aliter*: COMMENT. Lucan. 5, 32 -a dicta propter quod post bellum Sabinum . . . sic a Curibus qui Sabini erant sive propter curam rei publicae hoc nomen inventum est. GLOSS. -a id est domus a cruore dicta. DIFF. gramm. suppl. 283 cura cruciatum habet, diligentia rerum administratio, -a, quae curat. GLOSS. βουλή. βουλευτήριον. -a et ordo βουλευτήριον. V 187, 19 zoga (toga?) (= *advocatio iuridica*). tagma -a seu corus. *dat. plur.* curis: CORP. VIII 24017. XIV 2120. *notatur*: cur.: CORP. VIII 829. 2405. 22901. X 6565, 2. 5. c.: CORP. VIII 3293. *legitur apud* PLAVT. (*semel*) VARRONEM RHET. Her. CIC. SALL. VERG. HOR. PROP. OV. LIV. *etc.*; *deest apud* TER. CATONEM agr. CATVLL. LVCR. CAES. NEP. TIB. *al.* *cf. Kübler et Hülsen, PW. IV 1815.* [*loci corrupti*: VAL. MAX. 6, 5, 1 CORP. V 1863 ANON. Vales. 12, 62.]

I *pars civitatis*: FEST. p. 285 rituales nominantur Etruscorum libri, in quibus perscriptum est, quo ritu condantur urbes . . . quomodo tribus, -ae, centuriae distribuantur. AVG. in psalm. 75, 1 tribus dicuntur tamquam -ae et congregationes distinctae populorum. 121, 7 tribus alio nomine dici possunt -ae, sed non proprie. itaque tribus uno nomine alio proprie dici non possunt, sed vicino dicuntur -ae *eqs.* A *Romanae*: 1 *generatim*: PLAVT. Aul. 107 noster nostrae qui est magister -ae dividere argenti dixit nummos in viros (*cf.* 180 PS. ASCON. Verr. p. 136 [*ad* CIC. Verr. 1, 22]). DIONYS. ant. 2, 47, 4 (*ex Varrone*) [ἐν] ταῖς κουρίαις τεθῆναι τὰ ὀνόματα ὑπὸ τοῦ Ῥωμύλου κατὰ τὴν πρώτην τοῦ πλήθους διαίρεσιν τὰ μὲν ἀπ' ἀνδρῶν ληφθέντα ἡγεμόνων, τὰ δ' ἀπὸ πάγων. CIC. rep. 2, 14 *Romulus* populum . . . et suo et Tatii nomine et Lucumonis . . . in tribus tres -asque t r i g i n t a discripserat *eqs.* (LIV. 1, 13, 6 PAVL. FEST. p. 49 POMPON. dig. 1, 2, 2, 2 SERV. Aen. 8, 638). OV. fast. 2, 530 curio legitimis nunc Fornacalia verbis maximus indicit nec stata sacra facit, inque foro, multa circum pendente tabella, signatur certa -a quaeque nota, stultaque pars populi, quae sit sua -a, nescit, sed facit extrema sacra relicta die. DIONYS. ant. 2, 7, 2 ἐκάλει (Ῥωμύλος) δὲ τὰς μὲν μείζους μοίρας τρίβους, τὰς δ' ἐλάττους κουρίας, ὡς καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον βίον ἔτι προσαγορεύονται. εἴη δ' ἂν Ἑλλάδι γλώττῃ τὰ ὀνόματα ταῦτα μεθερμηνευόμενα . . . φράτρα . . . καὶ λόχος ἡ κουρία. *ibid.* οἱ . . . ταῖς κουρίαις ἐφεστηκότες (*cf.* 2, 65, 4 τοὺς τῶν κουριῶν ἡγεμόνας). 6, 89, 1 νεμηθεὶς . . . ὁ δῆμος εἰς τὰς τότε οὔσας φράτρας ἢ ὅπως βούλεταί τις αὐτὰς προσαγορεύειν, ἃς ἐκεῖνοι καλοῦσι κουρίας. FEST. p. 245 publica sacra quae publico sumptu pro populo fiunt, quaeque pro montibus, pagis, -is, sacellis. PAVL. FEST. p. 49 *fusius de curiis agit.* p. 54 cum essent Romae triginta et quinque tribus, quae et -ae sunt dictae *eqs.* (*cf.* EVGRAPH. Ter. Ad. 438 tribulis autem significat ex eadem tribu, hoc et ex eadem -a. *cf. l. 51. 84*). p. 55 celeres antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus . . . qui primitus electi fuerunt ex singulis -is deni, ideoque omnino trecenti fuere. APPIAN. bell. civ. 3, 94, 389 κουρίας . . . ἐς μέρη τὰς φυλὰς ἢ τοὺς δήμους διαιροῦντες καλοῦσιν (Ῥωμαῖοι), ὡς Ἕλληνες, εἰκάζοντι φάναι, φατρίας. SERV. Aen. 9, 368 Romani equites primo trecenti fuerunt; de singulis enim -is deni dabantur, quas triginta fuisse diximus (*sc.* 8, 638 *v. supra l. 61*). AVG. in psalm. 121, 7 una civitas multas -as habet, sicut Roma t r i g i n t a q u i n q u e -as habet populi. hae dicuntur tribus (*cf. l. 76.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CASSIOD. in psalm. 121, 4 sic enim illi genti [*sc. Israeliticae*] ad numerum filiorum Iacob duodecim tribus fuerunt, sicut Romano populo triginta quinque -ae). LYD. mag. 1, 16 ἑκατὸν τὸν ἀριθμὸν γέροντας ἐκ πασῶν τῶν κουριῶν — ἀντὶ τῶν φυλῶν — ἐπιλέξασθαι τὸν Ῥωμύλον. *nota metonymice i. q.* comitia curiata: CIC. dom. 77 quaero, si aut negasses aut tacuisses *in te P. Fonteium vitae necisque potestatem habere ut in filium*, si tamen id XXX -ae iussissent, num id iussum esset ratum? 2 *singulae curiae*: LIV. 9, 38, 15 *Papirio* legem curiatam de imperio ferenti triste omen diem diffidit, quod Faucia -a fuit principium, duabus insignis cladibus, captae urbis et Caudinae pacis, quod utroque anno eiusdem -ae fuerat principium; Macer Licinius tertia etiam clade, quae ad Cremeram accepta est, abominandam eam -am facit. FEST. p. 174 Foriensis Raptae Veliensis (Vellensis *cod.*) Velitiae *-ae. l. 61.* PAVL. FEST. p. 366 Titia quoque -a ab eodem rege est dicta.

B *aliarum civitatum*: *Italiae*: LEX Tarent. (Ephem. epigr. IX p. 1 *sqq. aetatis Ciceronianae*) 15 antequam maior pars -arum quemque eorum, quei magistratum eis comitieis petent, renuntiabit. SERV. auct. Aen. 1, 17 in sacris Tiburtibus ..., ubi sic precantur 'Iuno curitis tuo curru clipeoque tuere meos -ae vernulas'. CORP. XI 3593 (*Caere*) -ae Aserniae. XIV 2114 (*Lanuvii*) municipes curiales ⟨e⟩t -a ⟨...⟩amonal. 2120 viritim divisit decurionibus et Augustalib(us) et curis n(ummos) XXIIII et curie mulierum epulum duplum dedit. *Siciliae*: INSCR. Notiz. degli scavi 1905 p. 217 universa -a in coetu splendidusuo (*sic*) patrono ... statuam conlocavit. *Sardiniae*: CORP. X 7953 (*Turris Libisonis*) -ae XXIII et ministri Larum Aug. *Hispaniae*: CORP. II 1346 (*Acinipo, Hisp. Baetica*) genio oppi⟨di⟩ sacrum. M. Servilius ... Asper Ceut ... sacroru⟨m⟩ -arum ... d. s. p. ⟨d.⟩. LEX Malac. (Corp. II 1964) 1, 36 ea distributione -arum, de qua supra conprehensum est, suffragia ferri debebunt. 1, 43 *sqq.* in qua -a incolae suffragia ferant *eqs.* 2, 7 uno vocatu omnes -as in suffragium vocet. 2, 10 *sqq.* curato, ut ad cistam cuiusque -ae ex municipibus eiius municipi terni sint, qui eiius -ae non sint, qui suffragia custodiant (2, 22). 2, 21 *al.* *saepissime memorantur in Africa, v.* CORP. VIII ind.; *nota iuncturas*: CORP. VIII 1827 curiales -arum decem (*cf.* 974 -ae Aeliae. 72 -ae Antoniae. 2405 -ae Commodae. 17906 eius *sc. -ae Marciae*). 1828 populus curiar(um) X (11340 splendidissimus ordo et universus popul⟨us⟩ -arum col(oniae) Sufetulensis. 11349). 1845 L. Aemilius ... rei -ae suae donavit. 2714 -ae Sabinae seniores. 22901 iuventus cur(iae) Vlp(iae). 17831 epulo -arum *dato* d(ecurionum) d(ecreto). 5276 singulae -ae (4202 et condecurionibus sportulas duplas et -is sing(ulis sestertios) CXX n(ummos). 24017). 240 universae -ae (826. 1882. 1888. 10523 [?]. 11332 *al.*). 1882 -ae universae et Augustal(es) (16556. 1888 universae -ae ⟨et A⟩ugustales. 16558). 1889 -is et Augustali(bus) (16556. 16559. 16560). *cognomina*: Aelia (974 *Neapolis*). Antonia (72 *Gurza*). Antoniniana (3293 *Lambaesis*). Aug(usta) (3293 *Lambaesis.* 22900 *Leptis minor*). Aur(elia) (3293 *Lambaesis*). Caelestia (14613 *Simitthus.* 829 *Turca*). Commoda (2405 *Thamugadi*). Iovia (3302 *Lambaesis*). Iulia Felix (2596 *Lambaesis*). Iulia et Traiana (3516[add.] *Lambaesis*). Marcia (17906 *Thamugadi*). Papiria (2712 *et* 3293 *Lambaesis*). Poblicia (INSCR. Revue archéol. 4 sér. XII 1908 p. 444). Sabina (CORP. VIII 2714 *Lambaesis*). Saturnia (3293 *Lambaesis*). Sexverviana (*i. Severiana.* 8655 *Mons*). Traia(na) (3293 *et* 3516[add.] *Lambaesis*). Vlp(ia) (22901 *Leptis minor*).

II ***aedificium***: VARRO ling. 5, 155 -ae duorum generum, nam et ubi curarent sacerdotes res divinas ut -ae veteres, et ubi senatus humanas ut -a Hostilia, quod primus aedificavit Hostilius rex. *cf.* 6, 46 -ae, ubi senatus rempublicam curat et illa, ubi cura sacrorum publica, ab his curiones. **A** *aedes, ubi sacrificia fiunt*: *XXX -arum*: VARRO ling. 5, 83 curiones dicti a -is, qui fiunt, ut in his sacra faciant. 5, 155 -ae veteres (*v. supra l. 56.* FEST. p. 174 novae -ae proximae compitum Fabricium aedificatae sunt, quod parum amplae erant veteres a Romulo factae, ubi is populum et sacra in partes triginta distribuerat, ut in is ea sacra curarent; quae cum ex veteribus in novas evocarentur, septem [quattuor *corrigendum?*] -arum per religiones evocari non potuerunt. itaque Foriensis, Raptae, Veliensis [Vellensis *cod.*], Velitiae res divinae fiunt in veteribus -is. TAC. ann. 12, 24 certis spatiis interiecti lapides *Romae quadratae* per ima montis Palatini ad aram Consi, mox -as veteres *eqs.* SERV. Aen. 8, 361 *Augustus* natus est in -is veteribus. REG. urb. p. 15, 11 regio X. Palatium. continet ... -am veterem. *cf.* CVRIOS. urb. reg. 10 p. 14, 9). VARRO ling. 6, 15 Fordicidia ... quod eo die publice immolantur boves praegnantes in -is complures. OV. fast. 4, 635 ter denas -a vaccas accipit et largo sparsa cruore madet. DIONYS. ant. 2, 23, 2 ἑστιατόριον γὰρ ἦν κατεσκευασμένον ἑκάστῃ φράτρᾳ καὶ ἐν αὐτῷ καθωσίωτό τις ... ἑστία κοινὴ τῶν φρατριῶν. ὄνομα δὲ καὶ τοῖς ἑστιατορίοις ἦν, ὅπερ ταῖς φράτραις, κουρίαι καὶ μέχρις ἡμῶν οὕτω καλοῦνται. 2, 50, 3 ἐν ἁπάσαις ... ταῖς κουρίαις (Ῥωμύλος) Ἥρᾳ τραπέζας ἔθετο κυρίτιδι λεγομένῃ. FEST. p. 254 (*locus dubius huc pertinere videtur*). *cf.* PAVL. FEST. p. 62 curionia sacra, quae in -is fiebant. CORP. VI 975a II 1 (*a. 136*) vico -arum. -a Acculeia *v. vol. I p. 252, 3.* -a Calabra *v. nom. propr. p. 65, 61.* -a Saliorum: CIC. div. 1, 30 Romuli lituus ... cum situs esset in -a Saliorum, quae est in Palatio, eaque deflagravisset, inventus est integer (*cf.* CORP. VI 2158 mansiones Saliorum Palatinorum). *fortasse huc pertinet*: PAVL. FEST. p. 49 -a Tifata (curia tifana *codd.*) a Curio dicta est, quia eo loco domum habuerat. p. 366 Tifata iliceta. Romae autem Tifata -a. *adde*: CORP. VI 10154 locatione statuae in acletarum (*sic*) -a.

B *aedificium, quo senatus convenit*: GLOSS. βουλευτήριον domus consilii; ubi ordo consilium init; id est domus a cruore dicta, in qua componuntur omnia sive martyres occiduntur sive epistulae accipiuntur. **1** *Romae*: **a** *proprio nomine significata*: -a Hostilia: VARRO ling. 5, 155 *p. 1481, 55.* 7, 10 -a Hostilia templum est et sanctum non est. CIC. fin. 5, 2 -am nostram — Hostiliam dico, non hanc novam, quae minor mihi esse videtur, posteaquam est maior — ... intuens. LIV. 1, 30, 2 templum ... ordini ab se aucto -am fecit *Tullus Hostilius*, quae Hostilia usque ad patrum nostrorum aetatem appellata est. 5, 55, 1 cum senatus ... in -a Hostilia haberetur. 22, 55, 1. VELL. 2, 12, 6 homines ... exitiabiles *Marius* in Hostilia -a morte multavit. 2, 26, 2 in -a Hostilia. VAL. MAX. 9, 5, 2. PLIN. nat. 35, 22 tabulam ... proposuit in latere -ae Hostiliae. GELL. 14, 7, 7 et in -a Hostilia et in Pompeia et post in Iulia, cum profana ea loca fuissent, templa esse per augures constituta, ut in iis senatusconsulta more maiorum iusta fieri possent. SCHOL. Cic. Bob. p. 61, 8 Hild. -a Pompeia: CIC. div. 2, 23 *Caesar* ... in -a Pompeia ante ipsius Pompeii simulacrum ... trucidatus (GELL. 14, 7, 7 *supra l. 19* EMPOR. rhet. p. 569). SVET. Iul. 80 senatus Idibus Martiis in Pompei -am edictus est (84 in -a Pompei). 81 Pompeianae -ae (SERV. Aen. 1, 286). -a Iulia: MON. Ancyr. 6, 18 ⟨clupeusque aureu⟩s in cúriá Iúliá positus. SVET. Cal. 60 senatus in asserenda libertate adeo consensit, ut consules primo non in -am, quia Iulia vocabatur, sed in Capitolium convocarint. GELL. 14, 7, 7 *supra l. 19.* ACT. lud. saec. Sept. Sev. 1, 5 in comitio in -a Iulia XVV⟨ir⟩i s. f. an⟨te⟩ suggestum a⟨m⟩plissim⟨orum consulum consti⟩terunt. -a Octaviae: PLIN. nat. 36, 28 in -a Octaviae. -a Pompiliana: VOPISC. Aurelian. 41, 3 cum ... senatus amplissimus in -am Pompilianam convenisset. Tac. 3, 2. **b** *sine adiectivo* (*nonnulla de his etiam ad III A pertinent*): CATO inc. libr. frg. 2 quod iter longius arduiusque erat a -a. TITIN. com. 60 in foro aut in -a posita potius quam rure apud te in clausa (forum *et* -a: CIC. Catil. 1, 32. 2, 1 non in campo, non in foro, non in -a, non denique intra domesticos parietes pertimescimus. 2, 5 hos, quos video volitare in foro, quos stare ad -am, quos etiam in senatum venire. 3, 20 si illud signum [*simulacrum Iovis*] ... solis ortum et forum -amque conspiceret. 4, 2. Mur. 84 in urbe, in foro ... non nemo etiam in illo sacrario rei publicae, in ipsa, inquam, -a non nemo hostis est. 85 versabitur in rostris furor, in -a timor, in foro coniuratio, in campo exercitus, in agris vastitas. Sull. 26. dom. 5 obsessione templorum, occupatione fori, oppressione -ae. 13 fori depopulator, obsessor -ae. 67 quam facile ... Cn. Pompeium foro -aque privarit. p. red. in sen. 19 Sest. 53. 75 forum, comitium, -am. 90 tuto esse in foro, in templo, in -a. Vatin. 22 cum ... M. Bibulum foro, -a, templis, locis publicis omnibus expulisses. har. resp. 6 qui urbem totam, qui -am, qui forum, qui templa omnia caede incendiisque terreret. Mil. 91 Deiot. 6. div. 2, 142 cum aut in foro magistratus aut in -a senatum video. off. 3, 2 extincto ... senatu deletisque iudiciis quid est quod dignum nobis aut in -a aut in foro agere possimus? epist. 4, 6, 2. LIV. 2, 23, 11 ceteros metus non -a modo sed etiam foro arcebat. 2, 55, 9. 3, 17, 4. 45, 2, 4 *legati* in forum ad -am perrexerunt. MON. Ancyr. 6, 26 ⟨et in -a et⟩ in foro Aug. sub quadrigis [ἐν τῷ βουλευτηρίῳ]. SEN. dial. 2, 12, 2 in campo foroque et in -a. 7, 7, 3 virtutem in templo convenies, in foro, in -a, pro muris stantem. epist. 47, 16. QVINT. inst. 11, 1, 47 in foro, -a, campo, theatro, domi. TAC. ann. 1, 7. 3, 36. SVET. Cal. 44. *cf. p. 1483, 83. 1484, 4. 23*). VARRO Men. 411 ecce ... quidam navicularius semustilatus rumpit se in -am. CALID. or. frg. Non. p. 208 horrea -aque et tabulariae publicae. CIC. Catil. 1, 32 obsidere cum gladiis -am. dom. 130 *signum Concordiae* C. Cassius censor cum in -am transtulisset *eqs.* Sest. 144 defensorem templorum atque tectorum, praesidium -ae. har. resp. 47 *exercitum C. Caesaris* signis infestis in -am se immissurum. Scaur. 46 -a illa vos de gravissimo principatu patris (*sc. M. Aemilii Scauri*) fortissimoque testatur. Planc. 71 stante urbe et -a. Mil. 90 *sq.* Marcell. 10 parietes ... huius -ae tibi gratias agere gestiunt. Phil. 14, 15 cives unum se in locum ad illam -am furiis potius suis quam rei publicae infelicem congregabant. rep. 2, 31 *Tullus Hostilius* fecit ... et saepsit de manubiis comitium et -am (LIV. 22, 7, 7 frequentis contionis modo turba in comitium et -am versa. ASCON. Mil. p. 43 erant enim tunc rostra non eo loco quo nunc sunt, sed ad comitium, prope iuncta -ae. PLIN. nat. 35, 27 *Augustus* in -a quoque, quam in comitio consecrabat, duas tabulas impressit parieti. S. C. de nund. salt. Beg. [Corp. VIII 11451] 5 in comitio in -a). CIC. fin. 3, 7 quippe qui (*M. Cato*) ... in ipsa -a soleret legere saepe, dum senatus cogeretur (*cf.* VAL. MAX. 8, 7, 2). CARM. Suet. Iul. 80 Gallos Caesar in triumphum ducit, idem in -am. SALL. Catil. 43, 3 se ... impetum in -am facturum. VERG. Aen. 7, 174 hoc illis (*regibus*) -a templum *erat* (*cf.* SERV. *ad l.* quia -a non erat nisi in augurato loco). PROP. 4, 1, 11 -a, praetexto quae nunc nitet alta senatu, pellitos habuit, rustica corda, patres. 4, 4, 13 ubi nunc est -a saepta, bellicus ex illo fonte bibebat equus.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

OV. ars 3,117 -a consilio nunc est dignissima tanto: de stipula Tatio regna tenente fuit. met. 15,802 neque enim locus ullus in urbe ad facinus diramque placet nisi -a caedem *Caesaris*. fast. 3,140 ante tuas fit idem (*laurea*), -a prisca, fores. LIV. 1, 48, 3 *Servium* e -a in inferiorem partem per gradus deiecit; inde ad cogendum senatum in -am rediit. 8, 33, 9. 22, 7, 14. 22, 60, 1 manus ... ad -am tendebant. 27, 10, 5. 38, 56, 12 *Scipionem* prohibuisse statuas sibi in comitio, in rostris, in -a ... poni (*cf.* VAL. MAX. 4,1,6). 41, 27, 7. 45, 2, 1 senatus in -a habitus. 45, 2, 4. MON. Ancyr. 4,1 -am et continens ei chalcidicum...feci. 6,34 -am cum ch⟨alcidico⟩. VAL. MAX. 5, 3, 1. 8, 15, 2 ASCON. Mil. p. 46. 51. LVCAN. 5, 32 -a solos illa videt patres, plena quos urbe fugavit. PLIN. nat. 7,212 cum *accensus* a -a inter rostra et graecostasim prospexisset solem. 34, 26 eae *statuae* stetere, donec Sulla dictator ibi -am faceret. 35,131 Nemea...quam in -a diximus positam. SIL. 11, 252 nondum tibi -a necdum templorum intrati postes. TAC. Agr. 45 obsessam -am (FLOR. epit. 3, 21, 20). hist. 1, 85. ann. 2,34 -am relinquebat. 3,57 senatus consulta aureis litteris figenda in -a. 4, 8. 6, 18. 40. 12, 5. 13, 4. 14, 2. PLIN. epist. 8, 6, 5 nec expiata postea -a est. SVET. Iul. 76 sedem auream in -a et pro tribunali (AMM. 16, 10, 13). 88 Aug. 31. 53 die senatus numquam patres nisi in -a salutavit. 58. 100 Victoria quae est in -a. Dom. 23 repleta ... -a. FLOR. epit. 4, 2, 91 suggestus in -a. 4, 7, 2 FRONTO p. 196, 3 N. PANEG. 11, 29 nos ad -am sollemnia diei huius senatusconsulta ducebant. LAMPR. Alex. 6, 2 in -am, hoc est in aedem Concordiae templumque inauguratum. TREB. Claud. 3,3 illi... clypeum aureum...in Romana -a collocatum est (7, 6 OROS. hist. 7, 23, 1). VOPISC. Tac. 9, 2 statuam argenteam in -a. AVSON. 300, 9 nostris (*sc. Romanorum*) negotiis sua loca sortito data: campus comitiis, ut conscriptis -a. 319, 5 -a me duplex (*Burdigalensis et Romana*) et uterque senatus habebat. 419, 3 Romanus populus, Martius campus, equester ordo, rostra, ovilia, senatus, -a, unus mihi omnia Gratianus. AMM. 26, 6, 18 petit -am. 28, 1, 42 scopae florere sunt visae, quibus nobilitatis -a mundabatur. VVLG. I Macc. 8,15 (βουλευτήριον). AVG. civ. 3, 28 de ipsa -a, tamquam de carcere producebantur ad gladium. 3, 30 in ipsa -a. MART. CAP. 4,364 OROS. hist. 4, 16, 9. 6, 17, 1. SIDON. epist. 1, 7, 9 procedit noster *reus* (*sc. Arvandus*) ad -am. *cf.* LIB. pontif. p. 50, 4 *Silvester* constituit, ut nullus clericus propter causam quamlibet in -a introiret nec ante iudicem cinctum causam dicere nisi in ecclesia (*cf. Mommsen ad l.; v. etiam p. 1482, 8*).

singulae partes -ae (*nonnulla pertinent ad 2*): cella: CAPITOL. Pert. 4, 9 de castris nocte cum ad senatum venisset et cellam -ae iussisset aperiri. fores: LIV. 27, 50, 9 tanto ... certamine ac tumultu populi ad fores -ae concursum est, ut adire nuntius non posset. OV. fast. 3, 140 *supra l. 3.* VAL. MAX. 3, 2, 18 ante fores -ae constitit. TAC. ann. 2, 29 lectica delatus ad fores -ae. PLIN. epist. 8, 14, 5 assistebant -ae foribus. LIV. 1, 36, 5 statua Atti ... in comitio in gradibus ipsis ad laevam -ae fuit. PLIN. nat. 35, 22 in latere -ae Hostiliae. limen: CIC. har. resp. 2 concidit in -ae paene limine. LIV. 3, 41, 4. 5, 7, 9 limine -ae continebatur senatus. 45, 44, 20 PLIN. nat. 7, 182. TAC. ann. 2, 37 ante limen -ae. 3, 36. 6, 2. PLIN. epist. 1, 8, 17 cum ... plebem ipsam ... limine -ae parietibusque discreverim (*in imagine*). parietes: LIV. 2, 28, 8 intra parietes -ae. PLIN. epist. 1, 8, 17 *l. 50.* paneg. 75 acclamationes quidem nostrae parietibus -ae claudebantur. CIC. Att. 3, 15, 6 quoddam caput legis Clodium in -ae poste fixisse. vestibulum: LIV. 1, 48, 1 a vestibulo -ae magna voce ... inquit .... 2, 48, 10 in vestibulo -ae. 6, 26, 3. 4. 7, 31, 5. 22, 59, 16. 23, 12, 1. 23, 20, 5. 24, 24, 9 *p. 1484, 10.* 30, 21, 5. 30, 24, 10 in -ae vestibulo. 45, 24, 12 omni auro et argento ... in comitio, in vestibulo -ae vestrae cumulato (*oratio Rhodiorum*).

2 *aliarum civitatum*: *generatim*: VERG. Aen. 11, 380 non replenda est -a verbis (*Turnus loquitur; cf.* 11, 234 ergo concilium magnum primosque suorum imperio accitos alta intra limina cogit *Latinus*). VITR. 5, 2, 1 aerarium, carcer, -a foro sunt coniungenda ... maxime quidem -a in primis est facienda ad dignitatem municipii sive civitatis. PLIN. epist. 1, 8, 16 hunc ipsum sermonem non apud populum, sed apud decuriones habui, nec in propatulo, sed in -a (*in imagine; cf.* 1, 8, 17 *supra l. 50*). *speciatim: apud scriptores: Athenis*: VAL. MAX. 5, 4 ext. 2 plus ... laudis in carcere quam in -a assecutus es (*sc. Cimon*). SEN. dial. 7, 27, 1 Socrates ex illo carcere quem intrando purgavit omnique honestiorem -a reddidit, proclamat *eqs.* 9, 5, 1 coibat cotidie carnificum triste collegium et infelix -a tyrannis angustabatur (*agitur de triginta tyrannis*). AVSON. 300, 7 *Atticis* theatrum -ae praebet vicem. *nota*: IVV. 9, 101 occulta teges ut -a Martis Athenis (HIER. epist. 70, 2 *Paulus* apud Athenienses in Martis -a disputans. MART. CAP. 9, 999 *satura loquitur*: possem ... *prodire* comis utque e Martis -a). *Camuloduni*: TAC. ann. 14, 32 feminae in furorem turbatae adesse exitium canebant, externosque fremitus in -a eorum (*Camulodunensium*) auditos. *Capuae*: LIV. 23, 2, 9 claudam ... in -a vos. 23, 2, 10. 23, 3, 3. 8. 26, 13, 1. *Carthagine*: SIL. 11, 500 multo patrum stipatur -a coetu. *Catinae*: CIC. Verr. 5, 100. *Concordiae*: FRONTO p. 193, 14 N. ususne est *Volumnius* ... omnibus decurionum praemiis commodisque, cenis publicis, in -a, in spectaculis? *Mytilenis*: HIST. Apoll. rec. A 45 in publico in foro in -a (rec. B ad -am mittit et convocatis omnibus maioribus civitatis clamavit). *Rhodi*: CIC. rep. 3, 48 *Rhodii* et in theatro et in -a res capitales et reliquas omnes iudicabant. *Salamine*: CIC. Att. 6, 1, 6 inclusum in -a senatum Salamine. 6, 2, 8. *Sirmii*: AMM. 30, 5, 16 apud Sirmium fulmen palatii et -ae partem incendit et fori. *Syracusis*: CIC. Verr. 3, 47 tantus in -a clamor factus est, ut populus concurreret. 3, 50 in -a Syracusis, quem locum illi βουλευτήριον nomine appellant, honestissimo loco et apud illos clarissimo. 3, 145. 5, 119 in qua (*Achradina*) ... amplissima est -a. 5, 137. 139 in -a positum monumentum. 5, 143. LIV. 24, 22, 1 populus omnis ... in Achradinam ad -am convenit. 24, 24, 4. 6. 9 ante -am. *ibid.* in vestibulo -ae. *Thermis*: CIC. Verr. 3, 112 aenea tabula fixa Thermis in -a. *Tibure*: LIV. 9, 30, 7. *Troiae*: OV. met. 13, 197 intrata est altae mihi -a Troiae. *nota: i. q. inferorum domus*: CLAVD. 3, 40 complentur vario ferrata sedilia coetu (*sc. Discordiae, Famis, Senectutis, Morbi al.*) torvaque collectis stipatur -a monstris.

in titulis: CORP. I 1341 (= XI 3583) -am tabularium subseliarium loco privato de sua pecunia c(olonis) C(astri) N(ovi) f(aciundum) coeravit. II 3538 (*Murciae*) -am sua impensa f(aciendam) c(uravit). III 3148 (*Apsori*) porticum -am ... faciundum curavere. 8817. V 2856, 7 (*Patavii*) praefecti decuriones consuluerunt ... in -a. V 5447 (*Clivii*). VIII 1548 (*Agbia*) *p. 1486, 49.* 11774 (*Mididi, a. 290—292*) -a a solo ex⟨tructa cum gradibus et porticibu⟩s. 24095 (*Pupput, saec. IV*) forum ... cum aedibus ... et -a meliori cultu restituit. 14683 (*Simitthus*) -a Iovis. IX 4065 (*Carsiolis*). 3429 (*Peltuini*) Peltuini Vestinis in -a Aug. ordinem habentibus. X 1126 (*Abellini*). 4643 (*Calibus*) in -a Torq(uatae?) Vitr(asia). 1453 (*Herculanei*). 476, 4 (*Paesti*) in -a Caesarea. 1782 (*Puteolis*) in -a basilicae Augusti ⟨An⟩nianae. *cf.* 1783 in -a templi basilicae Augusti Annianae. XI 6481 (*a. 148*) clipeo posito in -a. 5996 (*Sestini, a. 375*) genium -ae dedicatum in istatuam in -a Aug(usta) positum. VI 1492 Ferentini in -a aedis Mercurii. XIV 2795 (*Gabiis*) Gabis in municipio in -a Aelia Augusta.

III *metonymice i. q.* **senatus**: CIC. de orat. 3, 167 ex quo genere (*sc. metonymia*) haec sunt ... '-am' pro senatu, 'campum' pro comitiis, 'togam' pro pace. PAVL. FEST. p. 94 gerusia -a ab aetatis vocabulo dicta. GLOSS. βουλὴ ἐπὶ τοῦ συστήματος. βουλή. senatus. consilium. conventus et contio idem est, id est curas (*sic*). V 367, 14 in -a: in medlae (moethlae) (*anglosax.* moeđle *dat. sing. vocis* moeđel '*contio, conventus populi*' = *in contione*). A *Romae* (*cf. sub II B 1*): VARRO Men. 452 hunc vocasset e liquida vita in -ae vestrae faecem. RHET. Her. 4, 21, 29 hic, tametsi videtur esse honoris cupidus, tantum tamen -am diligit, quantum Curiam? CIC. Q. Rosc. 17 ita dignissimus est scaena propter artificium, ut dignissimus sit -a propter abstinentiam. Verr. 3, 76 quando ... homo tantae luxuriae atque desidiae nisi Februario mense aspirabit in -am? Font. 43 inserite oculos in -am. Cluent. 119 ut ... hominibus ignominia notatis neque ad honorem aditus neque in -am reditus esset. 129 habebit ... -a senatorem, populus Romanus iudicem, res publica civem ... quemquam, qui *eqs.* Flacc. 57 speculatur atque obsidet rostra vindex temeritatis et moderatrix officii -a (Cael. 59 in -a ... in rostris ... in republica. Pis. 7 ut semper in rostris -am, in senatu populum defenderim. Cato 32. de orat. 3, 63 nos avocat a rostris a iudiciis a -a. VAL. MAX. 4, 1, 12 ubi illa tot in -a iurgia? ubi tot multae pro rostris altercationes? TERT. spect. 22 arcentes -a rostris senatu equite ceterisque honoribus. PANEG. 12, 47). CIC. Sest. 97 maximorum ordinum homines, quibus patet -a. 128 quem -a magis requisivit, quem forum luxit, quem aeque ista tribunalia desideraverunt? (Vatin. 8 forum maestum, muta -a. Lig. 37 fac igitur, quod ... fecisti nuper in -a, nunc idem in foro. Phil. 7, 7. 13, 39 fin. 4, 21. ac. 2, 3 tanta vis virtutis atque ingenii peregrinata afuit ab oculis et fori et -ae. nat. deor. 3, 69 domus ... forum ... -a, campus, socii, provinciae. de orat. 1, 32 forum subsellia rostra -amque. 3, 86 forum ... -am ... causas ... rempublicam. Att. 12, 21, 5 cum foro, sine iudiciis, sine -a. 12, 23, 1 epist. 4, 3, 4. 5, 13, 4 odium temporum hominum fori -ae. 7, 33, 2. 9, 2, 5 LIV. 2, 29, 6. 5, 27, 11. 7, 6, 12. 9, 46, 11 VELL. 2, 126, 2 VAL. MAX. 2, 9 praef. SEN. dial. 2, 6, 7 perdiderunt ... ambitiosi -am et forum et loca exercendis in publico vitiis destinata. 9, 11, 7 forum -a sermo. epist. 73, 4 reliquit et -am et forum et omnem administrationem rei publicae. 77, 17 LACT. inst. 3, 3, 14 OROS. hist. 6, 15, 2. ENNOD. epist. 5, 2 p. 125, 14 non est bonis partubus infecunda Liguria: nutrit foro germina, quae libenter amplectatur et -a. CARM. epigr. 1411, 11 te fora, te cuncti, te magnum -a quaerit). CIC. Sest. 129 quod est postridie decretum in -a. Vatin. 10 huic civitati, huic rei publicae, huic urbi, his templis, aerario, -ae, viris his, quos vides. prov. 38. Pis. 32 luctum senatus ... -ae taciturnitatem annuam. 40 quodsi non ... in perpetuum tibi -am praeclusisses. Phil. 4, 14. 7, 23 -am populi Romani. 11, 19 ambitionem induxero in -am. de orat. 1, 27 ut dies ... -ae fuisse videretur, convivium Tusculani. 3, 164 nolo 'stercus -ae' dici Glauciam. orat. 148 quae quidem me antea in iudicia atque in -am deducebant, nunc oblectant domi. Att. 1, 20, 3 a -a ... nulla me res divellet. 2, 1, 8. 9, 5, 1. 10, 8, 3 ad Q. fr. 2, 4, 5 epist. 5, 2, 8. HOR. carm. 2, 1, 14 insigne maestis praesidium reis et consulenti, Pollio, -ae. 3, 5, 7 pro -a inversique mores! OV. am. 3, 8, 55 -a pauperibus clausast. trist.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 10, 35 -a restabat (*sc. ut senator fierem*): clavi mensura coacta est. Pont. 4, 4, 35 -a te excipiet. fast. 2, 127 sancte pater patriae, tibi plebs, tibi -a nomen hoc dedit. 5, 63 nec nisi post annos patuit tunc -a seros. LIV. 1, 46, 2 *Tarquinius* criminandi Servi apud patres crescendique in -a sibi occasionem datam ratus est. 1, 53, 6 quam in -a solitudinem fecerit (23, 22, 2 solitudinem -ae). 2, 23, 14 frequenti ... -a (SVET. Iul. 22). 2, 24, 3 -a maesta ac trepida (PLIN. epist. 8, 14, 8 -am trepidam et elinguem). 2, 28, 4 nunc in mille -as contionesque, cum alia in Esquiliis, alia in Aventino fiant concilia, dispersam et dissipatam esse rem publicam (3, 41, 2 aut in -a aut in contione. 10, 45, 1 VAL. MAX. 6, 1, 9. 6, 4, 2 SEN. dial. 4, 25, 4 QVINT. decl. 379 p. 423, 24). LIV. 3, 39, 6 in -a ... extra -am. 4, 48, 15 cum ex omnibus partibus -ae tribuni appellarentur (30, 21, 10 ex omni parte. 30, 22, 6). 8, 5, 7 quemcumque in -a Latinum vidisset. 23, 31, 7 fremitus in -a ortus. 30, 35, 10. 41, 24, 3 -a populi Romani. 44, 15, 3. 45, 22, 2 venimus in -am Romanam (CAPITOL. Pert. 3, 2. IOS. arch. 18, 1 [Rufin. hist. 1, 5, 4] vir unus ex consessu -ae Romanae usque ad gradum consulatus ascendens [Euseb. chron. τῶν εἰς τὴν βουλὴν συναγομένων]. ENNOD. opusc. 1, 22 p. 267, 18 Romanae fax -ae). VAL. MAX. 2, 2, 1 fidum erat et altum rei publicae pectus -a. 2, 2, 3 aures -ae. 6, 6, 5 illam -am mortalium quis concilium ac non Fidei templum dixerit? 9, 7 -a castris cedere se confessa (AVSON. 279, 4 -a quod castris cesserat imperio. CLAVD. 8, 10 in mediis effulget -a castris). *al.* ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 4. 8. 10. SEN. dial. 8, 3, 1 si quis semper unius *sententiam* sequitur, non in -a sed in factione est (*cf.* TERT. apol. 39 *infra l. 69*). benef. 5, 15, 5 quibus ... -a extra muros praeberetur. LVCAN. 1, 487 -a et ipsi sedibus exiluere patres (PETRON. 119, 41 -a patrum. CALP. ecl. 1, 62 ENNOD. carm. 1, 8, 25 p. 530). 3, 108. 5, 11 peregrina ac sordida sedes Romanos cepit proceres, secretaque rerum hospes in externis audivit -a tectis. LAVS Pis. 67. PLIN. nat. 15, 74 *Cato* attulit quodam die in -am ... ficum. SIL. 6, 456. 15, 457. STAT. silv. 1, 4, 41 -a felix (4, 4, 76). 4, 1, 10 IVV. 8, 91. TAC. ann. 6, 3 statim -a, deinde Italia exactus est (12, 59). PLIN. epist. 5, 13, 2. 8, 6, 14. paneg. 92 suffragator in -a, in campo declarator. SVET. Tib. 61 in media -a. *al.* Claud. 40. TERT. anim. 33 cui -a, cui populus suffragiis immolat (CAPITOL. Opil. 11, 6). PANEG. 9, 20. 10, 35. 11, 24 SPART. Sept. Sev. 6, 8. 7, 4 CAPITOL. Max. Balb. 1, 3. TREB. trig. tyr. 3, 9 praesente ⟨quo⟩ (*sc. Postumo*) ... non in -a dignitas pereat (33, 1 vir plane militaris et antiquae in -a dignitatis). VOPISC. Tac. 19, 5 AVSON. 364, 12. 419, 3. SYMM. epist. 1, 89, 1 (*a. 370—375*) facundiam tuam -ae magis quam caveae convenire. AMM. 22, 7, 3 frequentabat ... -am. CLAVD. 17, 258 illumque habitum (*sc. consularem*) quo iungitur aulae -a (28, 596 habituque Gabino principis et ducibus circumstipata togatis iure paludatae iam -a militat aulae. ENNOD. dict. 13, 5 p. 465, 21 mecum centuriae, ... mecum Severum et Paterium et aula veneratur et -a). CLAVD. 19, 58. 20, 74. 22, 300. 28, 652 cuius *anni* cunabula fovit -a. AVG. civ. 2, 12 itane pluris tibi habenda est existimatio -ae vestrae quam Capitolii, immo Romae unius quam caeli totius. MART. CAP. 5, 429 post -arum fata (*sc. Romanae et Atheniensis*). MARCELL. chron. II p. 91, 32 -am fragilem ... vel praepaventem fovit vel dependentem tutatus est. RVT. NAM. 1, 13 religiose patet peregrinae -a laudi nec putat externos, quos decet esse suos. SIDON. epist. 1, 6, 2 si semel ... viderit domicilium legum, gymnasium litterarum, -am dignitatum, verticem mundi. ENNOD. opusc. 1, 57 p. 276, 23 coronam -ae innumero flore velasti. 6, 19 p. 408, 22 in ipsis (*Festo et Symmacho*) est nobilis -ae principatus, quos vidisse erudiri est. dict. 8, 12 p. 449, 13 sacri iam rudimenta venerare collegii: ad Latiaris -ae proficiunt sidera, quos vides scintillis modicis futurum lumen ostendere. PRISC. Anast. 194 -a perversis iam cessat moribus omnis nec licet iniustis solito contemnere leges. CASSIOD. var. 9, 7, 2 praetorianam egit ... dignitatem, -am reparans, pauperibus ablata restituens. CARM. epigr. 1411, 3 hic iacet ... conspicuam cuius suspexit -a linguam.

B *aliarum civitatum*: **1** *generatim*: VLP. dig. 4, 2, 9, 1 sive singularis sit persona, quae metum intulit, vel populus vel -a vel collegium vel corpus. APVL. mund. 25 militiae principes et -ae proceres et urbium ac domorum rectores. TERT. apol. 38 ne civitas in partes scinderetur, quae res facile comitia, concilia, -as, contiones, spectacula etiam ... inquietaret. 39 cum pii, cum casti congregantur (*sc. christiani*), non est factio dicenda, sed -a. AMBR. in Luc. 3, 3 in senatu et reliquis -is civitatum. LACT. epit. 93, 5 *Plato* feminis -am reseravit. PS. RVFIN. in psalm. 9, 7 (*ex Augustino?*) civitates in quibus diabolus regnat, sunt illi in quibus dolosa et fraudulenta consilia tamquam -ae locum obtinent. *ibid.* ubi rex, ubi -a, ubi ministri, ubi plebs invenitur: civitas est. **2** *speciatim*: **a** *civitatum sui iuris*: *Athenis*: MART. CAP. 5, 427 Athenis vero -am gymnasia theatraque pro arbitrio reflexisse ... ferebatur *Rhetorica*. 5, 429 *l. 50*. Martis -a *cf. p. 1483, 73 sqq.* *Carthagine*: LIV. 23, 12, 7 audiamus Romanum senatorem in Carthaginiensium -a. 30, 44, 4. FLOR. epit. 2, 6, 7 excusso in media -a togae gremio (*aliter de colonia*: APVL. flor. 16 p. 72 in -a Carthaginiensium. p. 74. 75. 18 p. 85. VOPISC. Tac. 18, 2 senatus amplissimus -ae Carthaginiensi s. d.). *Getarum*: CLAVD. 26, 482 crinigeri sedere patres, pellita Getarum -a. *Israel*: ITALA Ios. 23, 2 (Lugd.) omnes filios Istrahel et -am illorum (τὴν γερουσίαν αὐτῶν, VVLG. maiores ... natu). EPIST. imp. inc. de Tymand. (Corp. III 6866) sic uti ceteris civitatibus ius est coeundi in -am ... ipsa quoque *Tymandenorum* civitas permissu nostro agere possit. *cf.* AVSON. 446, 2 Telemachus Ithacesios proceres cogit ad -am. 452, 2 iussis primoribus in -am convenire (*ab Alcinoo*). **b** *municipiorum et coloniarum* (*i. q. ordo decurionum. cf.* GLOSS. servitiae [*sic*] rei publicae): *apud scriptores* (*cf. p. 1485, 81*): PETRON. 44 in -a autem quomodo singulos [vel] pilabat [tractabat], nec schemas loquebatur, sed derectum. TRAIAN. Plin. epist. 10, 80 non capto magistratu eos qui minores triginta annorum sint, ... in -am etiam loci cuiusque non existimo legi posse. FRONTO p. 197, 2 N. tanto natu senem prohibuisse -a. SCAEV. dig. 50, 1, 19 quod maior pars -ae effecit, pro eo habetur ac si omnes egerint. VLP. dig. 3, 4, 3. 50, 4, 6 de tempore quo quisque *decurio* in -am allectus sit. 50, 4, 8. PAVL. dig. 48, 19, 38, 10 -a summoventur (sent. 5, 15, 5. 5, 20, 6). MARCIAN. dig. 50, 7, 5 (4), 5 in -am lecti. HERMOG. dig. 39, 4, 10 vectigalia sine imperatorum praecepto neque praesidi neque curatori neque -ae constituere ... licet. APVL. met. 10, 6 -am, sed et plebem. 10, 7 confertae conspectu -ae. 10, 8 unus e -a senior. 10, 12 nemo de -a, de optimatibus nemo ac ne de ipso quidem populo quisquam. apol. 24 participare -am coepi. VOPISC. Tac. 18, 5 -ae Trevirorum. Car. 4, 4 albo -ae (*Madvig*, avo iuria *cod.*) Aquileiensis civitatis insertum (HIER. hom. Orig. in Ezech. 10 p. 970 infamia decurioni *est* eradi de albo -ae. CASSIOD. var. 9, 4, 2 de albo -ae ... abradi. *cf.* ENNOD. epist. 2, 10 p. 50, 4 *p. 1487, 52*). AVSON. 174, 6 sensit acerbum saucia proh! casum -a Burdigalae te primore vigens (319, 5 *v. p. 1483, 29*). Mos. 401 quos -a summos municipum vidit proceres. LIB. pontif. p. 93, 5 *Bonifatius I* constituit ... nec servum clericum fieri, nec obnoxium -ae vel cuiuslibet rei (GREG. M. epist. 2, 37 [*a. 592*] ne ... paenitentem, vel -ae aut cuilibet condicioni obnoxium ad sacros ordines permittas accedere. 4, 26 [*a. 594*] ne obnoxius -ae compellatur post sacrum ordinem ad exactionem publicam redire). COD. Theod. 6, 35, 3 (*a. 319* [*immo 352*]) ad -am vel honores vel munera municipalia devocentur. 8, 2, 1 (*a. 341*) -is officiisque municipalibus reddantur. EPIST. pontif. Thiel Gelas. (*a. 494*) 14, 2 -ae ... nexibus absolutus (COD. Iust. 10, 32, 67, 2 urbicariae nexibus -ae liberantur). ALC. AVIT. hom. 6 p. 110, 26 Viennensis senatus, cuius tunc numerosis illustribus -a florebat. CASSIOD. var. 2, 18, 2. 7, 12, 2 laudabiles ordines -ae. 7, 47, 3 -am custodire. 9, 2, 6 non enim in cassum vobis -am concessit antiquitas, non inaniter appellavit minorem senatum, nervos quoque vocitans ac viscera civitatum. 9, 4, 1 dum -a multiplici numerositate laetetur. INST. Iust. 1, 10, 13 is qui, dum naturalis *filius* fuerat, postea -ae datus potestati patris subicitur. 3, 1, 2ª COD. Iust. 5, 27, 9, 2 *sqq.* (*a. 528*). 10, 32, 67, 2. 3. 10, 35, 3 *sqq.* 10, 44, 4 pr. 1. 2. NOVELL. Iust. 62, 2, 2. 3.
in titulis: CORP. III 13917 decre(to) -ae. V 532, 2, 6 (*Tergeste*) impetrando, uti Carni Catalique ... per aedilitatis gradum in -am nostram admit⟨te⟩rentur ac per hoc civitatem Romanam apiscerentur, et aerarium nostrum ditavit et -am complev⟨it⟩. VIII 1548 (*Agbia*) statuam genii -ae ... in -a posuit (*cf.* XI 5996 [*Sestini, a. 375*] *p. 1484, 29*. X 7024, 1, 11 (*Catinae*). 4725 (*ager Falernus*) dignus -ae et populi patronus. 5853, 14 puer(is) -ae increment(is). 5349 (*Interamna Lirenate*) omnibus honoribus et honeribus -ae suae perfuncto. 6565, 2 (*Velitris*) princ(ipalis) cur(iae). 6565, 5 princ(ipalis) et patroni -ae. XII 6038 in -a sua et concilio provinciae Narbonesis. 1585 adlecto in -am Lugudunensium nomine incolatus a splendidissimo ordine eorum. XIII 5099 (*Aventici*) qui -am donavit. *nota i. q. dies senatus*: SEN. contr. 7, 7, 17 non expectasse se -am. APVL. flor. 16 p. 74 Carthaginienses omnes qui in illa sanctissima -a aderant. *ibid.* illos ... alteram statuam ... in sequentem -am protulisse.

iuncturae selectae ad II et III A B: *accus.*: circumsedere: LIV. 3, 68, 1 VAL. MAX. 3, 8, 5. circumsistere: LIV. 2, 23, 11 TAC. ann. 5, 4. habere: SEN. Ag. 11. ingredi: LIV. 24, 24, 4. 27, 8, 8. 44, 19, 7 TAC. ann. 6, 15. 16, 27 PLIN. paneg. 66, 2 SVET. Cal. 28 Dom. 9 SPART. Did. 4, 5 Carac. 2, 9 Geta 6, 5 LAMPR. Heliog. 12, 13 CAPITOL. Max. Balb. 1, 2 Pert. 3, 2 ENNOD. epist. 3, 21, 1 p. 87, 13. inire: TAC. ann. 6, 2. intrare: OV. met. 13, 197 VAL. MAX. 2, 2, 7. 7, 3 ext. 7 SVET. Tib. 30. 70 TAC. ann. 16, 25 VVLG. I Macc. 12, 3. introire *p. 1487, 14*. petere -am: VAL. MAX. 5, 10, 3 AMM. 26, 6, 18. *dat.*: interesse -ae: SVET. Aug. 38 VOPISC. Tac. 19, 2. *abl. vel praepos.*: abducere in -am: LIV. 39, 49, 12. abscedere a -a: LIV. 27, 50, 4. abstinere -a: VAL. MAX. 1, 7, 2. SVET. Iul. 14 in reliquum anni tempus. accersere in -am: LIV. 42, 3, 5. accire in -am: LIV. 9, 30, 7 (*Tibure*) SVET. Iul. 16 Claud. 10. aditus: VAL. MAX. 2, 2, 1 aditus in -a dabatur. 2, 8, 4 cui ... aditum in -a esse voluerunt. *nota*: 2, 9, 3 indignum eum aditu -ae existimaverunt. admittere in -am: PLIN. epist. 79, 3 SVET. Nero 15. agere in -a: VAL. MAX. 2, 2, 1 QVINT. decl. 351 p. 380, 7 SVET. Aug. 94 Claud. 23. citare in -am: LIV. 1, 47, 8. 2, 38, 6. concurrere ad -am: CIC. Rab. Post. 18 LIV. 8, 28, 6 SVET. Tit. 11. concursus: LIV. 1, 48, 2 in -am. 4, 60, 1 ad -am. 5, 7, 6. 26, 13, 1 (*Capuae*). confugere in -am: OROS. hist. 5, 17, 9. convenire: LIV. 24, 22, 1 ad -am. PLIN. paneg. 54 in -am (APVL. met. 10, 7 LAMPR. Alex. 6, 2 VOPISC. Aurelian. 41, 3). convocare in -am: SVET. Cal. 60. currere ad -am: CIC. Mil. 91. deducere: VAL. MAX.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 1, 9 ad -am. 5, 1, 1 e -a. deferre in -am: CIC. div. 1, 55 LIV. 2, 36, 7. 8 VAL. MAX. 8, 13, 5 SVET. Nero 8. descendere in -am: SPART. Did. 4, 3. discedere e -a: CIC. Verr. 5, 145. egredi -a: SALL. Iug. 15, 2 LIV. 2, 31, 10. 2, 48, 10. 23, 10, 5 VAL. MAX. 7, 8, 9 TAC. ann. 3, 65. ex -a: LIV. 5, 55, 2. 7, 31, 12. 45, 20, 7. emovere -a: LIV. 30, 23, 1. erumpere -a: TAC. ann. 12, 7. esse in -a: SEN. contr. 7, 7 (22), 2. evocare e -a: LIV. 1, 48, 5. excedere -a: LIV. 37, 1, 3. 42, 26, 5. 45, 20, 3. 45, 25, 1 VAL. MAX. 4, 1, 7 TAC. hist. 4, 43. excire -a: LIV. 27, 50, 9. exire e -a: LIV. 2, 35, 2. extrahere -a: SVET. Iul. 20. inducere in -am: CIC. Marcell. 13. Phil. 13, 28 ambitionem induxero in -am. SVET. Claud. 12 Dom. 11 CAPITOL. Max. Balb. 3, 5. inferre in -am: LIV. 22, 32, 4. 44, 14, 3 ASCON. Mil. p. 34. 55. introducere in -am: LIV. 22, 1, 14. 24, 3, 5. 24, 32, 1. 42, 17, 9. 44, 16, 7. introire: LIV. 8, 28, 7 in -am (*sed* TAC. ann. 4, 21. 16, 22. SVET. Iul. 81 introiit -am. FRONTO p. 194, 9 N. ius introeundae -ae. VVLG. I Macc. 8, 19). irrumpere in -am: VAL. MAX. 6, 9, 14 TAC. ann. 11, 23. 14, 11 SVET. Cal. 14 FRONTO p. 194, 8 N. pervenire in -am: LIV. 27, 51, 5. procedere e -a: LIV. 34, 22, 1. se proripere ex -a: CIC. har. resp. 2 SALL. Catil. 31, 9 LIV. 3, 17, 1. 8, 30, 11 SVET. Aug. 54. recedere de -a: CAPITOL. Aur. 10, 8. recipere in -am: SVET. Iul. 76 FLOR. epit. 3, 16, 6. recitare in -a: LIV. 42, 8, 4 AMM. 21, 10, 7. redire in -am: LIV. 1, 48, 3. 26, 32, 7. reditus de -a: SPART. Geta 7, 3. reducere in -am: LIV. 26, 31, 1. referre in -a: VAL. MAX. 3, 7, 3. regredi e -a: VAL. MAX. 1, 5, 3. revocare in -am: LIV. 5, 7, 11. 22, 55, 8. 22, 56, 6. 45, 2, 8. summovere a -a: LIV. 23, 6, 7. curru vehi ad -am: PLIN. nat. 7, 141. venire in -am: CIC. Verr. 5, 138 Pis. 26 Phil. 8, 31 de orat. 3, 2. 6 LIV. 1, 35, 6. 3, 39, 1. 45, 22, 2. 45, 44, 20 SEN. contr. 1, 8, 4 VAL. MAX. 2, 2, 6. 9, 5, 1. 2 FLOR. epit. 4, 2, 94 PLIN. paneg. 60. CAPITOL. Pert. 4, 11 ad -am venerunt (CAPITOL. Gord. 22, 7). CAPITOL. Gord. 11, 2. vocare in -am: CIC. ad Q. fr. 2, 3, 2 LIV. 3, 38, 8. 5, 7, 9. 9, 6, 11. 22, 55, 1. 43, 2, 4 FEST. p. 254 OROS. hist. 5, 20, 4. *genet.*: decus -ae: CARM. epigr. 1819, 2. fax: ENNOD. opusc. 1, 22 p. 267, 18. lumen -ae: CIC. Mil. 33. VAL. MAX. 9, 4, 1 lumina -ae, ornamenta fori. ENNOD. dict. 16, 4 p. 472, 14. ornamentum -ae: CIC. Verr. 2, 77. -ae princeps: VAL. MAX. 8, 5, 3. sidus -ae: ENNOD. epist. 1, 13, 4 p. 24, 13 carm. 1, 8 praef. 5 p. 528, 23.

C *deorum, angelorum sim.* SEN. apocol. 8 non mirum quod in -am impetum fecisti. 9 Iovi venit in mentem, privatis intra -am morantibus ⟨senatoribus non licere⟩ sententiam dicere. *ibid.* volo ut servetis disciplinam -ae. TERT. apol. 6 Serapidem et Isidem ... Capitolio prohibitos inferri, id est -a deorum pulsos (ARNOB. nat. 5, 11 Liberum ... post deorum augustissimas -as caeli ab culminibus lapsum. AVIAN. fab. apol. 14 ita ut ipsum Iovem et totam deorum -am provocaret ad risum). PS. ORIG. tract. 18 p. 193, 18 vincentibus ... *deus* supra thronum suum ut sedeant in -a honoris sui potestatem concedit. AVG. civ. 2, 19 in illa angelorum quadam sanctissima atque augustissima -a caelestique republica, ubi dei voluntas lex est (16, 6 in illa eorum -a superna. GREG. M. in euang. 15, 1 in illa superna angelorum -a ascribi festinate). 5, 1 *in caeli* velut clarissimo senatu ac splendidissima -a (PS. PROSP. carm. de prov. 954 recipit caeli servatos -a cives). *cf.* ENNOD. epist. 2, 10 p. 50, 4 illis ... quos ... effusus sanguis albo -ae caelestis ascripsit (dict. 1, 21 p. 428, 28 senatus illic -ae caelestis accitus est. FACVND. defens. 12, 5 p. 852ᴮ velut in quadam caelesti -a considentes). AVG. civ. 10, 7 de illa superna quodammodo -a. geritur namque ibi cura de nobis. gen. ad litt. 9, 19 ut et ipsius mens per extasin particeps fieret tamquam angelicae -ae. MART. CAP. 1, 73 *Sol* rosulenti splendoris gratia totam aulae ipsius -am ... luminavit. 5, 431 ingressus -am superum. 6, 588 caelicolarum auratam -am ... intrasse. 8, 807 in istam venerabilem -am ac deorum ventura conspectus. 9, 892 enervi mollitudine sideralis -ae. 9, 913 miscilla sacrae dum geruntur -ae. ENNOD. carm. 1, 9, 86 p. 536 turba sacerdotum venerandaque -a saecli. MART. BRAC. in bas. 3 -a mundi victa suos tandem stupuit siluisse sophistas.

IV ***translate*:** A *i. q. comitium, contio,* ἐκκλησία: IVL. VAL. 2, 3 quae causa cum -am contraxisset deliberationi praesentium necessariam (*Athenis*; PS. CALLISTH. ἐκκλησιάζουσιν). 2, 6 universae Atheniensium cur⟨i⟩ae maiestas. 2, 9 agitur ... haec -a, ut video, super tractatu, utrum *eqs.* MART. CAP. 6, 573 de patre ferunt sine matris foedere natam *Palladem,* provida consilium quod nescit -a matrum. *in imagine*: POTAM. tract. 2 p. 1416ᴮ Belias ... intra loricam sacri pectoris fidei comitium, praedicationis politicae litterarum -am requirebat (*in Iesaia*).

B *i. q. collegium, ordo*: 1 *i. q. senatores, ordo senatorius*: Q. CIC. pet. 10 qui ex -a Curios et Annios, ab atriis Sapalas et Carvilios, ex equestri ordine Pompilios et Vettios sibi amicissimos comparavit (TREB. Valer. 6, 3 tu aestimabis, qui manere in -a debeant, tu equestrem ordinem in antiquum statum rediges). SEN. epist. 44, 2 eques Romanus es et ad hunc ordinem tua te perduxit industria: at mehercules multis quattuordecim clausi sunt; non omnes -a admittit (PLIN. nat. 9, 127 *purpura* distinguit ab equite -am. FRONTO p. 195, 13 N. globus equitum Romanorum, pars -ae). STAT. silv. 4, 5, 41 parvus inter pignora -ae contentus ⟨artae⟩ lumine purpurae crescis. CAPITOL. Pert. 13, 2 fuit in -a honorificentissimus. CLAVD. 18, 308 candida pollutos comitatur -a fasces, forsitan et dominus. AVG. civ. 2, 13 Romani ... hominibus scaenicis nec plebeiam tribum, quanto minus senatoriam -am dehonestari sinunt (COD. Theod. 6, 6, 1 [*a. 382*] in omni etiam -ae senatoriae actu, sententia, coetu, si quis consulatu et praefectura vel culmine militari conspicuus est, pridem consulari praeferendus haud dubio est). ENNOD. opusc. 2, 132 p. 328 (*Roma loquitur*) ecce iam -a mea ad caelum vocatur laudatur accipitur.

2 *sodalitas, societas*: ITALA psalm. 25, 5 (Aug. c. Parm. 3, 4, 23) odio habui -am nequissimorum (ἐκκλησίαν πονηρευομένων, VVLG. ecclesiam malignantium). TERT. apol. 39 tot tribubus et -is et decuriis ructantibus acescit aer *eqs.* AMM. 22, 9, 8 querentes consortiis se -arum addictos iniuste.

deriv.: curialis, curiatus, 1. curio. *Sigwart.*

ˣ**cūriālis** *adi. et subst. a* curia, *cf.* GRAMM. suppl. 67, 23. *aliter* (*a* cura): CASSIOD. *l. 36.* PRISC. *p. 1480, 33.* ISID. *l. 35.*

1 PAVL. FEST. p. 49 -es eiusdem curiae, ut tribules et municipes. PLAVT. Aul. 179 nam neque quisquam -ium venit neque magister. CIC. off. 2, 64 Theophrastus ... scribit Cimonem Athenis etiam in suos -es Laciadas hospitalem fuisse. PS. FVLG. RVSP. serm. 56 p. 926ᶜ de qua ego curia (*sc. angelorum*) Gabriel ad te -is adveni. MART. CAP. 1, 95 ut post membra corporea deorum fierent -es *Aeneas Romulus aliique.* *in titulis*: CORP. XIV 2114 (*Lanuvii*) municipes -es. VIII 72 (*prov. Byzac.* = 23021) -es curiae Antoniae. 924 (*prov. procos.*). 974 ad remunerandos -es curiae Aeliae. 1261. 1827 -es curiarum decem. 2405 -es cur(iae) Commodae. 3298. 3302. 23261/2 -es ... posuerunt. *adi. i. quod ad curiam pertinet*: CORP. XI 3593 (*Caere*) deos -es ... curiae Aserniae. VIII 757 (*a. 235/8*) aedem -em Concordiae ... fecit. *cf.* INSCR. Notiz. degli scavi 1907 p. 465 (*cf.* Bull. com. 1908 p. 42) lares ⟨c?⟩uriales. *de sacerdote*: PAVL. FEST. p. 64 -es flamines curiarum sacerdotes. *ibid.* -es mensae in quibus immolabantur Iunoni, quae Curis appellata est. CORP. VI 1779 (*a. 384*) -is Herc⟨u⟩lis.

2 *i. q. decurio municipii*: ISID. diff. 1, 108 -es officiales publici (GLOSS. ministri puplici). orig. 9, 4, 24 dicti -es, quia civilia munera procurant et exequuntur. CASSIOD. var. 9, 2, 1 -es quibus a provida sollicitudine nomen est. GLOSS. βουλευτής. βουλευτικός. qui serviunt in curia *eqs.* -es et decuriones qui curi⟨a⟩lia munera procurant. SORT. Sangall. 28, 4 -is esse desideras. 29, 5. 30, 8. 31, 9. 32, 10. SYMM. epist. 9, 51 Hipponensium -es. rel. 28, 4 Praenestini -es. 28, 5. CORP. III 7000 I 19. V 335 -al(i) veter(i) Par(entii) (*cf. Mommsen ad l.*). AMM. 22, 9, 12. 27, 7, 7 AMBR. c. Aux. 16. HEGES. 3, 3, 7 sescentos -es (βουλήν *Ioseph. 2, 641*). AVG. civ. 18, 10 Areopagitae appellati sunt -es urbis eiusdem (*cf.* GLOSS. Areopagita -is). POSSID. vita Aug. 1 de numero -ium parentibus honestis et christianis progenitus erat. EPIST. pontif. Loewenfeld Pelag. 23 CASSIOD. var. 2, 24, 4 *al.* PALLAD. hist. mon. I 7 p. 277ᴬ. II 14 p. 368ᴬ servus cuiusdam fuit -is (πολιτευομένου τινός). ISID. diff. 1, 371 municipes sunt -ium maiores (*cf.* GLOSS. *s. v.* municeps). COD. Theod. 12, 1, 19 (*a. 331*). 12, 1, 30 (*a. 340*) -es omnium civitatum. 12, 1, 60 (*a. 364*) sacerdotes vel -es. 9, 35, 2 (*a. 376*). 1, 12, 1 (*a. 393*). 9, 31, 1 (*a. 409*) nemo -ium, plebeiorum possessorumve. *inde adi. i. q. decurionalis* (*de senatu*: CLAVD. DON. Verg. Aen. 1, 426 disponebantur leges et honores -es et ipsa curia): AMBR. epist. 18, 13 si privilegium quaerat sacerdos, ut onus -e declinet. COD. Theod. 12, 1, 15 (*a. 327*) veteranorum filios -bus muniis innectendos (12, 1, 132 *a. 393* COD. Iust. 10, 35, 3 pr.). 12, 1, 19 (*a. 331*) -bus ut vinculis absolvantur. 12, 1, 34 (*a. 342*) -bus muneribus (16, 2, 9 *a. 349.* 16, 2, 11). 12, 1, 121 (*a. 390*) ex ordine -i. 6, 3, 3 (*a. 396*) a -bus terris senatoria gleba discreta sit. 12, 1, 175 (*a. 412*) ex consortio -i. COD. Iust. 1, 3, 20, 1 -i condicioni obnoxii. 10, 35, 3, 1 quae *filia* -bus nuptiis copulata sit. *ibid. saepius.*

3 *i. q. aulicus*: AMM. 21, 12, 20 Romulus et Sabostius -es. AVG. serm. 392, 3 erubescit nec senator, sed tantum -is, quod non erubuit imperator? SALV. gub. 3, 50 -ium ... iniquitas. 5, 18 urbes, ubi quot -es fuerint, tot tyranni sunt. COD. Iust. 1, 2, 22 pr. ex qualicumque -i liberalitate (*i. imperatoris*).

adv. **cūriāliter**. *i. q. facete*: AVIAN. fab. apol. 30 laudaverunt cocum eo quod se -r excusasset.

cūriālitās, -ātis *f. a* curialis. *i. q. ordo decurionum*: NOVELL. Valent. 3, 3 -is oneribus obnoxii.

curiārius *v.* coriarius.

cūriātim *adv. cf.* curiatus. *i. q. per curias*: CIC. rep. 2, 31 *Tullus Hostilius* de imperio suo exemplo Pompilii populum consuluit -m. FEST. p. 246 ut censores ex omni ordine optimum quemque -i⟨m⟩ in senatu⟨m⟩ legerent. LEX Malac. (Corp. II 1964) 2, 5 municipes -m ad suffragium ferendum vocato ita ut uno vocatu omnes curias in suffragium vocet.

cūriātius *v. p. 1489, 14. 18 et nom. propr.*

B *translate*: 1 *i. q. viri qui magistratum gerunt*: SIL. 10, 587 lux una eversas bis centum instare (in strage *Marsus, edd.*) -es ac iuvenum bis tricenis orbata gemebat milibus exhaustae nutantia moenia Romae. STAT. silv. 1, 4, 47 reddere iura foro nec proturbare -es. CLAVD. 24, 6 venerare -em, quae tibi (*Romae*) restituit fasces (*sc. Stilichonem*); complectere dextram, sub iuga quae Poenos iterum Romana redegit. ENNOD. opusc. 2, 112 p. 321, 18 caeli curia (*sc. synodus*) variarum dotibus aucta -ium et multo redemptoris nostri auro ostroque decorata (*in imagine*). VEN. FORT. Mart. 3, 502 Roma, carnis apostolicae quo sunt duo celsa sepulchra: prima tenent terris et utrique priora supernis, dogmatis ore pares et sedis honore -es (*sc. Petrus et Paulus apostoli*). *nota i. q. consul*: CLAVD. 28, 431 (*imperator Honorius Romae respondet*) advectae misso Stilichone -es, ut nostras tibi, Roma, vices pro principe consul impleret generoque socer. 2 *i. q. magistratus curulis, praecipue consulatus*: STAT. silv. 1, 4, 82 revocant fasti maiorque -is (*i. consulatus*). 4, 1, 36 manet insuper ordo longior et totidem felix tibi Roma -es terque quaterque dabit. 4, 4, 77 iam te blanda sinu Tyrio sibi curia felix educat et cunctas gaudet spondere -es. AVSON. 290, 8 *Capua* sperare -es Campanis ausa auspiciis. 406, 23 columen -is Romulae. 406, 69 quem -is proxima collegio nati dedit. CLAVD. 17, 7 talem te protinus anni formavere rudes et dignum vita -i traxit iter. 17, 260 nec ... illum ... habitum ... perfecto detulit anno deposuitque suas te succedente -es. 17, 266. 18, 26 si tibi servili placuit foedare -es crimine. 22, 264 si vos adeo Stilichone -es augeri flagratis. SIDON. epist. 7, 12, 1 isset per avitas tibi stilus noster -es, patricias nihilominus infulas enumeraturus. NOVELL. Valent. 11, 1 duplicatae tanti suggestus infulae et -ium ornamenta geminarum obtentis semel anteferenda sunt fascibus. ENNOD. epist. 1, 5, 1 p. 9, 21 inter -ium possessores diligentum fabulis addebamur. 8, 1, 3 p. 199, 17 fuerit in more veteribus -ium celsitudinem campi sudore mercari. 8, 1, 5 p. 200, 14 par fuit propinquum laudare in commune augmentum laborantem, quia non est proprium quod quasi singulariter videtur palmata conferre; venit ad me equidem portio de -i (opusc. 1, 15 p. 265, 21 fasces accepisti, non quo tibi accederet genius de -i, sed ut de te pretium palmata mereretur). 9, 30, 9 p. 253, 25 saeculares apices, -es et trabeas, patricias etiam dignitates. opusc. 3, 168 p. 374, 18 *Laconius* quem et praerogativa natalium et avorum -es per magistrae probitatis insignia sublimarunt. dict. 13, 4 p. 466, 13 Paterius et Severus, ornamenta -ium et parentiva vocabula purpurarum. CASSIOD. var. 10, 11, 3 (*a. 535*) meruisti coniugem regiae stirpis accipere, quam in tuis -bus nec praesumpsisses optare. *Sigwart.*

***curvo**, -āvī, -ātum, -āre [*a* curvus. *Th.*]. CARM. epigr. 899, 1 (*a. 568*) curbati *pontis.* GLOSS. κάμπτω, κοιλαίνω. DIFF. ed. Beck p. 49, 59 '-atur' de se, 'flectitur' manibus. *legitur inde a* VARRONE; *habent singulis locis*: ELEG. in Maecen. GERM. VELL. MELA MART. TAC. SVET. frg.; *binis*: VARRO PROP. GRATT. PAVL. FEST. CELS. CALP. IVV.; *ternis*: PLIN. epist. APVL.; *saepius*: VERG. (7^{ies}), HOR. (4^{ies}), OV. (22^{ies}), MANIL. (8^{ies}), SEN. trag. (4^{ies}), dial. (*bis*), epist. (5^{ies}), CVRT. (5^{ies}), COLVM. (4^{ies}), LVCAN. (10^{ies}), PLIN. nat. (20^{ies}), SIL. (13^{ies}), STAT. (8^{ies}). *deest* CIC. CATVLLO PVBLIL. LVCR. CAES. SALL. NEP. TIB. LIV. VITR. SEN. rhet. VAL. MAX. PHAEDR. SCRIB. LARG. PERS. VAL. FL. FRONTONI GAIO. [*loc. dub.*: VARRO Men. 105.] [*francog.* courver. *M.-L.*]

I *i. q. flectere*: A *transitive* (*passive -ari saepe i. q.* se -are): 1 *de hominibus*: OV. met. 9, 435 nec nostrum seri -rent Aeacon anni. MANIL. 1, 520 nec motus puncto -at cursusve fatigat (*de senio in imag.*). CELS. 8, 1 aliquid ad necessaria opera -atur. SEN. dial. 6, 26, 2 ad ictum militaris gladii composita cervice -atos. STAT. Theb. 6, 649 toto -atus corpore. silv. 2, 1, 110 sive catenatis -atus membra palaestris staret. IVV. 6, 262 quanto galeae -etur pondere. APVL. met. 4, 7 anum quandam -atam gravi senio. 5, 10 maritum articulari etiam morbo complicatum -atumque. ITALA Is. 2, 9 (Cypr. Fort. 3 Firm. err. 28, 11) -atus est homo et humiliatus est vir (ἔκυψεν, VVLG. incurvavit se). TERT. spect. 23 cum in lege praescribit maledictum esse, qui muliebribus vestietur, quid de pantomimo iudicabit, qui etiam muliebribus -atur (curatur *B*)? LACT. inst. 2, 2, 14 qui -ant caeleste animal ad veneranda terrena. 2, 2, 19 vos in terram -amini (VVLG. exod. 34, 8 -atus est pronus in terram. AVG. c. Faust. 12, 42 p. 368, 20 si non deprimuntur atque -antur ad terram. PROSP. in psalm. 143, 3 in terram). 2, 17, 9 nefas esse rectum animal -ari ut adoret terram. CHIRON 374 runcos ducit et -atus erit. VVLG. Sirach 7, 25 -a illos a pueritia illorum (κάμψον). 33, 30 -a illum compedibus (βάρυνον τὰς πέδας αὐτοῦ). Is. 44, 15 fecit sculptile et -atus est ante illud (44, 17 -atur ante illud. προσκυνεῖ). psalm. 37, 7 miser factus sum et -atus sum usque in finem (κατεκάμφθην). Iob 9, 13 sub quo (*sc. deo*) -antur qui portant orbem (ἐκάμφθησαν). AMM. 16, 12, 5 primo -atus, deinde humi suppliciter fusus. RVFIN. Orig. in num. 11, 9 ut corpore quidem in oratione -etur, sensibus autem per diversa discurrat (EVGIPP. Sev. 16, 4 in oratione -atus oravit fletu largissimo). SIDON. epist. 7, 17, 1 non dignitatem minus quam membra -atus. EVG. TOLET. carm. 14, 1 iam miserum captat -are senecta. 20, 30 ut -et hostes et resistat improbis. OP. imperf. in Matth. 27 p. 773 temptatio -at eum (*ibid.* flectit). CASSIOD. anim. 12 p. 1306^{C} cum altissimus sis, proximior redderis supplicatione -atis. in psalm. 1, 1 cathedra ... nos -atos molliter a dorso suscipit. LEX Visig. 5, 7, 8 si muneris acceptione corruptus iniuste -berit innocentem (*i. in servitutem*). GREG. M. in euang. 31, 8 cum terrena concupiscimus, cum ad temporalia appetenda -amur. moral. 11, 47 adversis atteritur et tamen a spei suae rectitudine non -atur *patiens.* *nota in imag.*: HOR. carm. 3, 10, 16 neque te munera nec preces ... nec vir ... -at (*i. persuadet*). *adde de hominis corpore, anima, corporis membris*: OV. met. 2, 479 -arique manus et aduncos crescere in ungues *coeperunt.* 10, 699 digiti -antur in ungues (QVINT. inst. 11, 3, 95 duobus modice -atis. HIER. epist. 133, 7 -are digitum, movere manum). PAVL. FEST. p. 43 quem (*sc. Capyn*) a pede introrsus -ato nominatum antiqui nostri Falconem vocant. CELS. 8, 1 os ... plenius latiusque et paululum in exteriora -atum. TAC. ann. 1, 34 -ata senio membra (LACT. opif. 5, 10. AMM. 18, 8, 5 -atisque membris, humum vultu paene contingens, salutavit patronum. 28, 1, 38). ITALA Is. 58, 5 (Barnab. 3, 2) si -veris quasi circulum collum tuum (ἂν κάμψητε ὡς κρίκον τὸν τράχηλον, VVLG. contorquere. *cf.* VVLG. Sirach 33, 27 iugum et lorum -ant collum durum. Ier. 27, 8 collum suum sub iugo regis). ITALA Phil. 2, 10 (Cypr. patient. 24 testim. 2, 13 Ps. Cypr. rebapt. 6) omnes genu -ent caelestium (VVLG. omne genu flectatur. CLEM. ad Cor. 57 genua cordis vestri. AMM. 17, 10, 3 genibus -atis oravit. VVLG. iud. 7, 5 IV reg. 1, 13 I Esdr. 9, 5 Is. 45, 23 Mich. 6, 6. Rom. 11, 4 ante Baal. RVFIN. Clement. 3, 50 hist. mon. 7 p. 411^{B} PRVD. cath. 2, 51 AVG. civ. 17, 22). OPTAT. 5, 7 p. 135, 22 qui (*operarius*) -ato dorso ... sinus terrae faciat (RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 130^{D} animae quae dorsum suum -verunt. *cf.* AVG. civ. 19, 4 si ... dorsi spina -etur et hominem quodam modo quadrupedem faciat). ZENO 1, 10, 2 sane cervicem -as non religione, sed pondere (AMM. 29, 5, 15 -ataque cervice humi paene affixus. VVLG. Sirach 30, 12 CLAVD. 10, 291. GILD. Brit. 35 *cervix* de imis ad inferiora -atur). AMM. 16, 10, 10 corpus perhumile -bat portas ingrediens celsas (17, 12, 13 stantes -atis corporibus). CASSIAN. conl. 11, 2, 2. 23, 6, 75 superciliis in semiorbium speciem -atis iunctisque. HIER. in Ephes. 3, 14 flectentes genu nequaquam poplitem -verunt. epist. 125, 18 ciconiarum deprehendes

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

post te colla -ari (*v. vol. III p. 1051, 56*). DIDASC. apost. 31, 2, 3 oculos suos -verunt, ut non videant oculis. PRVD. cath. 4, 41 -are caput sub expolita aeris materia (apoth. 455 caput ante pedes -are Minervae. Ps. AVG. quaest. 109, 3 p. 258, 14). AVG. in psalm. 124, 2 non voluntatem dei ad voluntatem suam -are conantur. epist. 131 tali onere quodam modo depressa -atur *anima*. SORAN. 104 extendere etiam et -are similiter pedes *infantis*. GREG. M. in euang. 1, 5 in annis autem senilibus statura -atur. in Ezech. 1, 6, 18 *scriptura sacra* mores ad standum dirigit, ut auditorum mentes ad terrenam concupiscentiam non -entur. *de re personata*: SEN. epist. 100, 7 compositio eius (*sc. Ciceronis*) una est, pedem -at lenta et sine infamia mollis.

2 *de bestiis* (*cf. p. 1548, 79*): LVCAN. 3, 255 *nisi* ultima -ati procederet ungula Tauri. EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 962^{B} *elephantus* pondere ipso deorsum -atur. *de corpore bestiarum*: OV. met. 2, 82 -antem brachia longo Scorpion atque aliter -antem bracchia Cancrum. GRATT. 526 si turpia colla aut tenuis dorso -atur spina. PAVL. FEST. p. 43 falcones dicuntur, quorum digiti pollices in pedibus intro sunt -ati, a similitudine falcis. COLVM. 7, 3, 6 foratis cornibus *arietis*, qua -antur in flexum. PLIN. nat. 10, 136 cornua in temporibus -ata habentem *tragopana*. 11, 101 pedes ... extremi longiores foris -antur ut locustis. 11, 249 ova parientibus quadripedum ... priora genua post -antur, posteriora in priorem partem. *ibid.* aves ... alas in priora -ant. SIL. 13, 644 *deus* squalentem conversus in anguem ingenti traxit -ata volumina gyro. 16, 376 -atisque ungula prima (*sc. equi*) ... pulsabat calcibus axem. AVIEN. Arat. 1003 hic Tauri -antur crura minacis. *nota proleptice*: VERG. georg. 4, 299 vitulus bima -ans iam cornua fronte. *cf.* PROP. 3, 22, 35 cornua nec valuit -are in paelice Iuno. CLAVD. 24, 306 vastus aper nimio dentes -verat aevo. rapt. Pros. 1, 129 *vitula* nec nova lunatae -vit germina frontis. *cum ablativo* (*cf. p. 1548, 23*): OV. met. 13, 963 cruraque pinnigero -ata novissima pisce.

3 *de rebus*: VERG. Aen. 11, 860 cornu (*i. arcum*) ... duxit longe, donec -ata coirent inter se capita (OV. met. 5, 383 flexile cornum. 11, 324. MANIL. 4, 240 quo ... intenta gerit -ato spicula cornu. STAT. Theb. 4, 325. *aliter v. l. 28 sq.*). HOR. sat. 2, 4, 41 rotundas -at aper lances. OV. am. 3, 3, 29 flexibiles -antur Apollinis arcus (ELEG. in Maecen. 55 GERM. 551 STAT. Ach. 1, 487. AMM. 22, 8, 7 cum arcus omnium gentium flexis -entur hastilibus. VVLG. sap. 5, 22 *emissiones fulgurum* tamquam a bene -ato arcu nubium [ἀπὸ εὐκύκλου τόξου] exterminabuntur. CLAVD. 5, 229. *cf.* CASSIOD. in psalm. 7, 13 arcum ... accipimus, qui duobus quodammodo -atis flexibus devotorum colla complectitur. *aliter de caeli arcu*: MANIL. 3, 213 ut totum lustret -atis arcubus orbem. PLIN. nat. 12, 110 in quocumque frutice -etur arcus caelestis. CYPR. GALL. gen. 333 sed croceum tantum -andum in nubibus arcum. *de portarum arcubus*: PLIN. nat. 16, 6 arcus ad ramos usque et ipsos inter se rixantes -ari portarum patentium modo. *cf.* SEN. epist. 90, 32 pontes et portas fuisse, quarum fere summa -antur). OV. met. 2, 199 vulnera -ata minitantem cuspide vidit (*cf.* LVCAN. 1, 242 -ataque cuspide pila). MANIL. 2, 363 sexque per anfractus -atur virgula in orbem. SEN. epist. 50, 6 -atas trabes calor explicat. CVRT. 8, 14, 29 copidas vocabant gladios leviter -atos. COLVM. 3, 13, 2 *malleolos* -atos erigunt. 4, 24, 21 falcis -atur acies, quod accidit molli (MART. 14, 34 pax me ... placidos -vit in usus. VEG. mil. 4, 46 falx autem dicitur acutissimum ferrum -atum ad similitudinem falcis). COLVM. 12, 18, 5 ferrea -ata radula. LVCAN. 2, 695 iuga -antur mali. 4, 138 utrimque succisum -are nemus. PLIN. nat. 2, 178 adeoque manifesto assurgens fastigium -atur. 31, 58 denaria *fistula* appellatur, cuius lamnae latitudo, antequam -etur, digitorum X est. SIL. 3, 244 in clipei speciem -atis turribus. 5, 216 fixos summittunt clipeos -ato pondere teli. 6, 355 unca locant prora -ati pondera ferri (*i. ancoram*). 13, 139 quaque obliquo -antur in orbem moenia flexa sinu. PLIN. epist. 2, 17, 8 cubiculum in apsida -atum. IVV. 7, 127 -atum hastile minatur eminus. SVET. frg. p. 345 *cum gladiatoris* gladius -atus fuisset. PANEG. 9, 12 mucrones in salutaria vincula -antur (*ibid.* curvae falces *ex* VERG. georg. 1, 508). OPT. PORF. carm. 18, 32 istis cultus in rem -antibus enses. AMM. 23, 4, 4 *axes duo* -antur ... mediocriter. 31, 2, 18 *plaustra* operimentis -atis corticum. MACR. sat. 7, 16, 25 ligna adhuc virore humida accepto calore -antur. somn. 1, 20, 26 saxeum vas in hemisphaerii speciem cavata ambitione -atum. VVLG. Sirach 38, 33 ante pedes suos -bit virtutem suam (*sc. luti*, κάμψει). DRAC. Romul. 7, 96 *avis* -ato vimine clausa. CARM. epigr. 899, 1 (*a. 568*) quam bene curbati directa est semita pontis. *nota proleptice*: AVIEN. ora 105 non abiete ... -ant faselos (*i. extruunt lintres*). ARATOR act. 1, 343 spiritus oris *dei* aethera -vit. *cum ablativo* (*v. p. 1548, 23*): DRAC. Orest. 398 -entur falcibus enses. *adde de arboribus, plantis sim.*: VARRO rust. 3, 7, 7 duabus virgis viscatis defictis in terra inter se -atis. PROP. 3, 22, 38 -atas in sua (*sc. Sinis latronis*) fata trabes (OV. met. 7, 441). OV. ars 2, 179 flectitur obsequio -atus ab arbore ramus (GLOSS. -at κοιλαίνει κλάδον. OV. rem. 175 -atos pomorum pondere ramos. PLIN. nat. 12, 22 fici rami in terram ... -antur. 17, 137 *ramum oleae* edomari meditatione -andi. SIL. 7, 679 membra pependerunt -ato exsanguia ramo. QVINT. decl. 298 p. 179, 11 fructus -atis ramis ad manum paratos habemus). OV. met. 3, 93 pondere serpentis -ata est arbor (10, 508. COLVM. 10, 39 -etur frugibus arbos. SEN. Thy. 156). 10, 94 ilex. GRATT. 139 inque ipsa -antur stirpe genistae. COLVM. 3, 15, 3 vitem ... -atam deponere (4, 6, 3 in fructum -ari. 4, 15, 2 vitis -atur. 4, 20, 3. 4, 29, 19). 4, 20, 3 palmae superpositae deorsum versus -antur vinculo. 4, 26, 3. 4, 30, 7. arb. 6, 2 *vinea* usque eo exaruit, ut -ari non possit. LVCAN. 1, 390 -ato robore (*sc.* borea incumbente) pressae silvae (9, 364 robora ... rutilo -ata metallo). 5, 418 *aquilo* utinam summi -et carchesia mali (*cf.* PLIN. epist. 9, 26, 4 -atur arbor, gubernacula gemunt). CALP. ecl. 6, 56 *equa* tangeret ut fragiles, sed non -ret aristas (*cf. de eadem re* VERG. Aen. 7, 809 laedere. *Homer. Il. 20, 226* οὐδὲ κατέκλων). PLIN. nat. 13, 46 dactylis (*sc. palmarum*) praelonga gracilitate -atis interim. 16, 223 *palmae arbor* in diversum ... -atur. 17, 95 rubi namque -ati gracilitate. 19, 66 *cucumeres* si pendeant, -antur intorquenturque. *ibid.* cucumeribus in hamos -atis. SIDON. carm. 5, 33 quercum captivo pondere -at. *de luna*: HOR. carm. 4, 2, 57 *vitulus* fronte -atos imitatus ignes tertium lunae referentis ortum. CVRT. 8, 9, 36 *luna* cum se -are coepit in cornua. PLIN. nat. 2, 40 *luna* modo -ata in cornua facie, modo aequa portione divisa. 37, 184 lunae novae ... -atae in cornua. *nota*: VERG. georg. 1, 188 nux se ... induet in florem et ramos -bit olentes. SEN. Oed. 157 non plena suo vitis Baccho brachia -at. *cum ablativo* (*cf. p. 1547, 31. 76. 1549, 21*): PLIN. nat. 18, 53 milio comae granum complexae fimbriato capillo -antur.

4 *de locis*: HOR. carm. 1, 33, 14 Hadriae -antis Calabros sinus (AVIEN. ora 394 extrinsecus -at sinus *pontus*). VERG. Aen. 3, 533 portus ab euroo fluctu -atus in arcum (AVIEN. ora 450 latius inde portus ... se ... -at alto ab aequore). MANIL. 4, 626 -ata per undas litora (SEN. epist. 55, 2 litus inter Cumas et Servili Vatiae villam -atur. 89, 21 in aliquem sinum. LVCAN. 8, 177 Scythiae -antem litora pontum. STAT. Theb. 2, 43 interiore sinu frangentia litora -at Taenaros. PLIN. epist. 6, 16, 12. AVIEN. Arat. 1072 *deprenderis, Oceanus* -et celando ut litora mundo latius. DRAC. laud. dei 1, 160 pars [*sc. materiae*] litora -at). CVRT. 3, 4, 6 *iugum* montis ... sinu quodam flexuque -atum (MART. CAP. 6, 654 hi omnes montes theatrali more -antur). CALP. ecl. 7, 32 *vallis* inter continuos -atur concava montes. MELA 3, 31 *mare* -ansque se subinde longo supercilio inflexum est (IORD. Get. 35 qua Ponticum mare -atur). PLIN. nat. 6, 18 ora ipsa Bospori utrimque ex Asia atque Europa -atur in Maeotim. SIL. 11, 22 *Graecia* Ionio luitur -ata profundo. CLAVD. carm. min. 5, 4 fractasque per undas ardua tranquillo -antur brachia portu. IORD. Get. 53 Caucasus in Syriam -ato angulo reflexus. *adde*: LVCAN. 4, 266 Caesar avet nec castra pati contingere ripas aut circum largos -ari bracchia (*i. munitiones*) fontes.

5 *de spatio, circulo, itinere sim.*: VERG. Aen. 7, 381 *turbo* actus habena -atis fertur spatiis (EVSTATH. Bas. hex. 5, 10 p. 920^{C} *turbo pineus* -atis spatiis gyros explicat tortuosos). OV. met. 2, 715 *deus iter* non agit in rectum, sed in orbem -at eundem. *de sideribus sim.*: MANIL. 2, 844 quidquid ab exortu summum -atur in orbem. 3, 333 sidera -ato ducentur in aethera tractu. *cf.* VELL. 2, 59, 6 solis orbis super caput eius -atus aequaliter rotundatusque. SEN. Oed. 317 *Iris* -ata picto nuntiat nimbos sinu. APVL. met. 11, 23 sol -atus intrahebat vesperam. MART. CAP. 8, 828 *eundem circulum per haec* signa -ari. 8, 844 *Cancri signum* in Capricorno parva inflexione -etur. 8, 857 Venus utpote quae orbe vastiore diffusioreque -etur.
de fluminibus: CVRT. 8, 9, 10 Etymandrus crebris fluctibus -atus. SIL. 2, 450 *Hiberus* -atis claudens ingentem flexibus orbem. 15, 621 qua -atas sinuosis flexibus amnis obliquat ripas. AMM. 22, 8, 14 per quae litora in sinus oblongos -atus Sangarius. CLAVD. 3, 159 versaque non prono -vi flumina lapsu in fontes reditura suos. SIDON. epist. 2, 2, 8 *fluvium* per exteriora natatoriae latera -atum. *de exercitu et classe*: SEN. dial. 7, 4, 1 *exercitus* in cornua sinuata media parte -atur. SIL. 14, 369 simili -ata sinu classis. *in imag.*: PS. RVFIN. in psalm. 50, 12 -ata erat rectitudo spiritus mei (*opp.* dirigere). THEOD. MOPS. in Gal. 3, 1 interiectum est autem totum ... poterat enim ipsam increpationem -are (*sc. ad id, quo oratio intendebat; sed interrumpit increpationem et orationis initium excipit*: 'hoc solum' *eqs.*).

B *reflexive* se -are (-are *i. q.* se -are *v. l. 74. 76. 77*): 1 *de hominibus*: LACT. ira 20, 10 -are se ad terram (*cf. p. 1546, 33*). AMM. 26, 8, 9 primi transtris instabant armati, alii post hos semet -antes humilius. *de genu*: ITALA Phil. 2, 10 (Hil. in psalm. 2, 33) ut in nomine Iesu omne genu -et caelestium (κάμψῃ, VVLG. flectatur). NOVATIAN. trin. 22 p. 931^{B} omne genu ... se flectere et -are monstratur. HIER. c. Ioh. 16 omnia genua -ent deo. AVG. c. Adim. 14 p. 150, 8 quia mihi -bit omne genu et confitebitur omnis lingua deo. CARM. adv. Marc. 4, 34 ad quem se -are genu plane omne fatetur.
2 *de bestiis*: MACR. sat. 3, 15, 7 *flutae* in summo supernantes sole torrefactae -are se posse et in aquam mergere desinunt. 3 *de plantis*: CVRT. 9, 1, 10 *rami* flexi in humum rursus, qua se -verant, erigebantur.

II *in altitudinem sinuare*: VERG. georg. 4, 361 illum -ata in montis faciem circumstetit unda (SIL. 1, 472 -atis pavidas tra-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mittit Cycladas undis. 15, 155 Corus Isthmon -ata sublime suberigit unda. Rvfin. Orig. in exod. 5, 5 unda in semetipsam repressa -atur. Cypr. Gall. exod. 486 *Hebraeos* -ata in montis faciem circumstetit unda). Verg. Aen. 3, 564 tollimur in caelum -ato gurgite (Gloss. erecto fluctu. Sil. 4, 650 agger aquarum . . . humeros -ato gurgite pressit. Drac. Romul. 8, 387 gurgite -ato rapiuntur ad astra liburnae). Ov. ars 3, 500 plenaque -ato pandere vela sinu (Pont. 4, 10, 16 -et ut impulsos utilis aura sinus. Lvcan. 9, 800 nec tantos carbasa coro -vere sinus. Clavd. 8, 462). met. 15, 509 cumulusque immanis aquarum in montis speciem -ari. Stat. silv. 5, 4, 4 simulant fessos -ata cacumina somnos. Theb. 11, 437 Scytha -atis erectus fluctibus *pontus*. Macr. sat. 5, 13, 21 ille (*sc. Homerus*) fluctus incremento suo ait in sublime -atos litoribus illidi (*Il. 4, 425 ἀμφὶ δέ τ' ἄκρας κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται*). Ps. Qvint. decl. 10, 8 multum . . . celebrati -ato igne torrentes (*sc. fluvii ignei Orci*). Avien. Arat. 384 qua duro concava dorso (*sc. Cancri*) tegmina -antur. orb. terr. 296 -atumque salum quatit amplo litora fluctu. Rvfin. hist. 4, 15, 37 flamma etenim in modum camerae -ata specie, quasi velis navis vento sinuatis. Clavd. rapt. Pros. 2, 101 -ata tumore parvo planities. Evstath. Bas. hex. 3, 4 p. 893^{C} in globositate -ati firmamenti. Victorin. Christ. 125 decus iridis atria -at. *nota cum ablativo* (*cf. p. 1548, 23*): Plin. nat. 32, 39 *testudo* in dorso pectori similis nec convexo -ata calice.

part. perf. pass. pro adi. **curvātus,** -a, -um. Sen. nat. 1, 9, 2 *virgarum facies* nihil -i habens. Petron. 101, 9 magna navigia portubus se -is (gravatim *Lipsius*, curvatius *Büch.*) insinuant. Vopisc. quatt. tyr. 4, 3 cum ipse reclinis et resupinus et -us in manus penderet potius quam iaceret. *inde subst. in imag.*: Arnob. nat. 1, 51 ut membrorum situs -is redderet et dissolutis (*ibid.* mortui, caeci).

deriv.: curvabilis, curvamen (-mentum), curvatio, curvatura.
comp.: con-, de-, in-, pro-, re-, subcurvare.

curvor, -ōris *m.* [*cf. c.* curvus. *Th.*]. Varro ling. 5, 104 cucumeres dicuntur a -e, ut curvimeres dicti. 7, 25 cornua a -e dicta, quod pleraque curva.

(**cūrus**). Fvlg. myth. 1, 18 Mercurium dici voluerunt quasi mercium -um.

[**curustus**] magnus Gloss. IV 327, 7. V 594, 69 (*coniecerunt* colossus, coruscus, corystus. chorus ⟨coe⟩tus magnus).

⌘**curvus,** -a, -um [*cf. c. hibern.* cor *'gyrus, motus'*, *cambr.* cwr *'circulus', gr. κυρτός, fortasse c. κυλλός, κορωνός. Th.*]. Gloss. καμπύλος, κυρτός [κυλήτης]. -a κοίλη. -um σκαμβόν, στρεβλὸν ἐπὶ ξύλου, flexum. Serv. auct. georg. 2, 445 pandas: -as. *legitur inde a* Plavto; *habent singulis locis*: Lvcil. Cic. (Arat.) Sall. Ciris Lygd. Priap. Nvx Gratt. Vitr. Germ. Calp. Plin. nat. Plin. iun. Gaivs dig. Apvl.; *binis*: Plavt. Lvcr. Colvm. Mela; *ternis*: Varro Catvll. Aetna Paneg. in Mess.; *quaternis*: Tib. Prop. Manil. Pers.; *quinquies*: Ivv.; *sexies*: Hor.; *septies*: Lvcan.; *saepius*: Verg. (*27*^{ies}), Ov. (*53*^{ies}), Sen. (*11*^{ies}), Val. Fl. (*10*^{ies}), Sil. (*9*^{ies}), Stat. (*19*^{ies}), Mart. (*9*^{ies}). *deest*: Ter. Catoni Caes. Nep. Liv. Vell. Val. Max. Phaedr. Cvrt. Scrib. Larg. Petron. Qvint. Frontin. Tac. Svet. Frontoni Gell. [*loc. dub.*: Ov. ars 1, 766 (cerva *R*, curva *cett.*) met. 15, 644 (incurva *vulg.*) Aetna 494 (curvo *trad.*, turbo *Vollmer*).]
cf. Wölflin, Archiv 1 p. 330 sqq.; Adolf Müller, Archiv 3 p. 117—130. 236—250; Ed. Lübbert ibid. p. 301—304. *v. etiam* curva.
[*francog.* courbe, *hisp.* corvo. *M.-L.*]

I *i. q. flexus, deflexus*: **A** *proprie*: **1** *de hominibus*: Plavt. Cas. 124 te aggerunda -om aqua faciam probe. Verg. ecl. 3, 42 -us arator (Sen. Herc. O. 634). Prop. 2, 18, 20 anus. 4, 7, 27 quis nostro -um te funere vidit? Pers. 6, 16 -us ob id minui senio. Ivv. 9, 145 caelator. Avien. Arat. 421 *aurigae*. 635 *lyra* -o contermina signo (*sc. Ingeniculo*). Lact. ira 20 humilis enim et -us et pronus est qui ab aspectu caeli deique patris aversus terram *veneratur*. Vvlg. Sirach 12, 11 si humiliatus vadat -us (*ἐὰν ταπεινωθῇ καὶ πορεύηται*. *cf.* Baruch 2, 18 *anima* incedit -a et infirma [*βαδίζει κύπτον καὶ ἀσθενοῦν*]). Is. 60, 14 venient ad te -i (*δεδοικότες*) filii eorum, qui humiliaverunt te. Avg. quaest. hept. 7, 37 *mulierem* -am salvator cum invenisset erexit. Sidon. epist. 1, 6, 3 *si* prati floreas opes panda -us falce populeris. Greg. M. in euang. 31, 8 terram semper intuetur qui -us est. *cf.* Pers. 2, 61 *p. 1551, 52.* *de vitio corporis humani*: Gaivs dig. 21, 1, 3 gibberosi vel -i vel pruriginosi. Macr. sat. 7, 3, 11 si in calvitium cuiusquam dicas vel in nasum seu in -am erectionem. *de corporis humani partibus*: Verg. georg. 2, 406 -o Saturni dente relictam persequitur vitem (*i. falce; aliter* Cels. 8, 1 *dentis* -i flexa est *radix*). Hor. epod. 5, 93 -is unguibus (Qverol. p. 32, 15). Priap. 51, 4 luat poenas et usque -os excavetur ad lumbos. Ov. met. 3, 276 *anus* -a trementi membra tulit passu. Cels. 7, 31 *vena* si -a est et velut in orbes quosdam implicatur. 7, 32 cicatrix -um eum reddit (*sc. digitum*). 8, 16 si in posteriorem *partem excidit cubitus*, brachium -um est. Stat. Theb. 2, 636 gravis -as perfringit lancea costas (Drac. laud. dei 3, 711). Physiogn. 51 -ae nares quas Graeci *γρυπάς* vocant. Drac. laud. dei 3, 649 en genibus -is palmas extendo supinas (*sc. supplex*). *nota de senectute i. q. curvans*: Ov. ars 2, 670 iam veniet tacito -a senecta pede (= Lygd. 5, 16 nec venit tardo [tacito *P*] -a senecta pede). Carm. epigr. 509, 2 quae talem vitam meruit ut -a senectus. Papyr. suppl. pap. americ. school in Rome II (1908) p. 286 -a senectus te rapit. **2** *de bestiis*: Cic. Arat. 91 -us Capricorni corpora propter Delphinus iacet (Ov. epist. 17, 131 iam nostros -i norunt delphines amores. met. 2, 265 Sen. Oed. 466 *cf.* 464 Stat. Theb. 1, 121 Avien. Arat. 700. *cf.* Prop. 3, 17, 25 -a . . . delphinum corpora). Sen. Thy. 854 -i bracchia Cancri. Sil. 14, 570 piscem. Stat. silv. 4, 9, 33 -arum domus uda coclearum (*cf.* Avien. Arat. 1322 -is . . . conchis). Ser. Samm. 158 -i . . . purgamenta cameli (*in imag.*: Hier. in Matth. 19, 24 p. 150 *cameli* -i et vitiorum pravitate distorti. epist. 70, 1 = 120, 1 camelus tortuosus et -us est). Avien. Arat. 147 *ursa* -o ceu circumclusa dracone. *de bestiarum membris*: Varro ling. 7, 25 cornua a curvore dicta, quod pleraque -a (Avien. Arat. 432. 1467). Varro rust. 2, 9, 4 unguibus duris ac -is (*sc. canes. cf.* Ivv. 8, 129 -is unguibus ire parat nummos raptura Celaeno. 13, 169 *Pygmaeus* per aera -is unguibus a saeva fertur grue. *cf.* Clavd. 15, 469 *aquila* pedibus -is innexuit hydrum). Verg. Aen. 2, 51 *hastam in* -am compagibus alvum *equi lignei* contorsit. Ov. met. 11, 342 -os dedit unguibus hamos. Manil. 2, 259 Taurus succidit in -o claudus pede. Val. Fl. 2, 500 ordine *dentium* -a trisulco fulmineus quatit ora fragor. Sil. 16, 395 nitentem opponere -os aut aequare gradus Cyrnum *equum* post terga relinquit *Panchates equus*. Stat. Theb. 9, 589 armaque -a suum. Avien. Arat. 250 chelis. 839 qua -am belua caudam terminat. 884 -a venenati sunt tantum bracchia signi (*sc. scorpii* 1136). 1713 pectora cum -o purgat gallinula rostro. Cypr. Gall. iud. 627 *-am* maxillam *aselli*. **3** *de rebus corporeis*: Plavt. Pseud. 1143 cave, sis, tibi a -o infortunio (*i. baculo*). Lvcil. 605 contionem . . . -is cogant cornibus (*aliter de arcu*: Verg. Aen. 7, 497 -o direxit spicula cornu. *de cornu copiae*: Sil. 10, 351 -oque volucris *Somnus* . . . portat medicata papavera cornu). Catvll. 63, 22 canit Phryx -o grave calamo (*cf. infra l. 43*). 64, 39 non humilis -is purgatur vinea rastris. Lvcr. 5, 933 nec robustus erat -i moderator aratri (6, 1253 Manil. 4, 556 Cassiod. in psalm. 130 praef. *al. v. vol. II p. 399, 50*). Verg. georg. 1, 360 sibi tum -is male temperat unda carinis (Aen. 2, 179. Gloss. concavis navibus. *al. v. vol. III p. 458, 33*). georg. 1, 508 -ae rigidum falces conflantur in ensem (Aen. 7, 179 Tib. 1, 4, 8 Ov. fast. 4, 474. 694 Gratt. 343 Val. Fl. 6, 424 Anth. 477, 6 Avien. Arat. 615 Hier. epist. 46, 11 Cypr. Gall. Ios. 330 Symph. 277. *cf. p. 1549, 74*). Verg. Aen. 6, 4 litora -ae praetexunt puppes (Ov. fast. 4, 131 Stat. silv. 3, 2, 29). 7, 182 pendent currus -aeque secures. 11, 737 -a choros indixit tibia Bacchi (Tib. 2, 1, 86. *cf. supra l. 32*). Hor. carm. 1, 9, 10 te canam . . . -aeque **lyrae** parentem (3, 28, 11 Ov. fast. 5, 54. 415). Tib. 1, 10, 46 *pax* duxit araturos sub iuga -a (panda *P*) boves (Ov. ars 1, 318 Pont. 1, 8, 54 Sen. Oed. 300. 721 Clavd. rapt. Pros. 1, 12). Prop. 3, 7, 29 ite, rates -as (-ae *codd.*, *corr. Passeratius*) et leti texite causas. Ov. am. 3, 8, 39 -o sine vomere fruges *dabat* (Avien. orb. terr. 272. 464. 1236). 3, 10, 14 *Ceres* veterem -o dente revellit humum (*sc. aratri.* Colvm. 10, 69 -i vomere dentis iam virides lacerate comas. *de ancora* Mart. epigr. 26, 3). rem. 186 vimina -a favi. met. 4, 720 *dextro* in armo Inachides ferrum -o tenus abdidit hamo (Clavd. carm. min. 49, 14 *si piscis* -is frenari senserit hamis. *cf. supra l. 19*). 5, 53 *ornabat* -um crinale capillos. 5, 594 molliaque impono salici velamina -ae. 9, 114 arcus (Cypr. Gall. Ios. 57). 12, 243 *volant* -i *lebetes*. 12, 277 forcipe -a. fast. 5, 104 inventor -ae, furibus apte, fidis. 5, 542 -a gemelliparae spicula ferre deae. Pont. 2, 7, 44 nec magis est -is Appia (*sc. via*) trita rotis. trist. 1, 1, 106 scrinia -a (*sc. librorum*). Sen. Phaedr. 53 cultro. epist. 71, 24 quaedam rectissima, cum in aquam demissa sunt, speciem -i praefractique visentibus reddunt. Colvm. 4, 13, 1 *ne* flexum pali, si forte -us est, sequendum putet. Plin. nat. 17, 124 taleae ex feracibus fiant arboribus, ne -ae neve scabrae. Sil. 6, 523 trabe (*i. navi*). 14, 323 ferri. Stat. Theb. 5, 287 -o robore clausum dis pelagi . . . commendo patrem. silv. 3, 1, 122 silex -a fornace liquescit. Mart. 9, 18, 4 antlia. 11, 58, 9 theca. 14, 51 -o destringere ferro (*i. strigili*). 14, 221 ofella. Apvl. Socr. 10 p. 142 *nubes* gravatae caput editi montis ceu quibusdam -is torquibus coronarent. Symph. 253 aere rigens -o patulos componor in orbes (*sc. tintinnabulum. aliter* Veg. mil. 2, 7 cornicines . . ., qui . . . aere -o . . . committere proelium solent). Avien. orb. terr. 647 alno (*i. navi*). Amm. 24, 6, 8 scutis oblongis et -is. Vvlg. sap. 13, 13 lignum -um et verticibus plenum (*σκολιόν*. Rvfin. Orig. in cant. 2 p. 112^{B} si -o ligno adhibeas rectissimam lineam. Avg. in psalm. 44, 17 tamquam si in pavimento aequali ponas lignum -um *eqs.*). *de arboribus sim.*: Ov. met. 5, 536 poeniceum -a decerpserat arbore pomum. Nvx 170 quem sub humo radix -aque vincla tenent. Epist. Sapph. 148 de nostro -um pondere gramen erat. Sen. Oed. 534 *ramos*. Carm. de pond. 10 *semina* siliquis latitantia -is. Avien. orb. terr. 931 grave -is pondus inest taxis. **4** *de locis*: Acc. trag. 570 -o litore (Catvll. 64, 74 Theseus egressus -is e litoribus Piraei. Verg. Aen. 3, 16 [Serv. *ad l.* litore -o: perpetuum epitheton litorum est]. *cf.* 3, 223. 238. 643. 10, 683. 11, 184 Hor. epod. 10, 21 carm. 4, 5, 14 Ov. met. 11, 352 fast. 3, 469 Manil. 5, 730 Germ. 300 Mela 1, 110 Lvcan. 1, 420. 5, 513 Val. Fl. 1, 275. 3, 568 Stat. silv. 3, 1, 100 Ivv. 14, 86 Avien.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Arat. 1672 orb. terr. 1055 HIER. epist. 3, 2, 3). VERG. georg. 2, 12 *arbores* camposque et flumina late -a tenent (4, 278 PANEG. in Mess. 125 Ov. met. 3, 342. *cf.* AVIEN. orb. terr. 688 -o praelambitur ora fluento). VERG. Aen. 2, 748 Teucrosque penates ... -a valle recondo (Ov. am. 2, 16, 51 faciles -is vallibus este, viae! MART. 4, 64, 7 AVIEN. orb. terr. 573 CLAVD. rapt. Pros. 2, 72 CYPR. GALL. iud. 50). CIRIS 413 Hellespontus. Ov. am. 2, 16, 26 nec timeam vestros, -a Malea, sinus. met. 11, 229 sinus Haemoniae -os falcatus in arcus (14, 51 gurges, -os sinuatus in arcus). LVCAN. 1, 397 *castra* Vosegi -am super ardua ripam (rupem *vulg.* SIL. 9, 219 *aciem* -is accommodat ordine ripis. AVIEN. orb. terr. 997). MELA 1, 10 *Asia* ad Ponticum latus -a. LVCAN. 5, 406 Brundisii. 5, 650 *Thessalia.* VAL. FL. 1, 615 freta -a ferunt (*sc. undae ventis curvatae*). 2, 11 -as quaesita per oras aequora (AVIEN. Arat. 1250 orb. terr. 82). 5, 413 Olympo. 6, 567 stagna. SIL. 9, 228 sinuat qua flexibus undam Aufidus et -o circumerrat gurgite ripas. STAT. silv. 2, 2, 14 hinc atque hinc -as perrumpunt aequora rupes (MEROB. poet. 61 -a sub rupe sedens Enyo). 2, 2, 82 ferit -os exerta Megalia fluctus. MART. 4, 55, 26 *excolit* -ae Manlius arva Vativescae. SOL. 8, 2 collibus dextra laevaque molliter -is (CYPR. GALL. iud. 35). AVIEN. ora 57 sinus. Arat. 1098 -a sinus Arabi succedent aequora propter. orb. terr. 529 -i salis incubat oram. 899 sinuant -is hanc totam litora terris. *adde de luna*: AVIEN. Arat. 1476 *Cynthiae* acumen si -um specie velut annuat. 5 *de linea, anfractu, limite sim.*: VERG. Aen. 11, 522 est -o anfractu valles (VAL. FL. 4, 727 *unda* Europam -is anfractibus urguet [*Heinsius*, anguet *V*]. ARNOB. nat. 3, 13 *aures* -is perterebratas anfractibus. AVIEN. Arat. 141 spirarum -is anfractibus. RVFIN. Clement. 5, 22 *latebras* in argumenti huius -is anfractibus collocatas. CLAVD. 1, 105 angustant aditum -is anfractibus Alpes). PANEG. in Mess. 20 qualis et in -um pontus confluxerit orbem. 94 *equum* -o brevius contendere gyro. Ov. met. 14, 830 Iuno Irin ... descendere limite -o imperat (SEN. Thy. 841). SEN. Phaedr. 650 longa -ā fila collegit viā *Theseus* (*cf.* SEDVL. carm. pasch. 1, 300 Arrius infelix, qui -a per avia rectum flectere nisus iter). AVIEN. orb. terr. 171 -a salo forma est. ora 666 discreta in aethrae flectitur -o ambitu. HIER. epist. 10, 2, 2 tremula manus per -os cerae tramites errantem stilum ducit (PRVD. cath. 7, 48 -os viarum qui retorsit tramites). in Abd. prol. p. 361—2 *emendans* -os apices litterarum. AVG. civ. 15, 27 fabricetur arca non -is, sed rectis lineis (MART. CAP. 6, 173 sequitur secundum schema, quod -is lineis informatur, quod καμπυλόγραμμον appellatur. 6, 711 BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 11 p. 166, 24). MART. CAP. 2, 118 ambiat et quantos orbita -a globos. SIDON. epist. 4, 8, 5 vel ventribus pandis singulos versus vel -is ... capitibus inscribere. *nota de motu*: Ov. met. 2, 163 labant -ae iusto sine pondere naves. MANIL. 1, 743 deflexum solito cursu -isque (*i. aberrantibus*) quadrigis monstratas liquisse vias *Phaethontem.* MART. 11, 8, 2 -o quae cadit aura croco (*sc. asperso*). *de cornibus exercitus*: STAT. Theb. 6, 217 ter -os egere sinus. CLAVD. 5, 375 -o paulatim sinuantur cornua ductu. *de venatoribus*: STAT. silv. 2, 5, 8 *leo* non grege Massylo -aque indagine clausus (Ach. 1, 459 -a feras indago latentes claudit).

B *translate*: CORP. I 1438 (*sort. Praenest.*) conrigi vix tandem quod -om est factum, crede. PERS. 2, 61 o -ae in terris animae et caelestium inanes. 3, 52 mores. 6, 449 -um sermone rotato torqueat enthymema. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 102^{A} si quid in nobis -um, si quid tortuosum est, *resecetur.* PRVD. ham. 384 perituraque pronus diligit et -o quaerit terrestria sensu. AVG. in psalm. 36, 12 si tu nolis quod deus vult, -us eris. 44, 17 -i erant, distorti erant. *ibid. saepius.* *subst. n.*: curvum: HOR. epist. 2, 2, 44 -o dinoscere rectum. SEN. apocol. 8 hic nobis -a corriget (*cf. l. 51.* PLIN. epist. 5, 9, 6 invenimus qui -a corrigeret). PERS. 4, 12 rectum discernis ubi inter -a subit. SEDVL. carm. pasch. 4, 7 *deo* prona facultas ardua planare et -a in directa referre (*cf.* VVLG. Luc. 3, 5 erunt prava in directa).

II *i. q. in rotundationem flexus, concavus de aedificiis, antris sim.*: VERG. georg. 2, 216 *tofus et creta negant serpentibus* -as praebere latebras (3, 544 -is frustra defensa latebris vipera). Aen. 3, 674 -isque immugit Aetna cavernis. Ov. am. 2, 2, 26 -a theatra (ars 1, 89. 1, 497 Pont. 2, 4, 20). epist. 4, 60 *Aegides* -a meae fugit tecta sororis ope. fast. 6, 296 mox didici -o nulla subesse tholo (*sc. Veneris simulacra*). VITR. 6, 3, 9 super coronas -a lacunaria ad circinum delumbata. CALP. ecl. 7, 33 planitiem -ae sinus ambit harenae. VAL. FL. 3, 636 -o tacitus leo condidit antro (SIL. 6, 149 CLAVD. 1, 209). SPART. Pesc. 6, 8 *hunc* in porticu -a pictum *videmus.* AVIEN. Arat. 619 Mercurius -a religans testudine chordas. orb. terr. 727 ubi saxa dehiscunt molibus exesis et -o fornice pendent. CET. FAV. p. 307, 6 lacusculus -a camera struatur (INSCR. christ. Hisp. 176 camera -a convexaq.). *nota*: AVIEN. Arat. 86 non axis item -i vertigine fertur aetheris.

III *i. q. in altitudinem sinuatus*: AETNA 95 *terrae orbis extremi* maris -is incingitur undis (STAT. Theb. 2, 381 -a Palaemonio secluditur unda Lechaeo. MART. 9, 90, 3 -a calculus excitatur unda). AETNA 487 -is nihil ignibus obstat. Ov. met. 11, 505 demissam (*sc. navem*) -um circumstetit aequor (LVCAN. 5, 459 *coepere* aequora classem -a sequi). fast. 3, 520 Tiberis -is in latus urget aquis (STAT. Theb. 5, 374 instabili procumbens pondere -as raptat aquas). AVIEN. orb. terr. 192 non sic -a Thetis fluctu tumet.

subst. n. curvum (*cf. p. 1551, 58*): VARRO ling. 5, 135 bura a bubus; alii hoc a -o [c]urvum appellant.

deriv.: curvedo, curvesco, curvitas, curvo, curvor. *comp.*: (curvimeris). in-, pro-, re-, subcurvus. *Schwering.*

cūsa *v.* caussa. *fort. add.* CORP. VI 34728 (*recentioris aetatis*) parentes filiae ... fecerunt, -a dulcis.

cuscolium, -ī *n.* [*orig. inc. Th.*]. PLIN. nat. 16, 32 granum hoc primoque ceu scabies fruticis, parvae aquifoliae ilicis, -um (cusculium *al.*) vocant. [*hisp.* coscojo. *M.-L.*]

cuscus *pro* quisquis CORP. IV 3199.

1. cūsio, -ōnis *f. a* cudere. GLOSS. ἐλασία. cussionis (*sic*) τῆς μονήτης. COD. Theod. 11, 16, 18 (*a. 390*) monetalis -o.

2. cusio *v.* consuo.

1. (cūso), -āre. PRISC. gramm. II 516, 3 eius (*verbi* cudo) frequentativum '-o -as' est, ex quo composita 'incuso, incusas' et 'recuso, recusas' et 'accuso, accusas' et 'excuso, excusas'.

2. cuso *v.* consuo.

cūsor, -ōris *m. a* cudere. GLOSS. ἐλάτης χρυσοῦ ἢ ἄλλης ὕλης. COD. Iust. 10, 66 (64), 1 -es (*Mommsen ad Cod. Theod. 13, 4, 2 coni.* clusores).

cuspātor, -ōris *m.* LYD. mag. 1, 46 p. 48, 1 W. κουσπάτορες φυλακισταί· κούσπους γὰρ Ῥωμαῖοι τὰς ξυλοπέδας καλοῦσι, ὡσανεὶ κουστώδης πεδῶν, οἱονεὶ ποδοκάκας καὶ ποδοφύλακας. *L.*

cuspidātim *adv.* [*a* cuspis, *cf.* cuspidatus. *Th.*]. PLIN. nat. 17, 102 trunco leniter fisso cuneoque tenui fissuram custodiente, donec -m (*i. ad cuspidis formam*) decisus descendat in rimam calamus.

cuspido, -ātus, -āre [*a* cuspis. *Th.*]. *i. q. acuere*: PLIN. nat. 11, 126 alii praefixa hastilia -ant. 18, 179 purget vomerem subinde stimulus -atus rallo.

***cuspis**, -dis *f.* [*orig. inc. Th.*]. ISID. orig. 18, 7, 11 -s hastile amentatum, a caespite dicta, quod est virgultum. *de scriptura*: BEDA gramm. VII 266, 21 -s, cuspidis, non cuspes. *de genere*: PRISC. gramm. II 161, 11 haec -s cuspidis (250, 18 GRAMM. suppl. 117, 17). DVB. NOM. gramm. V 573, 26 -s generis feminini ut Prudentius (*psych. 718*). *de genetivi forma*: QVINT. inst. 1, 6, 25 similes positiones in longe diversas figuras per obliquos casus exeunt, ut 'virgo ... -s puppis'. MART. CAP. 3, 302 eorum quae syllaba crescunt species sunt duae, quarum altera corripit i litteram, in qua forma sunt ... feminina '-s cassis'. *ibid.* in genetivo plurali i ante um syllabam dicimus 'glirium litium ...'. non ut superiora 'lapidum -um cassidum'. GLOSS. hasta. *anglosax.* palester. *legitur inde a* POMPONIO Atell. *et* VARRONE; *habent singulis locis*: POMPON. VARRO CATVLL. CAES. CIRIS COLVM. PETRON. QVINT. IVV. SVET., *bis*: HOR., *ternis*: PROP. MANIL.; *saepius*: VERG. (13^{ies}), OV. (34^{ies}), LIV. (12^{ies}), SEN. trag. (6^{ies}), LVCAN. (6^{ies}), PLIN. nat. (12^{ies}), VAL. FL. (13^{ies}), SIL. (53^{ies}), HOMER. (9^{ies}), STAT. (35^{ies}), MART. (9^{ies}); *deest* CIC. LVCR. SALL. NEP. TIB. GRATT. VITR. SEN. rhet. GERM. VELL. VAL. MAX. CELS. PHAEDR. CVRT. MELAE PERS. CALP. TAC. PLIN. iun. GAIO APVL. [*it.* cospo. *M.-L.*]

I *pars hastae aerea acuta*: **A** *pars anterior, aculeus* (GLOSS. ἐπιδορατίς, summa pars hastae. summitas hastae): *proprie*: CAES. civ. 2, 2, 2 asseres enim pedum XII -bus praefixi ... per IIII ordines cratium in terra defigebantur. VERG. Aen. 5, 208 acuta -e contos expediunt. 7, 817 *ut gerat* pastoralem praefixa -e myrtum. 10, 483 *clipeum* vibranti -s medium transverberat ictu (SERV. *ad l.* '-em' abusive pro hastae mucrone posuit). Ov. epist. 3, 119 acutae -is hastas (met. 5, 9 fraxineam quatiens auratae -is hastam. 6, 78. 7, 131. SIL. 6, 215 immensae -is hastam. HOMER. 802 robustae -is hastas). met. 1, 470 *telum Amoris* auratum est et -e fulget acuta. 7, 673 iaculum, cuius fuit aurea -s. 8, 408 aerata torsit grave -e cornum. 12, 371 trahit ille manu sine -e lignum: id quoque vix sequitur; -s pulmone retenta est. 12, 451 cornum sine -e (SIL. 8, 549 *gestabant* ambustas sine -e cornos). LIV. 8, 8, 10 hastas subrecta -e in terra fixas (*cf. p. 1554, 2*). MANIL. 5, 202 valida venabula -e fixa. FEST. p. 356 ⟨tonsillam ait⟩ esse Verrius palum dolatum ⟨in acumen et⟩ -e praeferratum. LVCAN. 1, 242 curvataque -e pila. PLIN. nat. 16, 161 *Indici calami* hastarum vicem praebent additis -bus. 25, 137 *lonchitis* -i similis semine. 36, 19 periti mirantur *in signo Minervae Phidiaco* et serpentem ac sub ipsa -e (*coni.* sub crista in casside) aeream sphingem. 36, 127 *magnetem* invenisse autem fertur clavis crepidarum baculi -e haerentibus. VAL. FL. 1, 404 prora splendet tua -s ab alta. 6, 250 SIL. 1, 540. 4, 292 *hasta* altum tota metitur -e pectus. 4, 340 -e fulgens fraxinus. 4, 453. 5, 452. 9, 176. 12, 625 summa liquefacta est -s in hasta. 14, 482. STAT. Theb. 2, 598 Pelethroniam praefixa -e pinum Martis. 4, 176 uni missilis illi -e praefixa stat frondibus orba cupressus. 12, 732. MART. 7, 6, 6 Martia laurigera -e pila virent. 7, 27, 3. IVST. 15, 3, 13 hastae -e. VICT. VIT. 2, 35 hastilium -bus *tundi.* BACHIAR. repar. laps. 8 de -e lanceae ... percussus. *narratur fabula de -e Achillis*: PROP. 2, 1, 63 Mysus et Haemonia iuvenis qua -e vulnus senserat, hac ipsa -e sensit opem. Ov. am. 2, 9, 7 PLIN. nat. 25, 42. 35, 152 est et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

robigo ipsa in remediis, et sic proditur Telephum sanasse Achilles, sive id aerea sive ferrea -e fecit; ita certe pingitur ex ea decutiens gladio. *adde*: SIL. 9, 572 moderantem -e Lucas Maurum in bella boves. ˙COD. Theod. 8, 5, 2 (*a. 316*) flagro, cuius in -e infixus brevis aculeus pigrescentes artus poterit admonere. *translate*: *de aculeo bestiarum*: OV. met. 2, 199 *scorpium* vulnera curvata minitantem -e. MANIL. 4, 217 scorpion armavit violenta -e cauda. PLIN. nat. 21, 78 *natura* et ipsis apibus iam -es dederat. LACT. Phoen. 136 *de rostro avis*. *de plantis* (*de thyrsi cono pineo v. p. 1554, 43*): OV. met. 4, 299 *non illic* acuta -e iunci. CLAVD. carm. min. 24, 4 dumique rubentes -bus parvis multos acuere rubores. *de falce aratri sim.*: LIV. 37, 41, 6 *falcatae quadrigae* -es circa temonem ab iugo decem cubita extantes velut cornua habebant. SIL. 1, 353 trabs ... cui plurima -s (*de falarica*). PLIN. nat. 18, 171 *tertium genus vomerum* in solo facili nec toto porrectum dentali, sed exigua -e in rostro. 18, 172 -s effigiem palae habet. AMM. 23, 4, 12 conseruntur eius (*sc. helepolis*) frontalibus trisulcae -es praeacutae. *sensu latiore*: MART. 11, 100, 4 cui serra lumbis, -s emicet culo (*de femina macra*). 14, 92 puncta notis ilex et acuta -e clusa (*quinquepedal*).

B *de posteriore hastae parte* (GLOSS. σαυρωτήρ. posterior hastae pars. DIFF. ed. Beck p. 84, 23 spiculum est prima pars teli, qua figitur; iaculum in medio; -s posterior): PLIN. nat. 13, 23 aquilae certe ac signa pulverulenta illa et -bus horrida. SVET. Iul. 62 ut aquilifer moranti se -e sit comminatus. SERV. Aen. 11, 93 lugentum more mucronem hastae, non -em contra terram tenentes. PRVD. psych. 348 *vexillum* defixa -e stetit.

2 *tueri, defendere, servare*: **a** *absolute*: TERT. resurr. 12 *terra* de fraudatrice servatrix; ut reddat, intercipit; ut -iat, perdit. PANEG. 9, 13 tibi (*imperatori*) vincunt gladii, tibi servant; te pugnante feriunt, te ignoscente -unt. AVG. in psalm. 120, 14 illi non crepant, qui non habent ventum superbiae. humilitas ergo -it in omni temptatione. 141, 6 quia dei *viam* agnoscere servare est; dei agnoscere -ire est; non agnoscere damnare est. **b** *aliquem*: CIC. Planc. 26 me ... cedentem receperit, iuverit, -ierit (61 in me ... -endum). epist. 9, 14, 8 quoniam rem publicam nosque conservas, fac, ut diligentissime te ipsum, mi Dolabella, -ias. nat. deor. 2, 129 quantus amor bestiarum sit in educandis -endisque iis, quae procreaverunt (*cf.* ARNOB. nat. 1, 2). Phil. 12, 22 me non solum amicorum fidelitas, sed etiam universae civitatis oculi -unt. HOR. sat. 2, 1, 40 hic stilus haud petet ultro quemquam ... et me veluti -et ensis vagina tectus. TIB. 1, 6, 51 parcite, quam -it Amor, violare puellam. OV. epist. 16, 165 sic meus hinc vir abest, ut me -iat absens. SEN. benef. 4, 24, 1 non caperis tantae molis aspectu, etiam si te non tegat, non -iat, non foveat generetque ac spiritu suo riget? IVV. 9, 123 quorum animas et farre suo -it et aere (ITALA Iob 2, 6 [Aug. in Iob p. 510, 14 Hier. interpr. Iob 2, 5] trado illum tibi, tantum animam eius -i [διαφύλαξον, VVLG. serva]. HIER. epist. 51, 8. VVLG. I reg. 25, 29 erit anima domini mei -ita *eqs.* [ἐνδεδεμένη]. Tob. 1, 12 -vit animam suam. psalm. 85, 2. prov. 13, 3 qui -it [φυλάσσει] os suum, -it [τηρεῖ] animam suam. BENED. reg. 31 animam suam -iat *cellarius. cf. p. 1570, 61*). APVL. met. 6, 3 quod a me retenta -itaque non fueris. ITALA prov. 4, 8 (Vind.) circumda ea tibi et -bunt te (ὑψώσει, VVLG. exaltabit). PORPH. Hor. carm. 3, 4, 21 infantiam manifestum est vos -isse *Musae*. SORT. Sangall. 11, 5 non videbis mortem *diaboli*, quia dae⟨mon⟩es ⟨ill⟩um -unt, quos coli⟨t⟩. VOPISC. Prob. 11, 7 te cum tuis dii -iant. HIER. epist. 51, 3 -i illum, qui praedicat veritatem (134, 2). VVLG. gen. 28, 20 -ierit (διαφυλάξῃ) me *deus* in via. exod. 23, 20 -iat (φυλάξῃ) *te* in via. II reg. 18, 12 -ite mihi puerum Absalom. prov. 2, 11 consilium -et te (φυλάξει). 4, 6 (ἀνθέξεται). 20, 28 misericordia et veritas -unt (φυλακή) regem. Mal. 2, 15 -ite (φυλάξασθε) ... spiritum vestrum. Marc. 6, 20 -ebat (συνετήρει) *Herodes* eum (*Iohannem, i. obsecutus est*) et audito eo multa faciebat. II Petr. 2, 5 octavum Noe iustitiae praeconem -vit (ἐφύλαξεν). AVG. civ. 1, 2 quo modo ... colebatur, ut patriam -ret et cives, quae (*Minerva*) suos non valuit -ire custodes? 2, 24 ut -iri se Postumius haruspex voluerit. 19, 4 fortitudo, ... hominem, quem sicut virtus regendum tuendumque suscepit, non modo non possit per patientiam -ire, sed ipsa insuper cogatur occidere. SVLP. SEV. epist. 3, 13 hos ... quibus timeo, ipse -es. HERM. Pal. mand. 5, 1, 7 cum ipsis enim ero et -bo eos (συντηρήσω). AVELL. a. 417 p. 96, 9 deus vos incolumes -iat fratres carissimi. CASSIOD. var. 7, 39, 2. CARM. epigr. 1560 A 2 *coniuges mortuos* tumulus -it in aevum. *additur* a b (*cf. l. 45. p. 1571, 24*): SEN. contr. 7, 6, 9 -it dominam a stupro, se a cruce *servus*. QVINT. inst. 2, 2, 3 teneriores annos ab iniuria sanctitas docentis -iat et ferociores a licentia gravitas deterreat. VVLG. I reg. 25, 39 servum suum -vit (περιεποιήσατο) a malo. psalm. 11, 8 -es (διατηρήσεις) nos a generatione hac. prov. 6, 24 -iant (διαφυλάσσειν) te a muliere mala et a blanda lingua extraneae. PAVL. MED. bened. 2, 8 ab adversitatibus hostium spiritalium. VINDIC. med. 33 ab inquietudine vociferantium -endi erunt (THEOD. PRISC. eup. faen. 63). AVG. civ. 17, 22 multos ab idolatriae crimine. PALLAD. hist. mon. II 1 p. 345ᴰ a poenis te -iam. de: VVLG. psalm. 139, 5 -i (φύλαξον) me, domine, de manu peccatoris. *sequitur* ut: AVG. gen. ad litt. 8, 23 p. 247, 22 *deus* operatur hominem atque -it, ut etiam bonus beatusque sit. ne: VVLG. gen. 20, 6 -vi te (ἐφεισάμην), ne peccares in me. *nota i. q. cavere*: VVLG. II Petr. 3, 17 fratres praescientes -ite (φυλάσσεσθε), ne ... excidatis. *accedit* se: SEN. suas. 6, 1 cum diligenter te -eris. QVINT. inst. 4, 2, 126 neque enim se usquam -it magis iudex. HERM. Pal. mand. 4, 1, 10 ut si divortium fecerint, uterque se intra se -iant (ἐφ' ἑαυτοῖς μένειν). *sibi*: PS. QVINT. decl. 1, 6 semper sibi -unt miseri, ne esse miserabiles desinant. *additur* ne (*cf. l. 36. 40*): ITALA gen. 31, 24 (Lugd.) -i te (φύλαξαι, VVLG. cave), ne. *aliquid*: PLIN. nat. 26, 24 sideritis latifolia ... -enda sanatis, ne rursus sata ⟨taedium⟩ ... rebellet. PAPYR. Amherst II 26 II 34 est quidam ira ultricis, quem -iamus (*Babrius 11, 11* ἣν φυλαττοίμην). SALV. gub. 3, 38 ut qui ... fugeret adulterium, -ret aspectum. ab *aliquo vel aliqua re*: ITALA deut. 23, 9 (Lugd.) -bis (φυλάξῃ ἀπό, VVLG. -es) te ab omni re mala. Ios. 6, 18 (Lugd.) vos -ite (VVLG. cavete) ab anathema, ne. act. 15, 29 (cod. *g et* VVLG.) a quibus *malis* -entes vos (διατηροῦντες ἑαυτούς). TERT. coron. 10 ab idolis. VVLG. II reg. 22, 24 -iam (προφυλάξομαι) me ab iniquitate mea. Sirach 12, 11 -i (φύλαξαι) te ab illo. LIB. iubil. 20, 6 PS. RVFIN. in psalm. 31, 2 BENED. reg. 7. **c** *aliquid*: PLAVT. Bacch. 458 in mare it, rem familiarem curat, -it domum (CIC. Mil. 67 delecta iuventus, quae tuum corpus domumque -it. *cf.* ALF. dig. 18, 6, 12 in insula -enda. PLIN. nat. 2, 191 urbem ac tecta. QVINT. decl. 311 p. 224, 23 ⟨res⟩ domesticas. APVL. met. 5, 9 domum. *cf.* PALLAD. hist. mon. I 6 parietes cellae istius -o [τηρῶ]). CIC. S. Rosc. 28 summa diligentia vitam Sex. Rosci -iri (Sest. 128 salutem et vitam. Planc. 1. 3. Deiot. 30 nulli parietes nostram salutem, nullae leges, nulla iura -ent. ad Q. fr. 2, 3, 3 RVT. LVP. 1, 9 VAL. MAX. 6, 8, 1. SIL. 11, 594 pax, -ire salutem ... potens. IVV. 6, 630 pupilli ... -ite animas et nulli credite mensae. AVIEN. Arat. 111. *cf. p. 1569, 78*). CIC. Verr. 5, 107 ut haec insula (*Sicilia*) ab ea (*Cerere*) non solum diligi, sed etiam incoli -irique videatur (TERT. resurr. 26 *paradisum* incolare et -ire sortita est *caro. cf.* VVLG. gen. 2, 15). leg. agr. 2, 100 omnium consulum gravis in re publica -enda cura ac diligentia debet esse (*cf.* VAL. MAX. 1, 1, 8 pro eo imperio augendo -endoque pertinax deorum indulgentia semper excubuit. SEN. Oed. 704 regna -it metus. dial. 12, 12, 3. *cf.* SCHOL. Germ. Bas. p. 89, 3 statim ⟨sem⟩per terram aquamque -endam comparandamque. COD. Iust. 1, 27, 2, 4 b). CIC. prov. 6 Byzantii ... signa ... et ornamenta sanctissime -ita tenuerunt. leg. 3, 11 censores fidem legum -unto (*cf.* COLVM. 12, 3, 11). PVBLIL. M 18 maximo periclo -itur, quae multis placet. HOR. carm. 3, 26, 6 paries ..., laevum marinae qui Veneris latus -it (EVGRAPH. Ter. Haut. 672 latere tecto et -ito). LIV. 34, 49, 11 libertatem sua cura -rent servarentque (VAL. MAX. 5, 3, 2g). VAL. MAX. 2, 1, 5 et videre sancte et aspici mutuo pudore -ebatur. SEN. dial. 6, 12, 2 nihil *tibi* diligentia -erit *mortuus*. clem. 1, 26, 2 lingua sollicite ... ebriis -enda est (*cf.* HIER. epist. 52, 14 -i sermones tuos). benef. 3, 15, 1 pacta conventaque impressis signis -rentur, fides potius illa servaret (*cf.* VLP. dig. 13, 5, 1 pr.). 5, 3, 2 hoc quod illi in suis civibus -unt, virtus ac bona voluntas. epist. 49, 5 si *tempus* -itum diligentissime fuerit. 124, 24 quae homines eripiunt, optant, -unt. CORP. IV 2776 qu(a)e -it (h)ortu(m) Venus. QVINT. inst. 12, 1, 29 prodit ... se, quamlibet -iatur, simulatio.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

decl. 311 p. 225, 6 quo alio -iri patrimonia vestra ... possunt? PLIN. epist. 1, 19, 4 sollicitius -endus est honor, in quo etiam beneficium amici tuendum est. GELL. 2, 24, 1 parsimonia ... non domestica solum observatione ac disciplina, sed publica quoque animadversione legumque ... actionibus -ita est. ITALA psalm. 33, 21 (Tert. adv. Marc. 2, 19) dominus -bit (φυλάσσει, VVLG. -it) omnia ossa eorum. Ezech. 34, 16 (Ps. Cypr. ad Novat. 14) quod infirmum est -bo (φυλάξω, VVLG. consolidabo). ARNOB. nat. 4, 7 *Mellonia* dea est ... mellis curans -ensque dulcedinem. CHAR. gramm. I 88, 12 supellex magis auctoritate dicitur quam ratione ... quam rationem ut -rent, multa dure protulerunt. VVLG. psalm. 120, 8 dominus -iat introitum tuum et exitum tuum (*cf.* prov. 13, 6 iustitia -it innocentis viam. CORP. VIII 5352 martir(es), custod(iunt) in⟨t⟩roitum ipsum). prov. 22, 12 oculi domini -unt (διατηροῦσιν) scientiam. Sirach 1, 18 religiositas -et et iustificabit cor (*cf.* Phil. 4, 7 pax dei ... -iat [φρουρήσει] corda vestra et intellegentias vestras in Christo). Bar. 6, 58 ostium in domo, quod -it (διασώζουσα), quae in ipsa sunt. ITIN. [Silv.] 23, 4 murus missus est ad -endam ecclesiam. FORTVN. rhet. 3, 15 p. 130 quae est diligentia et cura vocis? triplex: alendi eam, -endi, restituendi. AVG. civ. 19, 12 ferae ... genus proprium quadam pace -unt. THEOD. PRISC. eup. faen. 70 *emplastrum* fasciola -iri debet. *accedit* ne: OV. am. 3, 4, 6 nec -iri, ne velit, illa (*mens*) potest. VVLG. prov. 3, 26 -et (ἐρείσει) pedem tuum, ne capiaris. apoc. 16, 15 beatus qui vigilat et -it (τηρῶν) vestimenta sua, ne nudus ambulet *eqs.* *additur* ab: VAL. MAX. 1, 8 ext. 9 a quadrigae violentia salutem suam -ret. PLIN. nat. 28, 89 leonis adipes cum rosaceo cutem in facie -unt a vitiis candoremque (35, 97). APVL. met. 2, 23. ASSVMPT. Moys. 11, 12 ALC. AVIT. carm. 5, 246 BENED. reg. 4. contra: PLIN. nat. 30, 124 cinis irenaceorum ... -it partus contra abortus.

part. subst. m. **custōdītus,** GLOSS. -e φυλακῖτα. *adv.* **custōdītē.** *i. q. attente, diligenter*: PLIN. epist. 5, 16, 3 quam studiose ... lectitabat, ut parce -eque ludebat. SVLP. VICT. rhet. 15 p. 321, 13 -e ... faciendum est, ut rebus personisque accommodentur verba.

synonyma et iuxta posita: ad I: arceo, coerceo, conservo, consulo, defendo, inclusum habeo, inspicio, protego, retineo, servo, tueor, vigilo. *ad II A*: observo, speculo, superintendo. *ad II B*: considero, impleo, observo, respicio, servo. *ad II C*: acquiro, amplecto, appeto, cohibeo, colligo, compleo, comprehendo, conservo, habeo, percipio, profero, propago, recolligo, recondo, reddo, reparo, separo, servo. *ad II D*: alo, conservo, curo, incolo, quaero, restituo, retineo, servo, tego, tueor, tutor, vigilo.

opp.: *ad I*: abduco, aufero, contingo, rapio. *ad II B*: commuto, declino, desero, irrideo, muto, neglego, omitto, violo. *ad II C*: abicio, amitto, amputo, demo, do, eruo, pecco, perdo, perturbo, praetermitto, restituo, spargo, tollo. *ad II D*: damno, deterreo, ferio, occido, perdo, peto, violo.

deriv.: custoditio. *comp*: con-, prae-, super-custodio.

custōdiola, -ae *f. a* custodia *deminutive.* *i. q. sepulcrum*: CORP. VI 10246 Septimia Dionisias ... in hac custodiolam (*sic*) Peladiana cum ... monimento, qu(o)t' ... fabricavi *eqs.*

custōdītio, -ōnis *f. a* custodire. PAVL. FEST. p. 61 -o est opera ad custodiendum quid sumpta (*ad Plautum pertinere glossam docuit Reitzenstein Verr. Forsch. 60*). *i. q. observatio legis*: ITALA sap. 6, 19 (Aug. mor. eccl. 1, 17, 32) -o legum ... -o legum (τήρησις, προσοχή, VVLG. custodia, -o). IREN. 4, 33, 8 ecclesiam tradiderunt, quae pervenit usque ad nos -e sine fictione scripturarum, tractatio plenissima.

[**custōdium**]. DIFF. ed. Beck p. 54, 4 eloquentia ... eloquendi electa facilitas, eloquium vero -ii (cultioris *coni. Baehr*) etiam artis.

×**custōs,** -ōdis *c.* [*dubiae originis ac formationis; sunt qui conferant c. got.* huzd *'thesaurus', gr.* κύσθος, *v. Johannson, Indogerm. Forsch. p. 19, 131. cf. esse gr.* ἀκεύειν, ἀκούειν, *got.* hausjan *'audire', russ.* čuchat' *'sentire' putat Bezzenberger, Beitr. p. 27, 146. Th.*]. CHAR. gramm. I 92, 4 -s -is, quod cum ratione profertur, quoniam ex verbo deducitur, quod est custodio, et ideo -is facit (PRISC. gramm. II 134, 15). *formae*: qustor (*sic*): CORP. III 3399. custus: CARM. epigr. 296, 5. 698, 13. 1388, 15 CORP. V 5415, 13 (custude) NOT. Tir. 48, 7 GLOSS. *saepe* custus *et* costus. *adde*: GLOSS. cod. Casin. 439 tuster (tutor *Loewe, Gl. N. p. 150*; custor *vel* custer *Sittl, Archiv 2 [1885] p. 576*) custos. *apud Graecos*: LYD. mag. 1, 46 *acc. plur.* κουστώδης. *notatur persaepe in titulis* c(ustos) a(rmorum) *ex. gr.* CORP. III 14507 (*saec. II p. Chr.*). 10984 (*fere a. 222*) *al. cf.* INSCR. Röm. Lim. in Österreich V p. 129. *de genere*: CHAR. gramm. I 30, 7 hic et haec et hoc -s. PRISC. gramm. II 315, 7 hoc -s raro nisi figurate invenias et haec custoda (-ia *pars codd.*) pluraliter nemo dicat, *fortasse talia cogitavit*: IVV. *p. 1575, 75.* TIBERIAN. *p. 1577, 53.* *feminino genere legitur*: ENN. scaen. 225 PLAVT. Curc. 76. 91 Men. 131 Truc. 812 RHET. Her. 3, 16, 28 (CIC. de orat. 1, 18 Brut. 219 part. 3) CIC. dom. 144 *de dea custode* (*cf.* nat. deor. 2, 67 epist. 12, 25, 1 VERG. Aen. 4, 186. 9, 403. 11, 836 [MACR. sat. 3, 6, 15] HOR. carm. 3, 22, 1 OV. met. 1, 562 fast. 5, 45. 6, 258 Pont. 4, 1, 31 VELL. 2, 131, 1 VAL. MAX. 2, 1, 6 SEN. Med. 2 STAT. Ach. 1, 696 CLAVD. 22, 6. 24, 206 CARM. c. pag. 87 MART. CAP. 2, 134. 174 PHOC. carm. de Verg. 1). CIC. part. 79 fin. 4, 17 Tim. 37 Tusc. 2, 33 LVCR. 3, 324 VERG. Aen. 4, 484. 8, 270 (PANEG. 2, 1) MORET. 31 TIB. 1, 3, 84. 1, 5, 21 PROP. 2, 29 b, 41. 3, 16, 24 LIV. 34, 9, 4 OV. met. 8, 321. 13, 703 fast. 1, 261 MANIL. 3, 47. 5, 555 VAL. MAX. 1, 1, 6. 2, 6, 7. 2, 9 praef. 6, 1 praef. 6, 1, 11. 6, 3, 3 SEN. suas. 6, 5 SEN. dial. 6, 4, 3. 7, 11, 2 PERS. 5, 30 LVCAN. 4, 654. 6, 678. 734. 8, 477 VAL. FL. 5, 356 STAT. Theb. 1, 530. 10, 659 SIL. 11, 383 QVINT. inst. 3, 3, 7. 8, 5, 19 FLOR. epit. 1, 1, 2 IVV. 8, 52 HYG. astr. 2, 12 POMPON. dig. 33, 7, 15, 2 APVL. Plat. 2, 7 TERT. adv. Prax. 8 HIL. in psalm. 14, 11 HIER. epist. 22, 24, 2. 60, 1 VVLG. cant. 1, 5 OPTAT. 2, 18 p. 53, 13 CLAVD. 26, 232 AVG. virg. 51, 52 civ. 14, 12 CYPR. GALL. num. 227 VINCENT. LER. 23, 32 IORD. Rom. 95 CORP. IX 3622. XI 6286. GLOSS. φύλαξ. παραφύλαξ.

legitur inde a LEGE XII tab. *per totam latinitatem; deest apud* HIRT. BELL. Hisp. PVBLIL. RVT. LVP. MELAM SCRIB. LARG. FRONTIN. HYG. *singulis locis habent*: RHET. Her. CATVLL. LVCR. BELL. Alex. CVLEX COPA MORET. ELEG. in Maecen. ASCON. PERS. FRONTO, *binis*: BELL. Afr. VARRO SALL. GRATT. GERM. CELS., *ternis*: TER. VITR. FLOR. epit., *quaternis*: MANIL. PAVL. FEST. VELL. PHAEDR. *cf. etiam nom. propr.* [*francog. vet.* coustre, *raet.* coluster. *M.-L.*]

I *proprie de eo, qui custodit aliquem, aliquid vel vigilat*: A *de hominibus*: 1 *generatim*: a *absolute*: LEX XII tab. Fest. p. 162 *furioso* -s nec escit. PLAVT. Aul. 556 Argus ... quem quondam Ioni Iuno -em addidit (ACC. trag. 386 -em assiduum Ioni apposuit virgini. OV. am. 2, 2, 45 servat -s Iunonius Ion. met. 1, 678 VAL. FL. 4, 366. *cf. infra l. 61*). PLAVT. Capt. 394 nisi quod -em habeo, liberum me esse arbitror. Mil. 146 concubinae miles -em addidit. *et saepe.* Pseud. 140 mavelis lupos apud oves linquere, quam hos domi -es (*cf. p. 1574, 21*). Rud. 385 -s qui fur sit nescit. Truc. 103 obludiant qui -em oblectent. CATO agr. 13 duo -es liberi. 33 vinarios -esque. TER. Eun. 286 hic relictu's -s. CIC. Verr. 6, 63. 145 navis artis indicibus et -bus tenebatur. Phil. 2, 46 -es posuit, ne *eqs.* (NEP. Cim. 4, 1 -em posuerit ..., ne *eqs.*). CATVLL. 55, 23 non -s si fingar ille Cretum *Talos*. VERG. Aen. 3, 221 caprigenum ... pecus nullo -e per herbas (*cf.* PROP. 3, 8, 13. OV. met. 2, 690 greges -s servabat equarum. STAT. Theb. 2, 675 -e fugato. SVET. Iul. 81 sine -e. VVLG. I reg. 17, 20 commendavit gregem -i [φύλακι]). HOR. sat. 1, 2, 98 multae tibi tum officient res: -es lectica *eqs.* TIB. 1, 2, 15 tu quoque ne timide -es, Delia, falle. 1, 3, 84 assideat -s sedula semper anus. PROP. 1, 11, 15 solet amoto labi -e puella. 2, 6, 37 quos ... tibi -es, quae limina ponam. 3, 16, 24 *domina* -s ad mea busta sedens. LIV. 22, 61, 4 -bus publice datis. OV. am. 1, 6, 7 *amor* per excubias -um leniter ire monstrat. met. 2, 422. fast. 1, 261 levis -s *Tarpeia*. VELL. 2, 87, 1 frustratis -bus. VAL. MAX. 9, 12 ext. 1 inter ipsas -um manus. SEN. contr. 7, 7, 7 proditor sine -e est. CVRT. 5, 11, 2 Bessus ... -s verius quam comes. SEN. Oed. 195 elato -e. epist. 85, 41 osculatur tigrim suus -s. COLVM. 7, 1, 2 imprudentis -is neglegentiam ... sustinet. 7, 3, 26 -is officium sublimem ... speculam desiderat. LVCAN. 1, 26 nullo ... domus -e tenetur. PETRON. 102 nautam stationis perpetuae interdiu noctuque iacere in scapha ... -em. MART. 1, 73, 3 positis -bus. QVINT. inst. 4, 2, 70 absentia -um corruptus. TAC. ann. 4, 45 proripuit se -bus. 11, 35 -em ... Messalinae datum. IVV. 6, 235 decipit illa -es (6, 348). HYG. fab. 45 p. 71 Philomelam ... et -es cum ea misit. APVL. apol. 26 quibus comitibus, quibus scrupulis, quibus -bus perniciem ... prohibeat (met. 5, 2 nullo vinculo, nullo claustro, nullo -e ... thesaurus ... muniebatur). TERT. pudic. 5 quot -es, quot delatores, quot conscios auferam. VLP. dig. 25, 3, 1, 3 mittat -es maritus (PAVL. sent. 2, 24, 5). HIL. in Matth. 12, 23 *domus* et habitatore vacua est et deserta -bus. HIER. chron. a. Abr. 1270 *Samaritae* in linguam Latinam exprimitur -e (SVLP. SEV. chron. 1, 49, 4). VVLG. cant. 1, 5 -em (φυλάκισσαν) in vineis. AVG. civ. 1, 2 -es suos *Minerva* perdiderat (3, 11). MAX. epist. p. 3 -um vigiliae pernoctantes.

b *additur gen. obiecti*: PLAVT. Mil. 153 -i mulieris (VERG. Aen. 7, 791 -s virginis Argus. HOR. carm. 3, 16, 6 virginis abditae -em. OV. ars 2, 635 -s odiose puellae. STAT. Theb. 1, 254 -em Phariae ... iuvencae. SIL. 10, 346 -s Inachiae ... iuvencae. TER. MAVR. 2534 Inachiae puellae seu bovis ille -s. NEMES. cyn. 31 stellatum ... oculis -em virginis Ius). PORC. LIC. carm. frg. 5 -es ovium teneraeque propaginis (CIC. Arat. frg. 9 caprigeni pecoris. VERG. ecl. 3, 5 ovis. 5, 44. 10, 36 -s gregis aut ... vinitor. georg. 4, 433 stabuli. CVLEX 413 pecudum. HOR. carm. 4, 12, 10. OV. epist. 1, 103 boum. met. 11, 348 armenti. COLVM. 7, 3, 25 omnibus et omnium quadrupedum -bus. VAL. FL. 6, 640. STAT. Theb. 1, 581 pecoris). CIC. Verr. 5, 94 a vigiliis fanique -bus (*cf.* 5, 96 aeditumi -esque [QVEROL. p. 31, 5]. VERG. Aen. 4, 484 monstrata sacerdos, Hesperidum templi -s. *cf.* OV. trist. 3, 1, 67 -s ... praepositus sancto ... loco. SIL. 2, 150 Theron Alcidae templi -s araeque sacerdos. 13, 49 -es ... templi. CORP. IX 4522 fani cus(tos). III 1158 *Victoriae* aedis -s c(ivium) R(omanorum) leg(ionis) XIII. *cf.* GLOSS. sacerdos -s. *apud christianos*: LIB. pontif. p. 51, 8 [*a. 314*] -s martyrum. VVLG. I par. 9, 19 -es vestibulorum tabernaculi [φυλάσσοντες τὰς φυλακὰς τῆς σκηνῆς]. LIB. pontif. p. 105, 15 [*a. 440*] apostolorum -es, qui dicuntur cubicularii. EVGIPP. Sev. 1, 3 ab ecclesiae ... -e susceptus. *cf.* COD. Iust. 1, 2, 21 pr. tam per ... episcopos quam oeconomos nec non etiam sacrorum vasorum -es. ISID. eccl. off. 2, 9, 1 -es sacrarii levitae sunt). CIC. leg. agr. 2, 24 -em ac vindicem cupiditatum. GRATT. 46 pauper rigui -s Alabandius horti (SVET. Cal. 59 hortorum -es. *cf.* HIER. epist. 106, 51 -es satorum et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pomorum. VVLG. Ier. 4, 17 -es agrorum [φυλάσσοντες ἀγρόν]). SEN. epist. 47, 10 alium ex illis pastorem, alium -em casae fecit *fortuna*. LVCAN. 10, 57 corrupto -e Phari. MART. 1, 41, 7 -s dominusque viperarum. *cf. p. 1572, 44.* STAT. Theb. 12, 151 pervigil ... umbrarum -s (*cf. p. 1574, 5*). Ps. QVINT. decl. 10, 19 servientium revocator animarum, nunc idem crudelis et inexorabilis -s *Pluto*. APVL. met. 2, 30 corporis mei -s (*cf. infra l. 54*). HYG. astr. 2, 12 Graeae ... Gorgonum -es (SCHOL. Germ. Bas. p. 82, 16). HIER. epist. 51, 9 -bus eiusdem loci. VVLG. eccl. 12, 3 -es domus (φύλακες τῆς οἰκίας).

2 *speciatim in re militari*: **a** *absolute*: CAEL. hist. 32 -bus discessis multi interficiuntur. CIC. Catil. 2, 27 nullus est portis -s, nullus insidiator viae. Att. 13, 52, 1 -es dedit. CAES. Gall. 1, 53, 5. civ. 1, 22, 1 cum vigiliis -busque. BELL. Afr. 28, 3 -bus traditi. SALL. Catil. 46, 5. NEP. Alc. 4, 4 se ab -bus subduxit. VERG. Aen. 2, 492 nec claustra nec ipsi -es sufferre valent. 2, 762 -es lecti Phoenix et dirus Vlixes. 9, 645 fidusque ad limina -s. LIV. 1, 51, 8 Turnum ... circumsistunt -es. 1, 59, 5 -busque datis, ne *eqs.* 2, 12, 4 deprehensus a ... -bus Romanis ... transfuga. 23, 17, 1 clausis portis -busque dispositis, ne *eqs.* (SVET. Aug. 43 -es in urbe disposuit). 24, 46, 4 -es vigilesque. Ov. am. 1, 9, 27 -um transire manus vigilumque catervas militis et ... amantis opus. PHAEDR. app. 13, 11. SEN. contr. 7, 7, 8 insciis -bus. CVRT. 4, 5, 19. TAC. hist. 4, 56 corruptis -bus (ann. 2, 68). ann. 12, 21 *Mithridates* -bus circumdatus. SVET. Tib. 22 tribunus militum -s appositus. CALL. dig. 48, 3, 12 pr. per vinum aut desidiam -is (VLP. dig. 47, 18, 1 pr. MOD. dig. 48, 3, 14, 2. ITALA iud. 1, 24 [Lugd.] -es [οἱ φυλάσσοντες, VVLG. *deest*]). IVST. 14, 4, 21 Eumenem ... asservari -bus praecepit. 25, 2, 4 nec sine defensoribus modo verum etiam sine -bus vident castra. AMBR. Noe 2, 5 boni -is praesentia ibi frequentior, ubi muri fragiliores. VVLG. iud. 7, 19. II Esdr. 4, 9 posuimus -es (προφύλακας) super murum. *cf.* 4, 23 -es (οἱ ἄνδρες τῆς προφυλακῆς). Matth. 27, 66 cum -bus (μετὰ τῆς κουστωδίας). 28, 4 (οἱ τηροῦντες). AMM. 15, 5, 31 caesis -bus. CLAVD. 20, 210 pateant tantae nullis -bus urbes. COD. Iust. 1, 27, 2, 4 ubi -es antiqui servabant. CORIPP. Iust. 3, 207. *sing. pro plur.*: VERG. Aen. 1, 564 late fines -e tueri. SIL. 7, 319 trepidus laxabit iniquas -s excubias. IVV. 3, 306 armato ... -e tenentur et Pomptina palus et Gallinaria pinus. CORIPP. Ioh. 1, 499 privato iussit -e teneri *legatos.* *fere i. q. praesidium*: CAES. Gall. 6, 6, 4 Commium ... cum equitatu -is loco ... reliquit (TAC. ann. 15, 46 praesidio militis, qui -s adesset, coerciti *gladiatores.* VVLG. II reg. 8, 14 posuit ... -es, statuitque praesidium [φρουράν]). **b** *additur gen. obiecti*: CAES. Gall. 7, 55, 5 interfectis Novioduni -bus. NEP. Milt 3, 1 pontis ... -es ... principes. VERG. Aen. 2, 166 caesis summae -bus arcis (8, 652 -s Tarpeiae Manlius arcis. LIV. 4, 55, 4). 9, 174 portae -s (LIV. 5, 8, 2 HYG. fab. 100 p. 98 VVLG. II Esdr. 3, 29. 12, 25 -es portarum. SVLP. SEV. chron. 2, 16, 2 vigilibus portarumque -bus). LIV. 10, 20, 8 praedam praedaeque -es exire. 22, 22, 9 obsidum. PHAEDR. app. 13, 9 -es dantur milites cadaverum. CVRT. 5, 8, 5 impedimentorum. LVCAN. 4, 433 Illyricae -s Octavius undae. FLOR. epit. 2, 20, 5 -em sui barbarum. APVL. mund. 26 armigeri ... extrinsecus ... -es locorum ... ianitores et atrienses. IVST. 1, 5, 10. VVLG. Iudith 13, 13 murorum. DICT. 2, 12 Achillen et Aiacem ... -es deligunt hisque tutelam classium tradunt. CARM. epigr. 296, 5 limitis ... custus. CORP. III 8693 miles ... -s traguri. *de corporis custode* (*aliter de nutrice*: ENN. scaen. 255 antiqua erilis fida -s corporis): NEP. Dat. 9, 3 Dion 9, 6 Eum. 7, 1 LIV. 24, 7, 4. *cf.* 35, 36, 3 spectatorum turba ex -bus vitae mortisque ultoribus facta est. 40, 6, 3 regia cohors -esque corporis. PAVL. FEST. p. 315 stipatores corporis -es, quos antiqui latrones vocabant. CORP. VI 8804 CVRT. 4, 13, 19. 8, 2, 11 armigeri corporisque -es. 8, 9, 25 armati corporisque -es. *cf.* MART. 6, 76, 1 sacri lateris -s Martisque togati. *cf.* TAC. ann. 1, 24 *Germani* -es imperatori aderant. SVET. Cal. 55 Germanis corporis -bus. IVST. 9, 6, 3 AVSON. 283, 1. VVLG. I reg. 28, 2 -em capitis mei (ἀρχισωματοφύλακα). EPIT. Alex. 2 SVLP. SEV. chron. 6, 10, 1. *cf.* PRISC. Anast. 240 fidos ... aulae -es. *cf. p. 1015, 43 sqq.*
de carceris custode: PLAVT. Asin. 297 quid agis, -s carceris? (MANIL. 5, 621 carceris ... duri -s. SEN. Thy. 16 -s carceris diri. ITALA gen. 39, 21 [Aug. loc. hept. 1, 145 p. 529, 6] carceris -s [ἀρχιδεσμοφύλαξ, VVLG. principis carceris]. FIRM. math. 3, 5, 26 clavicularii aut carceris -es. HIER. epist. 109, 3. ITALA [codd. e g. Lucif. non parc. 27 p. 269, 24] *et* VVLG. gen. 40, 4 -s carceris [ἀρχιδεσμώτης]. act. 16, 27 -s carceris [δεσμοφύλαξ]). NEP. Eum. 11, 1 praefectus -um. VAL. MAX. 4, 6 ext. 3 QVINT. inst. 2, 17, 20. VVLG. act. 16, 23 -i (δεσμοφύλακι, *Fuld.* -bus; ITALA codd. e g. Lucif. non parc. 27 p. 269, 14 -i carceris). *in imagine*: PROP. 2, 30, 9 excubat ille (*Amor*) acer -s. IVV. 8, 52 domiti ... Batavi -es aquilas *legionum.* HIER. epist. 60, 3 romphaea -s paradisi. AVG. in psalm. 120, 6 si vis habere -em non dormientem, deum elige -em.

B *de bestiis*: VARRO rust. 2, 9, 1 canis ... -s pecoris (VERG. georg. 3, 406 -bus illis [*canibus*]. Aen. 6, 395 Tartareum ... -em *Cerberum.* *cf.* GLOSS. IV 466, 9. 8, 461. TIB. 2, 4, 32 -s liminis esse canis *coepit.* PRIAP. 70, 13 -es ... irrumatos *canes.* PHAEDR. 3, 7, 9. SEN. Ag. 13 -em Stygis *Cerberum.* Herc. f. 809 -s ... pervigil ... canis. Herc. O. 1244 -s ... Stygius. Tro. 404 -s Cerberus. COLVM. 7, 12, 1 canis falso dicitur mutus -s. STAT. Theb. 7, 783 tergeminos ... mali -is hiatus. 8, 55. silv. 3, 3, 27. SIL. 2, 689 -s Molossus. 13, 846 Orthrus armenti ... -s. HYG. astr. 2, 35 *canis* dicitur ab Iove -s Europae appositus esse. *cf.* SCHOL. Germ. Bas. p. 94, 9. FRONTO p. 228, 26 N. *Cerberum* ... -em apposuisse umbris. PANEG. 3, 3 abducto -e *Cerbero.* CORP. IX 5785 raeda⟨r⟩um -s. HIL. hymn. 2, 23 alti -s saevus tartari. *cf. l. 27*). HOR. carm. 3, 4, 79 nec Tityi iecur reliquit ales, nequitiae additus -s. *cf. l. 26.* RABIR. carm. frg. 5 portarumque fuit -s ericius. PROP. 3, 11, 11 -isque feros clausit serpentis hiatus *Medea* (LVCAN. 6, 678 -s pretiosae vipera conchae). Ov. epist. 12, 49 lumina -is (*draconis*) succumbere nescia somno (met. 7, 151 *draco* -s erat arboris aureae. SEN. Ag. 856 frigidus -s. VAL. FL. 7, 517. MART. 12, 53, 5 draco, quem canunt poetae -em Scythici ... luci. TAC. ann. 11, 11 dracones in modum -um. HYG. astr. 2, 3 Iuno dicitur hunc *draconem* ... -em *Hesperidum* posuisse. fab. 74 p. 79 draco fontis -s. SOL. 24, 5 pomorum -es. DRAC. Romul. 10, 33. *cf.* SCHOL. Germ. Bas. p. 60. *cf. infra l. 28*). PLIN. nat. 9, 33 parvos ... aliquis grandior comitatur *delphinus* ut -s (SOL. 12, 12). HYG. fab. 202 p. 128 corvum -em *Coronidis.* NEMES. auc. 14 Tarpeiae est -s arcis non corpore maior *anser.* *in proverb.*: CIC. Phil. 3, 27 o praeclarum -em ovium, ut aiunt, lupum. *in imag.*: COLVM. 9, 7, 6 lacertus ... velut -s.
de sideribus: VITR. 9, 4, 1 -em. *ibid.* -is arcti, qui arcturus dicitur (*cf.* Ov. trist. 1, 4, 1 -s Erymanthidos ursae. 1, 11, 15 -s Atlantidos ursae. SEN. Thy. 873 -s ... sui tardus plaustri ... Arctophylax. GLOSS. III 293, 12 ἀρκτοφύλαξ). GERM. 319 *Iovis ales* telo appositus -s. 333 -s ... canis (AVIEN. Arat. 724). MANIL. 5, 16 Hesperidum ... vigil -s *draco.*

II *translate*: **A** *i. q. observator*: **1** *generatim*: CIC. div. in Caec. 51 -em ... Tullio me apponite. *ibid.* fides mea -em repudiat, diligentia speculatorem reformidat. leg. agr. 2, 22 tribus ... vocavit nullo -e sortitus. Att. 1, 12, 2 -em communis quaestus libertum. CAES. Gall. 1, 20, 6 Dumnorigi -es ponit. HOR. sat. 1, 4, 16 detur nobis locus, hora, -es. TIB. 1, 5, 21 frugum ... aderit mea Delia -s. LIV. 2, 39, 5 ... -bus inter populatores missis, qui patriciorum agros intactos servarent. GRATT. 285. VAL. MAX. 2, 7, 6 bellicarum rerum severissimi -es. SEN. dial. 1, 1, 2 non sine aliquo -e *mundum* stare. nat. 1 praef. 3 universi ... quis auctor aut -s (2, 45, 1 rectorem -emque universi). TAC. ann. 11, 37 -s et exactor *mortis.* IVV. 5, 40 -s affixus ibidem, qui ... ungues observet acutos. SVET. Tib. 12 *efflagitavit* aliquem ... -em factis atque dictis. VLP. dig. 26, 7, 3, 2 quasi observatores actus eius et -es. CLAVD. 20, 511 pueri ... amoto ... -e (*patre*) vagantur. AVG. serm. ed. Mai 109, 2 *Herodes* rector populi, morum -s, disciplinae censor. *in imagine*: CIC. Verr. 4, 119 bonum in arationibus ... -em ac vilicum. SEN. epist. 95, 65 grammatici, -es Latini sermonis. TAC. ann. 12, 46 digressu centurionis velut -e exsolutus. *nota de bestiis*: VERG. georg. 4, 215 *rex apium* operum -s. *de rebus*: SEN. epist. 41, 2 sacer ... spiritus, malorum honorumque nostrorum observator et -s. 94, 55 sit ... aliquis -s (*de philosophia dictum*). *cf.* frg. 14 -s te tuus sequitur (*sc. conscientia*). LVCAN. 8, 477 -s Nili crescentis in arva Memphis.

2 *speciatim de eo, qui munere aliquo fungitur*: PLAVT. Curc. 76 anus hic solet cubitare -s ianitrix. Trin. 251 auri -s. CATO agr. 66 tit. -is et capulatoris officia (144 iniussu domini aut -is). TER. Eun. 290 ibi -s publicest nunc. LVCIL. 219 -em classis (IVST. 22, 8, 11 navibus ... -bus earundem. CORP. VI 9318 -i carinarum). CIC. Flacc. 45 -s ... in frumento publico est positus. p. red. in sen. 28 rogatores, diribitores -esque (*cf.* Pis. 36). Vatin. 12 non -em ... sed portitorem. NEP. Dat. 5, 3 gazae -s regiae (CVRT. 5, 1, 20 regiae pecuniae -s. TREB. Gall. 3, 4 thesaurorum -e. VVLG. I Esdr. 7, 21 -bus arcae publicae [ταῖς γάζαις]. GLOSS. II 328, 37 θησαυροφύλαξ thensaurarius thensauri custus). VERG. Aen. 6, 350 cui (*gubernaculo*) datus haerebam -s cursusque regebam. FEST. p. 302 pastorum aut -um causa (COLVM. 4, 17, 8). VAL. MAX. 9, 3, 7 horreorum -bus remotis (LEX horr. [Corp. VI 33747] 12 -i *i. horreario.* PAVL. dig. 1, 15, 3, 2). CVRT. 5, 1, 20 arcis ... -s. 5, 4, 34 a -bus urbis (IVV. 13, 157 -s Gallicus urbis. *cf.* LYD. mag. 1, 38 -s urbis ... φύλαξ τῆς πόλεως). COLVM. 8, 2, 7 -s vagantium (PAVL. sent. 1, 15, 2). PETRON. 90 aedicularum -i (CHAR. dig. 50, 4, 18, 10 -es aedium. GLOSS. III 305, 10 οἰκοφύλαξ). PLIN. nat. 28, 11 -em ... qui attendat in *precationibus.* LEX Malac. (Corp. II 1964) 2, 17 qui honorem petent, singulos -es ad singulas cistas ponant. STAT. Theb. 10, 184 laterum *navis* -s aut quem penes obvia ponto prora fuit (CLAVD. 17, 43 navita ... lateri -s. RVT. NAM. 1, 455 prorae -s). TAC. Germ. 44 arma *non* ... in promiscuo, sed clausa sub -e et quidem servo (PAPYR. Genav. 1 IV 4 I armorum -s. CORP. VI 31142 ex arm⟨orum⟩ cust(ode *vel* -bus). *et saepe in tit.* TARR. PAT. dig. 50, 6, 13 -es armorum. PAVL. dig. 49, 16, 14, 1 FIRM. math. 4, 14, 10). hist. 4, 60 -es, qui pecuniam, calones, sarcinas retentarent. ann. 15, 43 -es *aquae* (COD. Iust. 11, 43, 10, 4 aquarios vel aquarum -es, quos hydrophylacas nominant). PLIN. epist. 9, 37, 3 -es fructibus ponam. LEX villae Magnae (Bruns fontes ^{7} p. 298 *a. 114—117*) III 16 -es exigere debebu⟨n⟩t *rationes fructuum a colonis.* SVET. Iul. 43 dispositis circa macellum -bus (GLOSS. III 264, 67. 300, 13 ἀμπελοφύλαξ. II 386, 8 ὀπωροφύλαξ). POMPON. dig. 33, 7, 15, 2 mulier villae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-s perpetua (VAL. CEM. hom. 9, 3). SCAEV. dig. 34, 1, 15, 1 -e praedii (PAVL. dig. 32, 92 pr. -bus . . . fundorum. GLOSS. III 260, 27 ἀγροφύλαξ). PORPH. serm. 1, 10, 25 *Capitolii* -s. CORP. XIII 6672 cus(tos) basil(icae) *exercitatoriae*. CAPITOL. Maximin. 23, 2 portuum -es. FIRM. math. 3, 9, 3 funerarios aut -es mortuorum cadaverum. VVLG. IV reg. 22, 14 -is vestium (ἱματιοφύλακος. *cf.* CLAVD. 18, 418. GLOSS. III 307, 61. 518, 17 εἱματοφύλαξ). II Esdr. 2, 8 -em saltus regis (φύλακα τοῦ παραδείσου). Esth. 2, 3 -s mulierum regiarum (τῷ φύλακι τῶν γυναικῶν). AVG. civ. 18, 45 genti imposito -e Antipatro, quos tunc procuratores vocabant. COD. Iust. 12, 50, 3 pr. -es publici cursus. CASSIOD. var. 7, 7, 1 -s Romanae civitatis *praefectus vigilum* (INSCR. Notiz. degli scavi 1907 p. 117 -s vig⟨i⟩liar(um). CORP. XIV 2990. GLOSS. II 377, 30 νυκτοφύλαξ). CONC. Paris. a. 556 p. 143, 14 potius -es chartarum . . . quam defensores rerum creditarum. CORP. III 4032 cust(os) tabul(arum). VI 8616 -i a libellis. CARM. epigr. 1388, 15 commune nobis custus tu serva sepulcrum. LYD. mag. 1, 46 κουστώδης πεδῶν οἱονεὶ ποδοκάκας καὶ ποδοφύλακας. *i. q.* *paedagogus*: PLAVT. Merc. 92 mihi paedagogus fuerat, quasi ut mihi foret -s (*cf.* Pseud. 865 his discipulis privos -es dabo). CIC. rep. 4, 3 ad militiam euntibus dari . . . -es, a quibus primo anno regantur (*cf.* SERV. Aen. 7, 162). *cf.* NEP. Dion 4, 5 VERG. Aen. 5, 257. 5, 546 -em . . . comitemque impubis Iuli (*cf.* MART. 11, 39, 2 pueri -s assiduusque comes). HOR. sat. 1, 4, 118. 1, 6, 81. ars 161. 239 -s famulusque dei Silenus alumni. SEN. epist. 11, 9 -em nobis et paedagogum dedit. PETRON. 94 paedagogus et -s. STAT. Theb. 1, 530 natarum . . . altrix eadem et fidissima -s. QVINT. inst. 1, 3, 17 in eligendis -um vel praeceptorum moribus. TAC. ann. 4, 12 egregia -um fide. PLIN. epist. 3, 3, 4 adulescenti . . . non praeceptor modo sed -s etiam rhetorque quaerendus. IVV. 7, 218 discipuli -s. 10, 117 -s angustae vernula capsae. 10, 303 -e *pueri* et cura natura potentior omni. LAMPR. Comm. 2, 6 adhibitos -es vitae suae honestiores. TREB. trig. tyr. 3, 1 filium . . . eidem Gallienus . . . crederet quasi -i vitae et morum et actuum imperialium institutori. DICT. 1, 14 *Phoenix* -s atque rector *Achillis*. EVGRAPH. Ter. Phorm. 72 quasi magistrum: quasi monitorem atque -em. *i. q.* *speculator*: PLAVT. Men. 131 -i catae. Pseud. 1037 vici cautos -es meos. VERG. Aen. 4, 186 *Fama* sedet -s. 11, 836 Triviae -s . . . in montibus Opis alta sedet . . . spectatque . . . pugnas. *cf.* MACR. sat. 3, 6, 15 SERV. Aen. 8, 269. POMP. TROG. prol. 27 -es Tryphonis *effugit Antiochus*. OV. trist. 4, 1, 75 dedit e specula -s . . . signa tumultus. SEN. dial. 4, 33, 4 posuit illi -em. LVCAN. 6, 734 per funera -s (*v. l.* cunctis) *sequar Erictho furiis*. PETRON. 10 -em molestum. TAC. Germ. 41 *Hermunduri* passim sine -e transeunt *Danuvium* (hist. 4, 64 ut . . . sub -e et pretio coiremus). hist. 1, 87 *praetoriani* ducibus consilium et -es. ann. 3, 28 inditi *legibus* -es. *nota*: CIC. Arat. 162 ille astrorum -s *Aratus*.

B *i. q.* *conservator*: **1** *de animantibus*: CIC. Flacc. 53 -em litterarum. carm. frg. 32, 18 hunc -em (*aquilam*) maesti cruciatus alo [PROP. 2, 29 b, 41 ego tam sancti -e reludor amoris. *corrupt.*]. MANIL. 5, 555 ipsa *Andromeda* suae -s est casta figurae. SEN. contr. exc. 6, 1 meae partis heres ero, tuae -s. SEN. dial. 10, 1, 4 opes . . . bono -i traditae. 10, 7, 5 -s *temporis* parcissimus. QVINT. inst. 4, 2, 73 patrimonii . . . tenax -s. VVLG. prov. 19, 8 -s prudentiae. AVG. civ. 1, 10 *deum* thesauri sui fidelissimum invictissimumque -em. SVLP. SEV. dial. 2, 5, 10 paupertatis suae -s. PETR. CHRYS. serm. 1 p. 186ᴬ patrem -em, non incubatorem fuisse substantiae. CARM. epigr. 1375, 11 amicitiae -s, ambitor honesti. *de observatore legis*: HIER. epist. 22, 24, 2 sponsa Christi arca est testamenti . . . -s legis domini. VVLG. Ezech. 44, 8 -es observationum mearum (τοῦ φυλάσσειν φυλακάς). AVG. civ. 20, 3 -s . . . mandatorum dei. VINCENT. LER. 22, 27 *depositi* (*i. legis divinae*) non auctor debes esse, sed -s, non institutor, sed sectator (23, 32 ecclesia, sedula et cauta depositorum . . . dogmatum -s). *adde*: VERG. Aen. 8, 270 domus Herculei -s Pinaria sacri (PANEG. 2, 1 MACR. sat. 3, 6, 12). **2** *de rebus*: RHET. Her. 3, 16, 28 ad thesaurum inventorum atque ad omnium partium rhetoricae -em, memoriam, transeamus (*cf.* CIC. de orat. 1, 18 Brut. 219 part. 3. SEN. suas. 6, 5 humanorum operum -s memoria. QVINT. inst. 3, 3, 7 communem ac velut -em omnium memoriam. OPTAT. 2, 18 p. 53, 13). CIC. part. 79 -s . . . virtutum . . . verecundia est. Tim. 37 terram . . . diei noctisque effectricem eandemque -em (φύλακα καὶ δημιουργόν). Tusc. 2, 33 *fortitudo* -s dignitatis. off. 2, 23 malus . . . est -s diuturnitatis metus. OV. met. 8, 321 resonabat eburnea . . . telorum -s (*i. pharetra*). 13, 703 dant . . . sacerdoti -em turis acerram. MANIL. 3, 47 principium rerum et -s natura. VAL. MAX. 2, 6, 7 civitas severitatis -s acerrima est. LVCAN. 4, 654 aevi veteris -s, famosa vetustas. 5, 198 -es tripodes fatorum. IVV. 10, 144 saxis cinerum -bus (PRISC. gramm. II 315, 7. *cf.* DAMAS. epigr. 20, 5 tumulo -e). TERT. pall. 5 figmentum -bus forcipibus assignat. HIL. in psalm. 14, 11 diffidentia, quae validissima fiduciae -s est. CLAVD. 26, 232 quid carmine poscat fatidico -s Romani carbasus aevi. CYPR. GALL. num. 227 aetherii -em dogmatis arcam. AVELL. p. 523, 23 vestris -bus litteris intimate. *nota t. t. medic.*: CELS. 8, 3 membranae -s . . . μηνιγγοφύλακα Graeci vocant. *t. t. agricult.*: COLVM. 4, 21, 3 *vitis* in pollicem tondeatur, quem quidam -em, alii resecem, nonnulli praesidiarium appellant (4, 24, 3. 7 *et saepius*). arb. 5, 1. PLIN. nat. 17, 181 *novellus palmes* qui vocatur -s.

C *i. q. tutor*: **1** *de hominibus* (*cf. p. 1572, 20*): ENN. ann. 112 qualem te patriae -em di genuerunt (CIC. dom. 102. Mil. 65 illius mei patriaeque -is. rep. 1, 64 FAV. EVL. p. 1, 23). PLAVT. Asin. 655 -s erilis. Capt. 718 cui (*ero*) me -em addiderat erus maior meus. Truc. 812 tu bona ei (*erae*) -s fuisti. TER. Phorm. 287 bone -s, . . . columen . . . familiae (OV. am. 3, 11, 18 ipse tuus -s, ipse vir, ipse comes. SEN. contr. 7, 6, 5 PLIN. epist. 7, 21, 4 FIRM. err. 6, 2 CLAVD. 7, 159 NICET. psalm. p. 72, 11. CARM. epigr. 381, 1 vixi viro cara custosq. fidelis). CIC. div. in Caec. 18 legis . . . severi -es (6, 126 legi -es ac vindices praeposuisse. *cf.* leg. 3, 8 praetor . . . iuris civilis -s. LIV. 6, 6, 15 te . . . praesidem huius publici consilii, -em religionum, comitiorum, legum, rerum omnium urbanarum. COLVM. 12, 3, 10 -es *legum*, quos Graeci νομοφύλακας appellant. SIL. 1, 442 legum -s. *cf.* TAC. ann. 4, 30 subverterent potius iura quam -es eorum amoverent). Verr. 2, 40 -s . . . pecuniae, sed etiam consulis (LIV. 44, 26, 12 pecuniae quam regni melior -s. SEN. contr. 2, 1, 4 avarus pecuniae -s. QVINT. decl. 320 p. 256, 6 FIRM. math. 3, 2, 8 DRAC. laud. dei 3, 45). 4, 162 -es amicorum eum sectabuntur. 5, 82 -es monumentorum (*cf.* dom. 141 templorum -em ac praesidem). 6, 12 *Verres* bone -s defensorque provinciae. 6, 59 testes -esque furtorum. leg. agr. 2, 15 praesidem libertatis -emque (Rab. perd. 12 tribunus plebis -s defensorque iuris et libertatis. LIV. 6, 37, 2 FLOR. epit. 1, 17, 26 CORP. X 6850 -s libertatis *Theodericus*). CIC. Catil. 3, 24 Marium, -em huius urbis (dom. 40. *cf.* 129 propugnatore et -e imperii. p. red. ad Quir. 9 -e civitatis atque imperii. 21 rei publicae. Sest. 137. Vatin. 7 rei publicae . . . conservatorem et -em. Phil. 3, 27 -sne urbis an direptor et vexator. leg. 2, 42 Att. 7, 3, 3. *cf.* ad Q. fr. 1, 1, 10 urbs -em, non tyrannum . . . recepisse videatur. PS. SALL. in Tull. 3 urbi civibusque -em. ELEG. in Maecen. 1, 27. DECRET. decur. Pis. de C. Caesare [Corp. XI 1421] 8 Augusti . . . -is imperi Romani totiusque orbis terrarum praesi⟨dis⟩. FERIAL. Cuman. Ian. 30 [Corp. I² p. 229] supplicatio imperio Caesaris Augusti cust⟨odis imperi Romani pacisque orbis terrar⟩um. VELL. 2, 104, 2 vindicem -emque imperii. CVRT. 6, 5, 31 sine -e regnum. SEN. epist. 83, 14 urbis -s. ASCON. Scaur. 21 -s ille rei publicae. SIL. 12, 63 -s urbi Gracchus, tutela vel ipsis *muris* certior. QVINT. decl. 254 p. 44, 1 habemus in civitate -em. *cf.* PLIN. epist. 8, 6, 7. PORPH. Hor. ars 1 *Piso*, qui postea -s urbis fuit. *cf.* IVST. 18, 1, 3 relicto -e regni Ptolemaeo. PANEG. 7, 16 hic firmus, hic aeternus est rei publicae -s. CARM. epigr. 698, 13 custus patriae recturque vocatus). CIC. Sull. 61 patronum, defensorem, -em illius coloniae. p. red. in sen. 35 -s capitis (*cf.* Sest. 144 -em salutis meae. Planc. 25 parenti et -i salutis meae. Phil. 12, 25. *cf.* or. frg. A XIV 2. OV. Pont. 1, 9, 21 vitae -s invisus amarae. VAL. MAX. 1, 7 ext. 2 vitae . . . -s. 3, 3, 5 fidum lateri eius -em. CVRT. 3, 6, 1 puero comes et -s salutis. *cf.* SEN. dial. 12, 6, 3 -es animi tui sunt. QVINT. inst. 5, 11, 8. TAC. ann. 3, 14 -s saluti an mortis exactor. PANEG. 9, 12 paratus ad caedem -s factus est ad salutem. *cf.* AVR. VICT. Caes. 42, 23 sui . . . nimis -s. VVLG. prov. 16, 17 -s animae suae [τηρεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν]. AMM. 14, 10, 2 imperator . . . alienae -s salutis). prov. 39 diligentissimo -e pacis atque otii (CLAVD. 10, 333 egregiae pacis fidissime -s). BELL. Alex. 4, 2 sine ullo socio et -e. VARRO rust. 3, 5, 18 eius candidati -s. MORET. 31 *Scybale* erat unica -s. HOR. epist. 1, 1, 17 virtutis verae -s rigidusque satelles (MART. 1, 39, 5 recti -s, mirator honesti). carm. 4, 5, 1 *Augustus* -s gentis (4, 15, 17 -e rerum Caesare). OV. fast. 5, 538 ille (*Orion*) deae -s, ille satelles erat. VELL. 2, 98, 1 diligentissimum atque eundem lenissimum securitatis urbanae -em. VAL. MAX. 1, 1, 6 virgo Vestalis . . . parum diligens ignis aeterni -s. 6, 1, 4 severum pudicitiae -em (VAL. FL. 5, 356 virginei -s grandaeva pudoris Henioche. STAT. Theb. 12, 205 virginei -s monitorque pudoris. QVINT. decl. 363 p. 395, 6 -s pudicitiae uxoris. SEN. dial. 6, 4, 3 feminam opinionis suae -em diligentissimam. clem. 1, 13, 1 miles . . . ut parentis -s. epist. 21, 10 *Epicurus* istius domicilii -s hospitalis, humanus. STAT. silv. 3, 3, 197 *pater* -s dominusque laris. TIBERIAN. carm. 2, 10 -e pericli. HIER. virg. Mar. 19 Mariae -s potius fuit quam maritus. VVLG. gen. 4, 9 -s (φύλαξ) fratris mei. GREG. M. in Ezech. 1, 5, 10 animarum -es. CORP. XI 6286 conservat(rix), -s peculi *femina*. *de bestiis*: PLIN. nat. 11, 53 circa *regem apium* satellites quidam lictoresque, assidue -es auctoritatis.

2 *de deis*: CIC. Sest. 53 pro dei immortales -es et conservatores huius urbis atque imperii (HOR. carm. 1, 36, 3. PLIN. paneg. 94 praesides -esque imperii deos . . . ac te . . . Capitoline Iuppiter precor. INSCR. numm. Cohen III² p. 391 nr. 14 [*Pertin.*] dis -bus. AVG. civ. 1, 3 CORP. VI 30860). BIBAC. carm. frg. 3 illos -is videt hortulos Priapi (VERG. ecl. 7, 34 -s es pauperis horti. georg. 4, 110 PROB. georg. 4, 110 *cf.* MACR. sat. 3, 6, 15 COPA 23 TIB. 1, 1, 17. OV. fast. 1, 391 rigido -i ruris. 6, 333 ruber hortorum -s. PRIAP. 1, 5. 63, 12 cucurbitarum ligneus vocor -s. 80, 9 rustice -s. *cf.* PLIN. nat. 28, 39 fascinus imperatorum . . . infantium -s, qui deus . . . colitur. *cf.* MART. 3, 68, 9. 7, 91, 4. 8, 40, 2. IVV. 6, 375 -em vitis et horti. CARM. epigr. 193 -s sepulcri pene destricto deus Priapus ego sum mortis et vitai locus. 861, 4). CIC. Verr. 6, 185 Mercuri, . . . iuventutis . . . -em ac

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praesidem. Catil. 1, 11 Iovi Statori, antiquissimo -i huius urbis (Hor. carm. 1, 12, 49 gentis humanae pater atque -s. Val. Max. 5, 5, 3 fidissimus Romani imperii -s Iuppiter. Inscr. numm. Cohen I^2 p. 287 nr. 118 [*aev. Ner.*]. Stat. silv. 3, 4, 100 hominum mitissime -s. Corp. XI 4639 Iovi opt(imo) max(imo), -i, conservatori. III 10425 I. O. M. -i). Cic. dom. 144 -s urbis, Minerva (epist. 12, 25, 1. Ov. Pont. 4, 1, 31 eburna vel aerea -s bellica ... dea. Stat. Ach. 1, 696 placidi ... Tritonia -s litoris). Cic. nat. deor. 2, 67 in ea dea (*Vesta*), quod est rerum -s intimarum (Ov. fast. 6, 258 flammae -s. Vell. 2, 131, 1 perpetuorum ... -s Vesta ignium). 3, 55 Pthas ... quem -em esse Aegypti volunt. 3, 57 *Apollinem* -em Athenarum (Verg. Aen. 11, 785. Prop. 2, 34b, 61 Actia ... -is litora Phoebi). Verg. georg. 1, 17 Pan, ovium -s. Aen. 7, 610 nec -s absistit limine Ianus (Hor. epist. 2, 1, 255 -em pacis). 9, 403 astrorum decus et nemorum Latonia -s (*cf.* Hor. carm. 3, 22, 1 montium -s nemorumque, virgo). Hor. sat. 2, 6, 15 *Mercurius* -s mihi maximus adsis. Fast. ann. Venus. Iun. 4 [Corp. I^2 p. 221] Herc(uli) magn(o) custo(di).). (*cf.* Stat. silv. 3, 1, 9 reclusi liminis et parvae -s inglorius arae). Hor. carm. 1, 28, 29 Neptuno ... sacri -e Tarenti (Stat. silv. 2, 2, 22 moderator caerulus undae ..., innocui -s laris). 2, 17, 30 Faunus ... Mercurialium -s virorum (Calp. ecl. 1, 38 vagetur securo -e [*Fauno*] pecus. *cf.* Corp. XII 103 Silvane ... huius alti summe -s hortuli. VI 31005 Avianius ... -i suo *Silvano*. *cf. etiam* VI 31029). Tib. 1, 1, 20 agri -es, ... lares (Apvl. Plat. 1, 12 genios et lares ... ministros deorum ... -esque hominum et interpretes. Socr. 16 p. 155 *daemones* hominibus ... testes et -es ... additos. 16 p. 156. Qverol. p. 6, 1 ego [*lar familiaris*] sum -s et cultor domus). Tib. 3, 9, 4 incolumem -s hunc mihi servet Amor. Ov. met. 1, 562 *Daphne* (*i. laurus*) postibus Augustis ... fidissima -s. fast. 5, 45 *Maiestas* Iovis est fidissima -s. Val. Max. 2, 1, 6 *Viriplaca* cotidianae ac domesticae pacis -s. Sen. Med. 2 genialis tori, Lucina, -s. Stat. Theb. 11, 445 umbrarum -s mundique novissimus heres *Pluto*. silv. 1, 1, 66 loci -s *Curtius*. Sil. 9, 491 ventis positus -s *Aeolus*. Apvl. mund. 37 Saturnum ... urbis -em. Corp. III 3232 Marti -i P. Helvius Pertinax. Tert. adv. Val. 9 *Horus* fundamentum universitatis ⟨et⟩ illius extrinsecus -s (13). Arnob. nat. 1, 41 Aesculapium ... -em nuncupavistis et praesidem sanitatis, valetudinis et salutis. 1, 604 *Christum* animarum vestrarum -em. Lact. inst. 1, 20, 41 quasi -i finium deo (*Termino*). 6, 12, 35 thesauros tuos -i deo credere (Vvlg. gen. 28, 15 -s [διαφυλάσσων] tuus. Avg. serm. ed. Mai 5, 1 innocentiae -s. Pallad. hist. mon. I 53. Cassiod. inst. div. 33 -s hominum). Firm. err. 24, 5 a -bus (*angelis*) caeli (Hier. epist. 108, 2 *angelus* -s ... et comes). Clavd. 22, 6 magni -s Clementia mundi. 24, 206 -s imperii virgo *Victoria*. Avg. civ. 6, 9 Intercidonam ... Pilumnum ... Deverram ... quibus diis -bus ... feta conservaretur. Carm. c. pag. 87 diva Paphi -s *Venus*. Mart. Cap. 2, 134 *Athanasiam* deorum omnium mundique -em. 2, 174 *puella* ... praesul domus -sque Cylleniae, verum Themis aut Astraea aut Erigone dicebatur. Phoc. carm. de Verg. 1 *Clio* ... vetustatis veneranda -s.

3 *de rebus (plerumque personatis)*: *corporeis*: Pers. 5, 30 pavido -s mihi purpura (*i. praetexta*) cessit. Sil. 11, 383 eadem vitae -s ... tellus. 15, 593 *castra* Livius ... vallo -e tenebat. Flor. epit. 1, 1, 2 -s imperii flamma (Iord. Rom. 95). Ser. Samm. 189 *oculos* quasi -es defensoresque pericli. Tiberian. carm. 2, 12 fit tutor pueri, fit -s sanguinis aurum. Anon. de mach. bell. 18 fulminalis ballista ... limitum -s. *incorporeis*: Cic. fin. 4, 17 sapientiam totius hominis -em et procuratricem. Lvcr. 3, 324 haec ... natura ... corporis est -s et causa salutis. Liv. 34, 9, 4 disciplina erat -s infirmitatis (Val. Max. 6, 1, 11 certissima Romani imperii -s, severa castrorum disciplina). Val. Max. 2, 9 praef. censuram pacis magistram -emque. 6, 1 praef. te -e *pudicitia*. 6, 3, 3 libertatis ... -s et vindex severitas. Sen. dial. 7, 11, 2 bonum, cui -e opus est *virtute*. Qvint. inst. 8, 5, 19 leges, diligentissimae pudoris -es. Apvl. Plat. 2, 7 iustitia ... ponderum mensurarumque -s et communicatio opum publicarum. Tert. adv. Prax. 8 probola veritatis, -s unitatis. Avg. virg. 51, 52 -s virginitatis caritas. civ. 14, 12 oboedientia ... mater quodam modo est omnium -sque virtutum.

synonyma et iuxta posita: ad I: adiutor, aedituus, claustra, clavicularius, comes, conscius, curator, defensor, delator, famulus, insidiator, magister, pastor, praesidium, sacerdos, vigil, vigiliae, vinculum, vinitor. *ad IIA*: altrix, auctor, capulator, censor, comes, consilium, creator, cura, defensor, diribitor, exactor, famulus, funerarius, institutor, locus, magister, miles, monitor, observator, paedagogus, pastor, praeceptor, rector, rogator, vilicus. *ad IIB*: ambitor, arca, auctor, effectrix, heres, sectator, thesaurus. *ad IIC*: arbiter, auctor, cognitor, columen, communicatio, conservator, conservatrix, cultor, curator, decus, defensor, dominus, exactor, improbator, magistra, monitor, observator, parens, pater, patronus, praefectus, praeses, praesul, probator, procuratrix, prohibitor, propugnator, protector, rector, satelles, socius, speculator, testis, tutor, vindex.

opposita: ad I: comes, fur, revocator. *ad IIA*: dominus, portitor. *ad IIB*: auctor, incubator, institutor. *ad IIC*: direptor, minister, obses, perditor, tyrannus, vexator.

deriv.: custodela, custodia, custodio. *Mertel.*

cūsus *v.* cossus.

cutīcula, -ae *f.* [*a* cutis *deminutive. Th.*]. Prisc. gramm. II 106, 3 -a 'i' antepaenultimam producit ... quod eum (*sc. Iuvenalem*) facere metri necessitas compulit, quattuor enim breves habens dictio in heroico poni aliter non poterat, quamvis Vergilius huiuscemodi nomina soleat proceleusmaticos ponere. Pers. 4, 18 assiduo curata -a sole. Ivv. 11, 203 nostra bibat vernum contracta -a solem.

1. cutio, -īre *a* cutis. Pavl. Fest. p. 112 intercutitus vehementer cutitus, hoc est valde stupratus.

comp.: decutire. inter-, re-cutitus.

2. cutio, -ōnis *m.* [*orig. inc. Th.*]. *genus bestiolae*: Marcell. med. 8, 128 -es sunt colore pseudoflavo quasi leonino (*ter*). 9, 33 -es bestiolae sunt multipedes cute dura et solida quae tactae complicant se in orbem pilulae rotundissimae, polypodas Graeci appellant. 15, 72 multipedes -es qui in stercore nascuntur quique contacti in globulos complicantur.

×**cutis**, -is *f.* [*cf. c. gr.* κύτος; ἐγκυτί, *theodisc.* hūt *anglosax.* hȳd *boruss.* keuto '*cutis*'. *Th.*]. *de originatione*: Pavl. Fest. p. 51 -is graecam habet originem. hanc enim illi dicunt κύτιν. *de genere*: Exc. Bob. gramm. I 583, 18 nomina quae apud Romanos feminina, apud Graecos neutra, -is τὸ δέρμα τοῦ ἀνθρώπου (Dvb. Nom. gramm. V 576, 15). *de forma: acc. sing. in* -im *non servatus est nisi in codice* Apvl. apol. 50, *qui tamen et ipse alibi praebet* -em. *abl.* coti *scribitur* Antidot. Brux. 146, *poetae testantur* -ĕ. *pluralis legitur*: Prop. 4, 5, 64 Mela 2, 14 Plin. nat. 7, 12 Tert. cult. fem. 1, 9 Arnob. nat. 2, 77. 3, 13 Sol. 15, 3. 56, 12 Amm. 23, 6, 80. 31, 2, 14 Chiron 220. 669. 707 Vict. Vit. 2, 25. 3, 25 Gavdent. serm. 17. *de sensu*: Gloss. ἐπιδερματίς. ἐπίδερμα. δέρμα ἀνθρώπου. ἀνθρώπειον δέρμα. ἐπιφανές. epiphanion. -is corporis δειρή(?) corio (*sic*) carnis. pellis, dura (= δορά?), corium. aqua sub -e ὕδρωψ. *dub.* V 663, 28 opus in cute (*traditur* incute) teneo. Isid. orig. 11, 1, 78 -is est quae in corpore prima est appellata, quod ipsa corpori superposita incisionem prima patitur. -is enim graece incisio dicitur. idem et pellis quod externas iniurias corporis tegendo pellat. *vox sermonis vulgaris, sed praeter* Cels. (*171ies*) *et* Plin. nat. (*134ies*) *omnibus temporibus rara. legitur inde a* Plavto, *omnino deest ex. gr.*: Cic. Lvcr. Verg. Tib. Sall. Tac. Plin. iun.; *singulis locis*: Varro Prop. Svet.; *binis*: Liv. Cvrt.; *ter*: Sil.; *quinis*: Hor. Ivv.; *paulo frequentius*: Ov. (*11ies*), Sen. phil. (*21ies*), Mart. (*12ies*), Apvl. (*10ies*), Vvlg. (*25ies*). [*sard.* cude, *sic.* cuti, *pedem.* cu. *M.-L.*]

1 *proprie*: a *i. q. superficies, operimentum carnis animantium*: Planc. Cic. epist. 10, 18, 3 si quid intra -em subest vulneris. Hor. carm. 1, 28, 13 ultra nervos atque -em (Plin. nat. 11, 243). Ov. met. 2, 583 inque -em radices egerat imas. 3, 64 atrae duritia pellis validos -e reppulit ictus. Colvm. 7, 5, 6 subest aspera -is et velut quaedam porrigo (*de pecore*). Cels. 1, 4 ad -em tondere (3, 18. 4, 2 *saepe*. Salv. gub. 8, 21. Scrib. Larg. 10 ad -em attondere. *de proverbiali sensu v. infra l. 76*). 2, 8 aqua inter -em (*persaepe de hydropico. huc pertinet*: Pers. 1, 23 -e perditus). 5, 26, 23 in -e vel etiam in carne (7, 6 Plin. nat. 11, 212. *saepe in* Vvlg.). 5, 28, 14 sub -e coire. 7, 7, 15 inter calvariam -em. 7, 13 inter -em et arteriam. 8, 7 ab ore et ab -e. Pavl. Fest. p. 110 inter -em flagitatos dicebant antiqui mares qui stuprum passi essent. Sen. epist. 66, 1 sub -e latere. Pers. 4, 33 *si* figas in -e solem. Plin. nat. 7, 12 -busque *humanis* cum capillo pro mantelibus ante pectora uti. 11, 226 -e operimentisque corporum. 22, 156. 32, 108. Sil. 2, 467 iam lurida sola tecta -e et venis male iuncta trementibus ossa extant. Mart. 7, 35, 4 Iudaeum nuda sub -e pondus habet. 10, 12, 7 totos avida -e combibe soles ... et venies albis non agnoscendus amicis. 13, 80, 2 non valet exustam mergere sole -em (*de muraena*). Ivv. 10, 192 deformem pro -e pellem ... scalpit. Apvl. met. 2, 28 adusque ⟨-em⟩ deraso capite. 3, 24 -is tenella duratur in corium. Tert. resurr. 7 p. 35, 15 tunicam -em affirmavit. 32 p. 71, 14 carnes et -es et nervos et ossa. *sim. saepe*. pall. 4 iuxta -em tonsor. ieiun. 12 arida -e loricatus. cult. fem. 1, 9 graciles aurium -es (*i. auriculae infimae*). Gavdent. serm. 17 urebat acritudo nimis frigoris liventes rigentium corporum -es. Avien. orb. terr. 330 corpora proceri nigri -e, viscera sicci. Avson. 72, 2 nudum iam -e calvitium. Hier. epist. 22, 7 squalida -is situm Aethiopicae carnis obduxerat. Avg. serm. 61, 2 magis amantes vestem fulgentem quam cogitant eo communem -em. Sidon. epist. 4, 13, 1 barba ... ad -em secta. *metonymice*: Lact. inst. 5, 19, 33 si -em (*i. corpus*) lavarint. Avson. 420, 1 haec eius species apparet summam -em primi operis intuenti (*i. exteriorem figuram*). *sensu obscaeno, de praeputio vel pene*: Mart. 7, 10, 2 de -e quid faciant ille vel ille sua? Tert. nat. 1, 14 solo detrimento -is Iudaeus. *proverbiales locutiones*: Plavt. Bacch. 242 tondebo auro usque ad vivam -em (*i. despoliabo*). Persa 829 me usque admutilavisti ad -em (*utrumque ex graeco, ut videtur, sumptum. cf. Otto, Sprichw. p. 45*). Hor. epist. 1, 2, 29 in -e curanda plus aequo operata iuventus (1, 4, 15 nitidum bene curata -e vises. Ivv. 2, 105. *cf. Otto, Sprichw. p. 104*). Sen. epist. 9, 13 intra -em suam cogunt *sapientem*. *cf. Otto, Sprichw. p. 104*. Pers. 3, 30 ego te intus et in -e novi (*i. penitus*). *nota i. q. pellis*: Mart. 1, 103, 6 calceus est sarta ter quaterque -e.

b *i. q. extimum tegumentum rerum corporearum, praecipue*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

herbarum, fructuum sim., crusta, cortex, corium, putamen, testa: COLVM. 3, 2, 15 durae -is uvas habent. PLIN. nat. 9, 108 sani quidem partus multiplici constant -e (*de conchis*). 12, 95 tenui -e verius quam cortice (*sc. casia frutex*). 13, 47 crustam verius quam -em obducunt *palmae*. 14, 41 -e omnium tenuissima (*de vite*). 15, 36 nucleorum -e verius quam putamine. 15, 97 inter -em sucumque. 15, 112. 116. 16, 18. 181 pro -e cortex. 16, 187. 17, 230 sub -e innati fructum adimunt. 19, 60 alia cortice aut -e et cartilagine, alia tunicis carnosis. 21, 127 erugant corpora, -em (*sed lectio dubia*). MART. 8, 33, 21 hac -e Ledaeo vestitur pullus in ovo. PAVL. NOL. carm. 27, 283 amara superviridi -e cortex (*de nuce*). AVG. serm. ed. Mai 75, 5 ut arborum gemmae -em qua tectae sunt rumpunt. MARCELL. med. 9, 99 in mali Punici -e sicca. 20, 91 pomorum ... -em tolles. CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 74 quantum brevis capacitas tenuissimae -is includit (*de tritico*). ANTHIM. 14 de -e *laridi* vero ipsa nihil praesumatur. 41 -is vero esocis ... non manducetur, quia graviter nocet. *huc pertinet*: ANON. med. ed. Piechotta 164 femina *anagallidis* florem -e cuaneum habet (*sic coni. Probst, traditur* cutacuaneum) *i. caeruleum, sequitur rubrum. cf. etiam Wagler, PW. I 2021.* *nota singularia*: PLIN. nat. 2, 131 obducta nubium -e. 20, 207 in summa terrae -e. CHALC. comm. 242 in -e speculi (258). SIDON. carm. 5, 541 frange -em pendentis aquae (*i. glaciem*).

2 ***translate vel in imagine***: QVINT. inst. 5, 12, 18 illam vim stricte robusteque dicendi tenera quadam elocutionis -e operimus. 10, 2 (15), 16 solam, ut ita dixerim, -em vel potius illas Epicuri figuras, quas e summis corporibus dicit effluere. 11, 3, 78 sanguis ille, qui mentis habitu movetur et cum infirmam verecundia -em accipit, effunditur in ruborem. GELL. 18, 4, 2 cum ille ... neque primam tantum -em ac speciem sententiarum, sed sanguinem quoque ipsum ac medullam verborum eius (*Sallustii*) ... introspicere penitus praedicaret. OPTAT. 7, 4 p. 175, 11 quae *suavitas* -em conscientiae mollit.

iuncturae: 1 *nominales*: a -is *cum genet.*: CATO agr. 162, 1 pernae. VARRO rust. 2, 4, 11 suis. CELS. 7, 7, 8 palpebrae. 7, 7, 15 capitis *al.* CVRT. 8, 9, 22 oris. MELA 2, 14 hostium (SOL. 15, 3). 3, 75 piscium. PLIN. nat. 6, 200 Gorgadum. 11, 128 cervorum. 11, 172 hominis. 21, 76 feminarum (22, 164). 21, 153 mulierum. *saepe.* 27, 84 lauri. 28, 94 hyaenae. 30, 129 aspidis. OPTAT. 6, 1 p. 145, 1 corporis. MACR. sat. 7, 8, 2 ventris. b -is *genet.*: CELS. 5, 28, 4 exulceratio. 5, 28, 15 color (PLIN. nat. 23, 83 HIER. epist. 64, 2). 7, 4, 1 ora (7, 9). 7, 9 pars (8, 6 OROS. hist. 4, 12, 12). 8, 5 vulnus. COLVM. 3, 2, 15 uva. SCRIB. LARG. 10 relaxatio. PLIN. nat. 8, 138 distentu. 16, 20 tenuitas (*de arbore*). 20, 248 vitia *saepe.* 21, 153 gratia. 22, 151 macula. 23, 24 teneritas. 23, 94 scabritia. 23, 154 porrigo. 24, 31 furfur (26, 2 *al.*). 28, 125 pruritus (29, 121). 28, 184 erugatio. 30, 28 scobes. 31, 53 callum. 31, 84 nitor. APVL. met. 2, 8 rubor. CYPR. epist. 69, 12 sordes. SOL. 30, 26 laevitas. 32, 24 firmitas. HIER. epist. 14, 10, 3 scabra. VVLG. Iob 18, 13 pulchritudo. AVG. civ. 14, 24 tremor. c *epitheta*: aegra: PERS. 3, 63. arida: CELS. 3, 6 PLIN. nat. 8, 117 IVV. 6, 144 TERT. ieiun. 12. arta: STAT. Theb. 6, 871. aspera: COLVM. 7, 5, 6 PLIN. nat. 9, 40. asperata: HIER. epist. 24, 4. atra: LVCAN. 6, 95. avida: MART. 10, 12, 7. calida: SIDON. carm. 19, 2. callosa: APVL. met. 8, 4. cancellata: PLIN. nat. 8, 30 *elephanti*. candida: PLIN. nat. 2, 189. 15, 100 (*de arbore*). canina: PLIN. nat. 30, 46. cerussata: MART. 7, 25, 2. cohaerens: QVINT. decl. 338 p. 336, 12. communis: PLIN. nat. 15, 100 AVG. serm. 61, 2. crassa: CELS. 3, 25. 5, 26, 27 PLIN. nat. 11, 229 APVL. met. 11, 13. decens: SEN. benef. 2, 29, 1. deformis: IVV. 10, 192. densa: CELS. 6, 4 SEN. benef. 2, 29, 1. diffusa: PHYSIOGN. 17. dissoluta: PORPH. Hor. epod. 8, 9. dolens: CELS. 5, 26, 27. dura: OV. met. 8, 803 CELS. 2, 6. 3, 25. 5, 26, 27. 5, 28, 10. 7, 7, 17 *saepe* COLVM. 3, 2, 15 (*de herba*). effeta: APVL. Plat. 2, 16. exterior: CELS. 2, 8 SCRIB. LARG. 74. extima: SOL. 35, 8 (*de pomo*). extrema: CELS. 7, 26, 1 PLIN. nat. 2, 158. evidens: CELS. 4, 1. facilis: STAT. Theb. 9, 873. farta: HIER. epist. 22, 16. fissa: CELS. 5, 28, 17. fluxa: APVL. Plat. 2, 16. fusca: AVSON. 164, 3. glacialis: PLIN. nat. 2, 189. gracilis: TERT. cult. fem. 1, 9. humana: PLIN. nat. 11, 198. imbecilla: SEN. benef. 4, 18, 2. inaequalis: PLIN. nat. 26, 7. indecora: CELS. 7, 17, 1. inferior: CELS. 7, 7, 8. infirma: QVINT. inst. 11, 3, 78. integra: CELS. 5, 17, 2. 5, 26, 35. 7, 17, 1. 8, 8, 2. 8, 10, 7. invicta: PLIN. nat. 8, 89. lactea: APVL. met. 3, 14 SIDON. epist. 1, 2, 3. laxa: CELS. 7, 33 MART. 5, 79, 4 PHYSIOGN. 17. libera: CELS. 7, 9. lota: IVV. 6, 464. macra: CELS. 2, 4. maculosa: PLIN. nat. 26, 7. media: COLVM. 7, 11, 2. mollis: LIV. 21, 55, 11 CELS. 3, 25 SEN. benef. 2, 29, 1 PLIN. nat. 8, 911. 9, 46. multiplex: PLIN. nat. 9, 108 (*de conchis*). nitens: SVLP. SEV. Mart. 18, 4. nitida: HIER. epist. 128, 3. nuda: MART. 7, 35, 4. pallida: CELS. 1, 9 p. 25. perusta: CALP. decl. 2. pinguis: PLIN. nat. 10, 140. plena: CELS. 2, 3. plumea: APVL. met. 3, 14. proxima: CELS. 5, 26, 31. rugosa: PORPH. Hor. epod. 8, 9 SOL. 52, 51 (*de herba*) PHYSIOGN. 68. 86. sana: CELS. 5, 26, 36. sicca: MARCELL. med. 20, 91 (*de pomo*). sincera: PLIN. nat. 13, 126. solida: SEN. benef. 2, 29, 1 MARCELL. med. 9, 33. sordida: MART. 2, 36, 2. spatiosa: CELS. 7, 25, 1. spinosa: PLIN. nat. 16, 90. splendida: MART. 2, 36, 2. squalida: HIER. epist. 22, 7. sufflata: PLIN. nat. 8, 138. summa: CELS. 1, 9. 2, 10 (*24ies*) SEN. epist. 72, 5 CVRT. 3, 12, 2 COLVM. 12, 56, 1 SCRIB. LARG. 135 PLIN. nat. 2, 158. 29, 121. 31, 53 APVL. met. 5, 23 AVSON. 420, 1. superior: CELS. 7, 7, 8. 7, 17, 1. superviridis: PAVL. NOL. carm. 27, 283. tenax: CLAVD. carm. min. 9, 12 (*de herba*). tenella: APVL. met. 3, 24. tenera: SEN. epist. 123, 7 QVINT. inst. 5, 12, 18. tenuis: PROP. 4, 5, 64 OV. trist. 4, 6, 42 CELS. 3, 25 PLIN. nat. 8, 91. 12, 95 (*de herba*). 14, 41 (*item*). 28, 119 APVL. met. 1, 16 PRVD. perist. 13, 29 CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 74 *al.* torrida: SOL. 52, 51 (*de fructibus*). tota: SEN. epist. 95, 16 PLIN. nat. 11, 220 IVV. 9, 13 APVL. met. 9, 12. transtiberina: MART. 6, 93, 4. tumida: CELS. 5, 28, 4. viva: PLAVT. Bacch. 242.

2 *verbales*: a -is *subi.*: adhaeret: VVLG. thren. 4, 8. arescit: VVLG. Iob 7, 5 VICT. VIT. 2, 23. cingit: SEN. benef. 4, 18, 2 hominem. cohaeret: CHIRON 669. contrahit: HIER. epist. 24, 4. exsurgit: FEST. p. 328. formicat: PLIN. nat. 30, 120 (*de herba*). gaudet: STAT. Theb. 6, 847 oleo gavisa -is. gliscit: STAT. Theb. 1, 107. increscit: CELS. 8, 3. intervenit: COLVM. 7, 11, 2. intorrescit: CELS. 2, 17. se laxat: IVV. 6, 144. mollescit: CELS. 8, 9, 1. munit: SEN. clem. 1, 3, 5. obducit: HIER. epist. 22, 7. periculum ostendit: CELS. 5, 26, 27. pallet: CELS. 7, 2. recedit: PLIN. nat. 23, 78. se resolvit: FEST. p. 270. respuit spiritum: SEN. nat. 6, 24, 2. riget: LVCAN. 6, 95 STAT. Theb. 6, 871. rubet: CELS. 5, 28, 18 DRAC. laud. dei 2, 119. sanescit: CELS. 7, 8. 8, 4. subsequitur: CELS. 5, 26, 23. tegit ossa: OV. trist. 4, 6, 42 SIL. 14, 605 DRAC. laud. dei 3, 694. trahit: OV. met. 3, 675. 9, 167. tumet: PERS. 3, 63. b -i: adhaerere: MACR. sat. 7, 8, 2. imponere: PLIN. nat. 23, 119. increscere: OV. met. 4, 577. inolescere: VVLG. lev. 13, 11. superducere: HIER. epist. 66, 1. *nota*: VVLG. lev. 13, 2 in cuius -e et carne ortus fuerit diversus color (13, 3. 4. 5. 6. 10. 12. 27. 35. 38. 39). c -em (*vel passive*): abrumpere: CELS. 5, 26. 23. abstrahere: VVLG. II Macc. 7, 4. 7. adducere: OV. met. 3, 397 LVCAN. 4, 288. adimere: COLVM. 12, 59, 3 (*de nuce*). adsiccare: LVCAN. 8, 690. adurere: CELS. 7, 15. afficere: CELS. 2, 8. affigere: CELS. 5, 28, 1. aperire: CELS. 8, 6 VEG. mulom. 2, 22, 1. apprehendere: CELS. 7, 7, 8. armare: CLAVD. carm. min. 24, 3 natura -em *locustae*. astringere: VEG. mulom. 1, 6, 1. attenuare: PLIN. nat. 11, 173. attrahere: CELS. 7, 26, 1. auferre: PLIN. nat. 17, 61. caedere: OV. fast. 6, 708. circumcidere: CELS. 6, 18, 2. circumdare: ITALA Ezech. 37, 6 (Tert. resurr. 29 p. 66, 25) circumdabo in vobis -em (ἐκτενῶ ἐφ' ὑμᾶς, VVLG. superextendam). circumferre: PLIN. nat. 13, 126. circumicere: SEN. epist. 102, 25 (*in imag.*). comburere: PLIN. nat. 32, 108. comprehendere: CELS. 5, 26, 23. comprimere: PLIN. nat. 23, 78. concidere: CELS. 2, 11. 6, 18, 2. consumere: SEN. Herc. O. 1224. contegere: ARNOB. nat. 3, 13. contrahere: VVLG. Iob 7, 5. corrigere: PLIN. nat. 22, 156. 23, 144. corrumpere: CELS. 6, 2 p. 222. curare: HOR. epist. 1, 2, 29. 1, 4, 15 IVV. 2, 105. *v. p. 1578, 78.* custodire: PLIN. nat. 28, 89. 30, 29. deamare: APVL. Plat. 2, 16. decerpere: COLVM. 12, 56, 1 (*de herba*). decolorare: CELS. 2, 8. denigrari: VVLG. Iob 30, 30. deripere: OV. met. 6, 387 SEN. Herc. O. 1262. destringere: SEN. contr. 7, 5 (20), 9. detrahere: SEN. epist. 102, 25 (*in imag.*) SCRIB. LARG. 74 PLIN. nat. 28, 186. 30, 43 MART. 6, 93, 4 TERT. resurr. 7 p. 35, 13 AMM. 23, 6, 80. 31, 2, 14. diducere: CELS. 7, 25, 1. 8, 4. discindere: CELS. 8, 4. distendere: COLVM. 7, 7, 3 HIER. epist. 22, 16 CLAVD. 20, 449. dividere: DRAC. laud. dei 1, 381. ducere: CELS. 6, 18, 2 PANEG. 12, 3. durare: OV. met. 3, 675. 4, 577 CELS. 3, 6 STAT. Ach. 2, 108 APVL. met. 3, 24. tenacem efficere: PLIN. nat. 22, 82. effingere: QVINT. inst. 10, 2 (15), 16. emendare: PLIN. nat. 20, 181. 21, 76. 22, 84. emollire: CELS. 2, 14. erodere: CELS. 3, 21. 4, 14. 5, 26, 20. erugare: PLIN. nat. 23, 85. 26, 163. 28, 183. 32, 84 *al.* exaequare: CVRT. 8, 9, 22 reliquam oris -em ad speciem lēvitatis exaequant. exasperare: CELS. 3, 22. 25. 3, 27, 1. 5, 26, 35. 5, 28, 18. excidere: CELS. 7, 2. 7, 7, 9. 7, 12, 5. exedere: CELS. 7, 13. expingere: MART. 8, 52, 8. expolire: PALLAD. hist. mon. I prooem. p. 249, 50. extendere: CELS. 7, 25, 1. 2 PLIN. nat. 11, 238. 24, 43. 26, 163. 31, 105. 32, 65 *al.* VVLG. Ezech. 37, 8. extenuare: CELS. 6, 18, 2. 7, 2. exulcerare: CELS. 4, 23. 29. 5, 26, 36. exurere: MART. 13, 80 VVLG. lev. 13, 24. facere decolorem: PLIN. nat. 28, 185. figere: SEN. dial. 1, 3, 9. findere: CELS. 5, 26, 23 SEN. Tro. 538. fingere: TERT. pall. 4. firmare: CHIRON 707. fuscare: STAT. Theb. 6, 576 -em (*acc. graec.*) fuscatur olivo. BOETH. herm. sec. 5, 11 p. 367, 25 -em calor fuscaverit. illigare: PLIN. nat. 28, 94. immiscere: SEN. Herc. O. 831 vestis immiscet -em (*lectio dubia*). implere: CELS. 5, 26, 31. incidere: CELS. 3, 21. 4, 8 (*24ies*) PLIN. nat. 8, 178. 31, 96. inclinare: CELS. 8, 9, 1. inducere: CELS. 7, 33. inflare: CELS. 4, 2 SVLP. SEV. dial. 2, 2, 5. insecare: LIV. 28, 21, 10. insignire: APVL. apol. 50. intendere: CELS. 7, 7, 1. 7, 17, 1. 7, 19 PHAEDR. 1, 24, 1 PLIN. nat. 8, 125. lacerare: CELS. 2, 10. GLOSS. lancinata (*i. lacerata*) -e osculis mordacibus laceratum, *saepius, sed varie corruptum.* laedere: SEN. epist. 123, 7 CALP. ecl. 5, 74 MART. 5, 79, 4. lambere: PLIN. nat. 11, 173. laxare: PLIN. nat. 17, 251. 24, 35 CLAVD. 18, 110. lēvare: CELS. 5, 28, 1 PLIN. nat. 31, 105. 36, 139 LACT. inst. 5, 19, 33. lēvigare: PLIN. nat. 20, 20 ARNOB. nat. 2, 41. mittere: HOR. ars 476. mollire: CELS. 6, 18, 2 OPTAT. 7, 4 p. 175, 11. movere: LVCAN. 6, 210. neglegere: FRONTO p. 215, 20 N. nutrire: PLIN. nat. 22, 164. obducere: SEN. dial. 6, 24, 5 PLIN. nat. 13, 47 HIER. epist. 79, 3. occupare: CELS. 6, 18, 3. operire: VVLG. lev. 13, 12. perfricare: CELS.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

8, 10, 1. perrumpere: CELS. 7, 5, 4. perstringere: CVRT. 3, 12, 1 HIER. epist. 1, 7, 2. polire: FIRM. err. 4, 2 HIER. in Soph. 1, 3 p. 687 epist. 30, 18. praeparare: PLIN. nat. 24, 186. 29, 110. 32, 67. praestringere: AMM. 25, 3, 6 -e bracchii eius (*de pulmonibus*). prendere: CELS. 3, 22. 7, 25, 1. proferre: PHYSIOGN. 17. purgare: CELS. 5, 16 PLIN. nat. 23, 19. 145. rapere: LVCAN. 9, 768 STAT. Theb. 5, 597. reducere: CELS. 6, 18, 2. relaxare: CELS. 2, 17. 3, 22. 7, 7, 8 PHYSIOGN. 101. relevare: ARNOB. nat. 2, 77. relinquere: PLIN. nat. 28, 175 (*de anguibus*). remittere: CELS. 7, 26, 1. removere: OPTAT. 6, 1 p. 145, 1. rescindere: COLVM. 7, 11, 2. resolvere: CELS. 7, 6. rodere: CELS. 5, 28, 18. rumpere: CELS. 5, 18, 7 SEN. dial. 11, 3, 1 AVG. serm. ed. Mai 75, 5 (*de herba*). scindere: CELS. 6, 18, 7. separare: VICT. VIT. 3, 25 ANTIDOT. Brux. 146. siccare: PLIN. nat. 31, 128. solidare: SIDON. carm. 19, 2. spargere: SEN. nat. 3, 25, 4. stringere: SEN. epist. 72, 5. subire: CELS. 2, 15 PLIN. nat. 23, 114. 24, 46. 77. subsecare: CELS. 8, 4. suere: CELS. 8, 6. sulcare: OV. met. 3, 276. superducere: TERT. resurr. 7 p. 35, 11 CASSIOD. in psalm. 138, 14. superextendere: VVLG. Ezech. 37, 6. superincidere: CELS. 7, 31. superponere: CELS. 7, 6. suspendere: SOL. 56, 12. tendere: LVCAN. 9, 792 STAT. Theb. 11, 107 PHYSIOGN. 106. laxe tenere: CELS. 7, 4, 4. tenuare: APVL. met. 11, 13. tingere: MART. 1, 77, 5. tollere: MARCELL. med. 20, 91. tondere: HOR. epist. 1, 17, 7. transsuere: CELS. 7, 25, 2. urere: CELS. 7, 15 GAVDENT. serm. 17. *adde*: SIL. 2, 439 usta -em (*acc. graec.*). variare: SEN. nat. 1, 5, 7. vellere: CELS. 3, 27, 1.

deriv.: cuticula, 1. cutio. *comp.*: intercus. lanicutis, levicutis, squamicutis, testicutis.

cutisus *v.* cytisus.

?**cutulus** ἀγκών GLOSS. (*fort.* cubitus *legendum*).

cuturnium *v.* gutturnium.

cyamias, -ae *f.* [*vocabulum graecum, cf.* κύαμος. *Th.*]. *gemma quaedam*: PLIN. nat. 1, 37, 73. 37, 188 -as nigra est, sed fracta ex se fabae similitudinem parit.

cyamus (-os), *acc.* -on *f.*, κύαμος. *genus herbae*: PLIN. nat. 21, 87 in Aegypto nobilissima est colocasia, quam -on aliqui vocant *eqs.* *v. etiam nom. propr.*

?**cyancha:** CONC. Aurel. a. 511 p. 7, 11 monacho uti orario in monasterio vel -as habere non liceat (*videtur subesse* tzangas).

cȳaneus, -a, -um, κυάνεος. cȳ- *producitur apud poetas praeter* PRVD. psych. 858. *scribitur etiam* coeaneus *in codd.* AVIEN. orb. terr. 370. 769. 964 Arat. 402. 732 ora 191 *et* cuaneus *apud* ANON. med. ed. Piechotta 164. GLOSS. -um arolecum (*i.* caeruleum). SCHOL. Hor. epod. 13, 16, gloss. app. caerula: marina aut -i coloris.

i. q. caeruleus: DIRAE 40 -o resplendens aethere. PLIN. nat. 10, 89 avis ... colore -a. 10, 99 colore ... superne -o (*opp.* pallido. 37, 120 CHALC. comm. 333 PHYSIOGN. 24 ISID. orig. 19, 17, 16). 22, 45 chamaeleon ... viridis ... -us ... croceus (CASSIOD. var. 5, 34, 2 chamaeleon ... veneta ... blatta ... prasina ... -a). PORPH. Hor. epod. 9, 7 -a veste. ANTH. 718, 7 -oque sinu *Oceani*. SOL. 15, 28 -us *lapis* e Scythia. AVIEN. Arat. 402 pelagus. 732 undique quippe alveus (*Canis*) -a est (*i. inornata stellis*). orb. terr. 370 aequore. 769 undis (CARM. epigr. 266, 1). 964 ponti. ora 191 per profundum marmoris -am in modis esse certum imaginem est. AMM. 22, 8, 14 quibus controversae -ae (*Valesius*, extranea *codd.*) sunt Symplegades (*scribendum* Cyaneae *et* Symplegades *tamquam glossema eiciendum*). SERV. Aen. 4, 146 coma. PRVD. psych. 858 stagna. ANON. med. ed. Piechotta 164 (*v. p. 1579, 16*). PHYSIOGN. 25 de oculis glaucis guttae quaedam in pupillis pervidentur ad magnitudinem milii, quarum partes rubrae et -ae sunt (26). 27 circuli *oculorum* sanguinolenti vel -i. ISID. orig. 12, 7, 25 ales. 16, 9, 7 -a Scythiae gemma caeruleo coruscans nitore. *v. etiam nom. propr.*

cȳanus (-os), -ī *f.* κύανος. *genus herbae*: PLIN. nat. 1, 21, 24. 21, 47. 68. *genus lapidis Lazuli*: PLIN. nat. 1, 37, 38. 37, 119. *Gudeman.*

cyathisso, -āre [κυαθίζω. *Th.*]. MACR. gramm. V 626, 23 sunt quaedam huius formae (*frequentativa*) sine substantia principali: -are. 651, 23. PLAVT. Men. 303 non scis, quis ego sim, qui tibi saepissime -o apud nos, quando potas? 305 tun -are mihi soles ...?

×**cyathus**, -ī *m.*, κύαθος. *plur.* cyathūs *p. 1582, 48. 50 sq.* ciat(h)us, cyatus *in codd.; in titulis*: cyathus: CORP. VI 3963. cyatus: CORP. VI 8815—8817. ciatus: CARM. epigr. 346, 2. *formae rariores*: quiatus: ITALA exod. 38, 12 (Monac.) quiator *acc. plur.* DIOSC. *saepius.* GLOSS. *cf.* METROL. p. 128, 23 cyatus et quiatus unum est, quod vulgo dicitur plena bucca. quatus: CORP. IV 5448 (*dub.*). ceatus: POL. SILV. pond. mens. chron. I p. 549. GLOSS. Plac. V 11, 2 (= 54, 19) chiatum (cihatum *al.*) autem cum h scribi oportet. *cf.* GRAMM. VII 303, 12 hiatus, oris apertio, cum aspiratione; chiatus per c et h vas. ISID. orig. 16, 26, 4 -us a quibusdam cuatus dicitur. *notatur* c.: CORP. XIII 10008, 46 (*dub.*). TI: MAECIAN. distrib. 80. KY: ISID. orig. 16, 27, 5 METROL. p. 134, 16. GLOSS. κύαθος. κοτύλη. bolla (*anglosax.*).

1 *poculum, cf.* ISID. orig. 20, 5, 4 -i quoque et scyphi ... poculorum sunt genera. GLOSS. calix. -os catinos. **a** *vasculum potorium*: PLAVT. Persa 771 ab summo septenis -is committe hos ludos. 772 tarde -os mihi das. 794 at tibi ego hoc continuo -o oculum excutiam. Poen. 274 quoius ego nebulai (*i. vini*) -o septem noctes non emam. Pseud. 957 nihil etiamdum harpagavit praeter -um et cantharum (*nota allitterationem*). Rud. 1319 sinus, cantharus, epichysis, gaulus, -us. Stich. 706 vide, quot -os bibimus. TER. Ad. 591 -os sorbilans. LVCIL. 924 quem ... vini, inquam, -us unus potuit tollere. VARRO Men. 116 cupas vinarias sirpare noli; adde -um (quiatum *codd. Noni*) vini in uxorculae pocillum. VERG. catal. 11 (14), 4 quid immeriti crimen habent -i? (*syn.* pocula). COPA 7. HOR. carm. 3, 8, 13 sume, Maecenas, -os amici sospitis centum (OV. fast. 3, 532 annosque precantur, quot sumant -os, ad numerumque bibunt). MART. 1, 71, 1 Laevia sex -is, septem Iustina bibatur *eqs.* 8, 51, 21. 9, 93, 4. 11, 36, 7. 13, 22 non habilis -is et inutilis uva *duracina* Lyaeo. IVV. 5, 32 cardiaco numquam -um *vini vetusti* missurus amico. AVG. mor. Manich. 2, 13, 30. SIDON. epist. 2, 2, 12 potiones *nivales*, quarum rigentes -i ... metuerentur. **b** *vasculum, quo vinum hauriebant ex cratere*: VARRO ling. 5, 124 in huiusce locum (*sc. simpuvi*) in conviviis e Graecia successit epichysis et -us. *cf.* PAVL. FEST. p. 337 simpuvium vas parvulum non dissimile -o, quo vinum in sacrificiis libabatur. PORPH. Hor. epod. 9, 36 -o hauriebatur ex cratere vinum. HOR. sat. 1, 6, 117 lapis albus pocula cum -o duo sustinet. carm. 1, 29, 8 puer quis ... ad -um statuetur ...? PROP. 4, 8, 37 Lygdamus ad -os *erat*. PLIN. nat. 10, 96 *nidus* picorum aliquis suspenditur surculo primis in ramis -i modo. STAT. silv. 1, 5, 10 iunge, puer, -os (*i. assidue hauri*). MART. 10, 66, 5 quis potius -os aut quis crystalla tenebit? IVV. 9, 47 puerum ... dignum -o caeloque (*i. Ganymedem*). 13, 44 tunc cum ... nec puer Iliacus formosa nec Herculis uxor ad -os *erant*. SVET. Iul. 49 *Caesarem* ad -um et vi⟨num⟩ Nicomedi stetisse. SIDON. carm. 23, 287 *Ganymedem* aptans ad -os *pantomimus*. CARM. epigr. 346, 2. CORP. VI 3963 ⟨Cae⟩saris ⟨a c⟩yatho. 8815. 8816 a cyato. 8817 ab cyato. *adde*: PLIN. nat. 28, 126 cum fervet *lac*, ne circumfundatur, praestat -us argenteus cum frigida aqua demissus ita, ne quid infundat. *in sacrificio utebantur ad libandum: cf.* PAVL. FEST. *l. 17.* ITALA exod. 38, 12 (Lugd. Monac.) fecit catinos et parobsides et -os (= VVLG. exod. 37, 16) et profusoria aurea. ARNOB. nat. 7, 44 *dii* -o uno sanguinis et thuris suffitione molliti. VVLG. exod. 25, 29 num. 4, 7 Ier. 52, 19 *cf.* AVG. loc. hept. 2, 115 p. 561, 20.

2 *mensura*: PLIN. nat. 21, 185 -us pendet per se drachmas X (*cf.* PLIN. med. praef. p. 9 -us drachmae X. CARM. de pond. 74 ISID. orig. 16, 26, 4; *sed* METROL. p. 128, 22 -us drachm. X et scrip. II); cum acetabuli mensura dicitur, significat heminae quartam, id est drachmas XV (*cf.* METROL. p. 140, 16. 20 apud quosdam -i novem eminam facere videntur, quod sunt dragmae XC, apud quosdam vero acetabula IV, quod sunt dragmae XLVIII). FRONTIN. aq. 34 quemadmodum ... sextarii ratio ad -os, modii vero et ad sextarios et ad -os respondet (EPIPHAN. de mensur. 21 -*us* est pars sexta sextarii. SCHOL. Hor. carm. 3, 8, 13 POL. SILV. pond. mens. chron. I p. 549. *sed* GLOSS. V 351, 41 -us [*sic*] XII faciunt sextarium unum. *cf.* CARM. de pond. 80. MAECIAN. distrib. 79 quadrantal habet ... sextarios LVIII ... -os DLXXVI). METROL. p. 128, 18 calix -us VIIII. p. 128, 20 cotilla, id est emina, -us XXVII. GLOSS. II 509, 38 sexta pars eminae. III 604, 44 tertia pars staupi. CARM. de pond. 73 cotyle -os bis ternos una receptat (ISID. orig. 16, 26, 5 *cf.* PELAGON. 277). 77 mystrum -i quarta est. GLOSS. κοτύλη τὸ μέτρον (*cf.* HIER. in Ezech. 45, 13 p. 565 κοτύλην id est -um). modus mensurae. *mensura rerum liquidarum, rarius solidarum* (*ut l. 63. 64. 65*): CATO agr. 109 vini -os IIII ⟨addito⟩. 114, 2. 115, 2. 122. 123. 157, 12 aquae -os IIII. 158, 2. HOR. sat. 1, 1, 55 tibi si sit opus liquidi non amplius urna vel -o. carm. 3, 19, 12 tribus aut novem miscentur -is pocula commodis: qui musas amat impares, ternos ter -os attonitus petet vates *eqs.* (*cf.* AVSON. 335, 4). CELS. 1, 3 aquae frigidae -i tres bibendi sunt. 1, 8. 4, 19 -o lactis -us aquae mixtus. *et saepe.* COLVM. 2, 10, 27 ut singuli -i seminis locum occupent decem pedum longum et quinque latum. 6, 30, 7. 8, 4, 5 singulis capitibus (*i. gallinis*) quaterni -i diurna cibaria sunt. 8, 5, 2 hordei (PALLAD. 1, 27, 1) *al.* SCRIB. LARG. 1. 9 *et persaepe.* PLIN. nat. 14, 85 salis -o. 20, 21. 23. 58 *et passim.* MART. 11, 27, 2 cum te sex -os orat amica gari. SER. SAMM. 331. 499. 906. 1004. RVFIN. hist. 3, 6, 8 ad confessionem ... -i farinae (δράκα μίαν κεκρυμμένων ἀλφίτων).

deriv.: cyathisso. κυαθίσκος (CELS. 7, 5, 3).

cybaeus, -a, -um [*vocabulum graecum esse videtur, sed origo incerta est. Th.*]. CIC. Verr. 6, 44 navem vero -am maximam, triremis instar palam aedificatam sumptu publico. *subst. f.* cybaea, -ae (*sc. navis*): CIC. Verr. 5, 17. 50. 59.

cybicus *v.* cubicus.

cybindis [*a Graecis tractum, cf.* κύμινδις. *Th.*]. PLIN. nat. 10, 24 nocturnus accipiter -is vocatur. POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 17 (*inter nomina volucrum*) cibinnus.

cybium, -iī *n.* [κύβιον, *cf.* κυβείας. *Th.*]. *genus thunni*: VARRO ling. 5, 77 aquatilium vocabula animalium partim sunt ... peregrina: foris muraena ..., cy[ty]bium (*corr. Aldus*) et thynnus, cuius item partes graecis vocabulis omnes. PAVL. FEST. p. 52 -um dictum, quia eius medium aeque patet in omnes partes ... huic et cybios genus piscis, quia piscantes id genus piscium velut aleam ludant. MART.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

11, 27, 3 duo frusta rogat -ii. 11, 31, 14 caudam -ii. *salsamentum ex frustis -i factum; cf.* PLIN. nat. 32, 146 -um: ita vocatur concisa pelamys, quae post XL dies a Ponto in Maeotim revertitur. CELS. 2, 24 *sumuntur* purpurae, cochleae, -um (cibi *codd.*), potionesque. PLIN. nat. 1, 9, 18. 1, 32, 17 -a. 9, 48 pelamydes in apolectos particulatimque consectae in genera -orum dispertiuntur. 29, 80. 32, 46. 80. 95 purgant et -a vetera (32, 126) privatimque cruditates; pituitas, bilem trahunt. 32, 105 pelamydum salsarum capitum cinis vel -orum cum melle. 32, 151 tritomum: pelamydum generis magni, ex quo terna -a fiunt. MART. 5, 78, 1 divisis -um latebit ovis. MARCELL. med. 13, 14 -um optimum ac vetustissimum.

compos. graec.: Kybiosactes (SVET. Vesp. 19).

cyburium *v.* ciborium. **1. cybus** *v.* cibus. **2.** *v.* cubus.

cyceōn, -is *m.,* κυκεών. ARNOB. nat. 5, 25 potionem cinni, -em quam nuncupat Graecia. 5, 26 (*ex carmine Orphico*) *Ceres* perducit totum -is laeta liquorem. 5, 35 -is potio.

cychramus, -ī *m.,* κύ(γ)χραμος. *nomen avis*: PLIN. nat. 1, 10, 33. 10, 66. 68 -us perseverantior festinat etiam pervenire ad expetitas sibi terras. itaque noctu eas (*coturnices*) excitat admonetque itineris.

[cyciminium] locus ubi oratio agebatur GLOSS. V 277, 17 (comitium *Heraeus*, catechumenium *Bücheler*).

cycinus *sim. v.* cycnus. **cycla** (GLOSS. III 187, 5) *v.* cichla.

cycladātus, -a, -um *a* cyclas. *i. q. cyclade indutus*: SVET. Cal. 52 sericatus et -us.

cyclamīnos, -ī *f. et* **cyclamen,** -inis *n.,* κυκλάμινος. ISID. orig. 17, 9, 89 -us graece dicta a quodam, qui Κύκλος vocatus est.
de formis: cyclaminos: PLIN. nat. 1, 25, 68. 69. 25, 116. 125. 134. 26, 106. 161 MARCELL. med. 30, 14. 69 (-on). ORIBAS. syn. 1, 21[828] PS. APVL. herb. 18 GLOSS. ISID. *l. 25* (-us). cyclaminum: PLIN. nat. 21, 51. 64. 28, 164 THEOD. PRISC. eup. faen. 33 ORIBAS. eup. 2 C 33 DIOSC. 2, 150. cyclamen: PELAGON. 199 CHIRON 391 MARCELL. med. 1, 7. 8. 4, 19. 35. 5, 4 THEOD. PRISC. eup. faen. 86 PS. APVL. herb. 18 CASS. FEL. 1 p. 6, 1 CAEL. AVR. chron. 1, 1, 38. 2, 1, 37. 3, 2, 42 DIOSC. 1, 151.

MARCELL. med. 4, 35 herbae -is, id est orbicularis (5, 4. 30, 69. GLOSS.). ORIBAS. eup. 2 C 53 -um qui et terrae malus (GLOSS. terrae malum *vel* malus). GLOSS. orbiculus terrae. soliversium. rapum terrae (DIOSC. 2, 164 W. κυκλάμινος . . . Ῥωμαῖοι ῥάπουμ τέρραι, οἱ δὲ οὐμβιλίκουμ τέρραι, οἱ δὲ ῥάπουμ πορκίνουμ, οἱ δὲ οὐρσίνουμ, οἱ δὲ ἀρχαρά. *cf.* PS. APVL. herb. 18). *cf.* coloquintida id est rapum porcinum, id est terrae malum, id est rapum terrae, id est -os, id est orbicularis. aristolochia rotunda. squilla minor. clargia (elardia PS. APVL.) cimbellargia (*vel* cimbilargia. *i.* cymbalaria). casopillos (cissophyllon PS. APVL.). cidonion (chelonion PS. APVL.). patalia (palalia PS. APVL.). errapurpurunum (rapum porcinum?). asperetes (ἀσφώ DIOSC.). orsiculos. stipaticus. hostanis (Ὀσθάνης DIOSC.). SCRIB. LARG. 7 cum exiguo flore aeris vel -i suco (8. 71 PLIN. nat. 28, 203 THEOD. PRISC. eup. faen. 86 MARCELL. med. 1, 7. 8. 4, 19. 35). PLIN. nat. 1, 25, 68. 69. 21, 51 in vepribus nascitur -um. 21, 64. 24, 1 ipsum holus . . . adversum -o et origano arescit. 25, 114 -i radix (25, 133. 26, 90. 100. 120. 124. 129. 144. 149. 155. 163 PELAGON. 199 CASS. FEL. 1 p. 6, 1 MARCELL. med. 5, 4). 25, 116 est et altera -os cognomine cissanthemos (*cf.* PS. APVL. herb. 18. GLOSS. antimon). . . . mihi et tertia -os demonstrata est cognomine chamaecissos. 25, 122. 125 lepori marino adversatur et -os. 25, 134. 143 -i pastillos. 26, 106 -os decocta in aqua perniunculos curat. 26, 161 *ad partus accelerandos prodest* -os adalligata. 27, 9. 28, 164 *ulcera capitis sanat* hominis vetus *urina*, si -um adiciatur et sulphur. 29, 47. MARCELL. med. 30, 14 -os detrahit per sellas pituitam et aquam. DIOSC. 2, 150. 151.

cyclas, -dis *f.,* κυκλάς. *nom.* cycladis: VEN. FORT. Mart. 3, 467 GLOSS. *abl. plur.* cycladis: PS. AMBR. *l. 73.* *acc.* -ādem: VEN. FORT. carm. 8, 3, 271. SERV. Aen. 1, 282 togas autem etiam feminas habuisse, -um et recini usus ostendit. 1, 649 contextum velamen: -em significat. SCHOL. Iuv. 6, 259 genus vestimenti. GLOSS. cida (*i.* cicla⟨s⟩) graece, latine circumtextum dicitur pallium, est rotundum. -is cooperimentum. vestis unde cingitur homo. molle pallium. ISID. orig. 19, 24, 10 circumtextum quod graece κυκλάς dicitur (*cf.* GLOSS. V 565, 35). *vestis muliebris*: PROP. 4, 7, 41 haec nunc aurata -e signat humum. IVV. 6, 259 hae sunt, quae tenui sudant in -e. LAMPR. Alex. 41, 1 matronas autem regias contentas esse debere . . . -e, quae sex uncias auri plus non haberet. VOPISC. quatt. tyr. 9, 3 -e uxoria. TREB. trig. tyr. 25, 4. PS. AMBR. epist. 1, 3 induit me -e auro texta. 1, 13 auro intextis -is indutae. SIDON. epist. 1, 5, 11. VEN. FORT. carm. 8, 3, 271 brattea gemmatam -em fila catenant. Mart. 3, 467 -is aut qualis cataclyzis effora rasis *dub.* GLOSS. III 242, 34 -s ἡ ἀειδιότης.
cf. Cyclas *nom. propr.*

deriv.: cycladatus.

(**cycleus**) *v.* cochlea.

cyclicus, -a, -um, κυκλικός. *graece*: VITR. 10, 1, 1 κυκλικὴ κίνησις. **1** *in poesi heroica*: HOR. ars 136 scriptor -us (*cf.* PORPH. Hor. ars 131 in eos dixit ⟨qui⟩ quia ⟨a⟩ fine Iliados Homeri scripserunt, κυκλικοί appellantur. 146 Antimachus fuit -us poeta. SCHOL. *ad l.* -us poeta est, qui ordinem variare nescit vel . . ., *secuntur alia interpretamenta.* ISID. orig. 6, 17, 4 unde factum est, ut cuiusque materiae carmina simplici formitate facta -a vocarentur). **2** *de motu*: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 60. 61 (*syn.* motus circularis). **3** *de encyclopaedia*: MART. CAP. 9, 998 disciplinas -as garrire agresti cruda finxit *Satura* plasmate. **4** *de numeris*: BOETH. arithm. 2, 30 numerus -us vel sphaericus. 2, 31 hi numeri ideo -i vel sphaerici vocantur, quod sphaera vel circulus in proprii semper principii reversione formantur. **5** *in medicina* (*cf.* cyclus *infra l. 28*): HIER. hom. Orig. in Luc. 1 ut curationibus -is humorum abundantiam siccem (THEOD. PRISC. gyn. 11 CASS. FEL. 1 p. 6). SORAN. p. 72, 9 -am diligentiam adhibemus. THEOD. PRISC. log. 48 omnem cursum -um adhibendum esse. 50 ordo -us (76. 109). 105 dropaces et sinapismus et cetera -a adhibenda erunt. CAEL. AVR. chron. 2, 14, 211 a regula. CASS. FEL. 41 p. 96, 4. 76 p. 187, 9 ORIBAS. syn. 4, 30.

cyclus, -ī *m.,* κύκλος. cyclos: *v. l. 16 et 17* NOT. Tir. 93, 22. cyclum: *v. l. 24 et 29. cf.* INSCR. Wünsch, Seth. Verfluch. 20, 72 ζύκλα. SOL. 11, 17 orbem -on Grai loquuntur. FVLG. Virg. cont. p. 93, 23 -os graece circulus vocatur. **1** *generatim i. q. orbis*: MAR. VICTORIN. verb. script. 5 peragrantes (*sol et luna*) -um orbis ad punctum priorem reversi sunt, unde processerunt. MART. CAP. 8, 824 signis zodiaci -i. ISID. orig. 3, 36 poli sunt circuli, qui currunt per axem. *ibid.* axium -i. **2** *speciatim*: **a** *de tempore*: GLOSS. certus cursus temporum. AMBR. epist. 23, 1. LEO M. epist. 88, 4 in nostris autem paschalibus -is. VICTOR. pasch. chron. I p. 679, 7 in id -um. EXC. barb. chron. I p. 294, 269 eodem anno completi sunt X -i saeculares. DIONYS. EXIG. pasch. 5 tertius decimus est annus -i decemnovennalis. PASCHAS. Leo M. epist. 3, 1 Romana supputatio, quae -o concluditur . . . qui -us coepit a consulatu Antonini *eqs.* ISID. orig. 6, 17. **b** *in medicina, de genere curae* (*v. l. 7*): CHIRON 249 -o curari oportet. 255 per hoc -um. 262 VEG. mulom. 2, 5, 3. 2, 6, 1. 12. SORAN. p. 54, 2. 60, 22 cibis etiam secundum -os ordinatis. 66, 20 analeptico -o (105, 3. 112, 19). 97, 14 THEOD. PRISC. log. 46. 60. 69. 82 gyn. 31 CAEL. AVR. chron. 1, 1, 21. 24 perfecto resumptivo -o erit metasyncriticus adhibendus. 1, 1, 28. 2, 3, 69. 2, 7, 107. 2, 14, 211. 3, 1, 8. 3, 8, 92. 4, 1, 3. 4, 3, 72. 73. 74 CASS. FEL. 1 p. 10. 8 p. 16.

deriv.: (cycleus). *graec.*: cyclas, cyclicus. κυκλωτός (VITR. 10, 3, 1). κυκλοφορητικός (MART. CAP. 8, 814).

cycnarium, -ī *n.,* κυκνάριον. *unguentum ocularium* (*cf.* cycnium): CORP. XIII 10021, 139 Μαρκιανοῦ κυκνάρια. 10021, 213 κυκν. *cf.* cynarium.

cycnēus, -a, -um, κύκνειος. quigneus GLOSS. *quod cycni est*: CIC. de orat. 3, 6 illa tamquam -a fuit divini hominis vox et oratio, quam quasi expectantes post eius interitum veniebamus in curiam *eqs.* (*fort. huc pertinet* DIRAE 1 -as repetamus carmine voces. *cf.* AMBR. hex. 5, 12, 39 unde mihi -a carmina, quae etiam sub gravi mortis imminentis terrore delectant? Iac. 2, 11, 56 nec sic -a carmina aures animumque mulcerent. HIER. epist. 52, 3 -um nescio quid . . . vicina morte cecinerunt. 60, 1 -o canore vox dulcior). LVCR. 2, 505 -a mele (μέλη). VERG. catal. 9, 27 candida -o non edita Tyndaris ovo (*i. Helena*). OV. trist. 4, 8, 1 iam mea -as imitantur tempora plumas. CARM. epigr. 1111, 12 (*saec. I ex.*) quondam ego Pierio vatum monimenta canore doctus -is enumerare modis. SER. SAMM. 150 -os adipes. AVIEN. Arat. 635 -o capiti (*i. cycni*). AMBR. exc. Sat. 2, 129 -is fabulis (*i. de cycnis*). *i. quod cycno similis est, praecipue colore,* GLOSS. -um album. -o candido. QVEROL. p. 30, 7 -a capita et colla (PS. AMBR. act. Seb. 7 pater gravis iam senio . . . -o capiti terrae pulverem spargens. GREG. TVR. glor. mart. 50 -o capite). AMBR. in psalm. 36, 60 nec minor est aestimatus *Iohannes*, cui -a quaedam suppeteret gratia senectutis. GREG. TVR. Mart. 2, 56 vir crine -o. cycnion *unguentum oculariorum*: CORP. XIII 10021, 90 -on ad imp(etum). 133 cycni. 189 cycnium lene.

cycnīnus, -a, -um *a* cycnus. GLOSS. III 316, 66 cycinina (*caro*) κύκνεια.

cycnion *v. l. 60.*

cycnus, -ī *m.,* κύκνος. ISID. orig. 12, 7, 18 olor est avis, quam Graeci κύκνον vocant . . . -us autem a canendo est appellatus, eo quod carminis dulcedinem modulatis vocibus fundit. 12, 7, 19 olor autem latinum est, nam graece -i dicuntur (*cf.* PORPH. Hor. carm. 3, 28, 15 oloribus i. -is. SERV. Aen. 10, 580. GLOSS. olor. *distinguit quodammodo inter* olor *et* -us: SEN. Ag. 679 licet ipse velit clarus niveos inter olores Histrum -us Tanainque colens extrema loqui).
saepe scribitur cygnus, cignus (*hoc etiam* POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 20), cycnus: CARM. epigr. 1549, 23. cicinus: CARM. c. pag. 10 ORIBAS. syn. 4, 17 GLOSS. LEX Sal. 7, 3 add. 4 ciceno. GLOSS. κύκνος. *legitur inde a* LVCR. *et* CIC.; *inter scriptores prosae orationis habent* CIC. *bis,* OBSEQ. (LIV.?) *et* MELA *singulis locis,* PLIN. nat. *sexies; saepius inde a* FRONTONE *et* APVL. [*locus dubius*: LVCR. 4, 545 *coni. Lachm.*] *cf. nom. propr.* Cycnus. [*it.* cecero, *francog.* cigne, *hisp.* cisne. *M.-L.*]

1 *generatim*: CIC. nat. deor. 2, 123 quae (*animalia*) . . . sunt altiora, ut anseres, ut -i, ut grues, ut cameli. LVCR. 2, 824 conveniebat enim . . . nigros fieri nigro de semine -os. VERG. Aen. 9, 560 qualis ubi . . . candenti corpore -um sustulit *aquila. cf.* 12, 250. OV. Pont. 3, 3, 96 si dubitem . . ., Memnonio (*i. nigro*) -os esse colore

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

putem (*cf.* Ivv. 6,165 rara avis in terris nigroque simillima -o. Avg. trin. 11, 10, 17 quis enim videt -um nigrum? Isid. orig. 12,7,18 nullus enim meminit -um nigrum). Mela 1, 110 quia . . . ignaris qua terra esset, -i vox notam dederat, Cycnum appellasse dicuntur. Plin. nat. 1, 29, 38. 1, 30, 8—53. 30, 30 -i adeps (30, 69. 70. 131 Plin. Val. 2, 31). Stat. Theb. 7, 287 quales . . . renidentem deducunt Strymona -i. Mart. 14, 161, 2 -i . . . lana. Fronto p. 157, 6 N. histriones . . . caudam -i . . . pallio demonstrant. Querol. p. 30, 13 (*ibid.* olores). Ambr. hex. 5, 22, 75 -us autem cur proceriore collo utatur, in promptu est (*cf. infra l. 28.* Evstath. Bas. hex. 8, 7 p. 954[B] -us in altum guttur extendens). Clavd. carm. min. 31, 12 electra . . . -us oloriferi vexit ab amne Padi. *comeditur:* Vespa 93 -um bene condio (*sc. cocus*) Ledae. Oribas. syn. 4, 17 qui duras habent carnes, turtur anax, amplius pavo cicinus . . . indigesti sunt. *cf.* Itala (Lugd.) *et* Vvlg. lev. 11, 18 -um *ne comedatis* (deut. 14, 16 Lugd. schnum).

2 *speciatim:* **a** *avis canora* (*cf. p. 1584, 66*): Lvcr. 4, 181 (= 4, 910) parvus ut est -i melior canor. Verg. ecl. 9, 29 Vare, tuum nomen . . . cantantes sublime ferent ad sidera -i. Aen. 7, 699. 11, 458 dant sonitum rauci per stagna loquacia -i (*cf. p. 1586, 1*). Hor. carm. 4, 3, 20 o mutis quoque piscibus donatura -i, si libeat, sonum, *Pieri.* Ov. met. 5, 387 carmina -orum. Apvl. Socr. 4 p. 110 utinam sicuti -o cantum indulsit, ita huic quoque (*sc. corvo*) vocem tribuisset *Apollo.* Tert. anim. 33 ut poetae in pavos vel in -os transeant, si vel -is decora vox est (*cf. infra l. 63*). Carm. epigr. 1549, 23 (*Romae*) Oebaliusque dabit mecum tibi murmura -us. Macr. somn. 2, 3, 10 cum aves quoque ut lusciniae, ut -i . . . cantum veluti quadam disciplina artis exerceant. Serv. Aen. 7, 700 secundum Plinium, qui ait in naturali historia (?), -os ideo suavius canere, quia colla longa et inflexa habent (Isid. orig. 12, 7, 18). Evg. Tolet. carm. 33, 11. *cf.* Mart. Cap. 9, 927 -os Hyperboreos citharae cantus adducit. *praecipue morti proxima cantare dicitur* (*cf. titulum* Varro Men. -us περὶ ταφῆς): Cic. Tusc. 1, 73 ut -i, qui non sine causa Apollini dicati sint, sed quod ab eo divinationem habere videantur, qua providentes, quid in morte boni sit, cum cantu et voluptate moriantur. Ov. met. 14, 430 carmina iam moriens canit exequialia -us. Sen. Ag. 679 *v. p. 1584, 70.* Phaedr. 302 dulcior vocem moriente -o. Stat. Theb. 5, 341 mitior et senibus -is . . . vox (*cf.* Mart. 5, 37, 1 puella senibus dulcior mihi -is. 9, 42, 2. Nemes. cyn. 314). silv. 2, 4, 10 non soli celebrant sua funera -i. Mart. 13, 77, 2 cantator -us funeris ipse sui. Fronto p. 113, 8 N. an tu -um coges in ultima cantione cornicum voculas aemulari? *cf. infra l. 56.* **b** *avis rerum futurarum praescia, auguralis:* Cic. *v. l. 32.* Macer carm. frg. 4 -us in auspiciis semper laetissimus ales. Verg. Aen. 1, 393 aspice bis senos laetantes agmine -os *eqs.* (*cf.* Serv. Aen. 1, 393. 398). Obseq. 14 in templum Victoriae -us illapsus . . . effugit. Stat. Theb. 3, 525 Apvl. Plat. 1, 1 (*syn.* olor. *cf.* Tert. anim. 46). Mart. Cap. 9, 894 in argumentum praescientiae mihi (*sc. Oeonisticae*) corvus alludit, -us etiam sociatur. **c** *in fabulis:* *Iuppiter in -um conversus:* Ov. epist. 8, 67 non ego fluminei referam mendacia -i nec querar in plumis delituisse Iovem. 16, 55. Val. Fl. 1, 432 volat amborum (*Castoris et Pollucis*) patrius de pectore -us (*sc. pictus*). Mart. 9, 103, 2 Tert. nat. 2, 13 spect. 8 Firm. err. 12, 4 Hyg. fab. 77 p. 80, 10 Avg. civ. 4, 27. Carm. c. pag. 10 Iuppiter hic vester . . . fingeret ut -um, voluit canescere plumā? Drac. Romul. 2, 24. *Cycnus:* Hyg. fab. 154 p. 27, 18 Cycnus rex Liguriae . . . dum deflet propinquum *Phaethontem,* in -um conversus est; is quoque moriens flebile canit. *cf. nom. propr.* Cycnus. *avis Veneris sacra:* Prop. 3, 3, 39 contentus niveis semper vectabere -is (*i. carmina amatoria facies*). *cf.* Ov. ars 3, 809 -is descendere tempus, duxerunt collo qui iuga nostra suo. met. 10, 708 *Venus* iunctisque per aera -is carpit iter. Stat. silv. 1, 2, 146. 3, 4, 22 Drac. Romul. 8, 475. *Thaliae:* Mart. Cap. 1, 28 vector eius (*Thaliae*) -us. *Apollinis v. supra l. 32.* *de poetis* (*cf.* Hor. carm. 2, 20. Porph. *ad l.* poetice significat se in -i figuram transiturum et dulcedine cantus totum orbem impleturum. Gloss. -i poetae. poetae sunt dicti. poetae dicti a suavitate canticorum. *cf. l. 24*): Hor. carm. 4, 2, 25 multa Dircaeum levat aura -um, tendit, Antoni, quotiens in altos nubium tractus (*i. Pindarum. cf.* Porph. *ad l.*). **d** *sidus:* Manil. 2, 31. Hyg. astr. 2, 8 p. 44, 19 olor: hunc -um Graeci appellant. Avien. Arat. 2, 636. 1153. 1258 Schol. Germ. Bas. p. 84, 19. **e** *in proverbiis:* Lvcr. 3, 7 quid enim contendat hirundo -is? Verg. ecl. 8, 55 certent et -is ululae, sit Tityrus Orpheus. Avson. 410, 8 cornix non ideo (*sc. quia longaeva est*) ante -um. Verg. ecl. 7, 38 candidior -is (Mart. 1, 115, 2). *cf. p. 1584, 84. hinc de sene albicapillo:* Mart. 3, 43, 2 tam subito corvus (*sc. tinctis capillis*), qui modo -us eras. Ov. met. 13, 796 mollior et -i plumis.

epitheta: albus: Ov. met. 14, 509 Boeth. in Porph. comm. pr. 2, 9 p. 100, 17. candidus: Verg. ecl. 7, 38 Mart. 1, 115, 2. *cf.* Verg. Aen. 9, 560 candenti corpore -um. canorus: Avien. orb. terr. 997 Sidon. carm. 22 praef. 3. *cf.* Coripp. Ioh. 4, 389 -umve canentem raucamque gruem. clarus: Sen. Ag. 678. flumineus: Ov. epist. 8, 67. *cf.* met. 2, 539 amanti flumina -o. loquax: Pervig. Ven. 85. mollis: Stat. silv. 3, 4, 22. niveus: Verg. georg. 2, 199 Aen. 7, 699 Prop. 3, 3, 39 Gratt. 77 Drac. Romul. 8, 453. raucus: Verg. Aen. 11, 458. *cf.* Serv. Aen. 7, 705 sciendum tamen Vergilium secundum morem provinciae suae locutum, in qua bene canentes -i rauciores vocantur. senex *v. p. 1585, 37.* Hyperboreus: Mart. Cap. 9, 927. Oebalius: Carm. epigr. 1549, 23.

deriv. graec.: cycnarium, cycne(i)us. *lat.:* cycninus.

cycolis, *acc.* -ida, *f.* Ps. Apvl. herb. 23 *herbam* Apollinarem . . . Daci -ida *appellant.*

cydaeus. *adde ad* chydaeus *vol. III p. 1034, 19.* Itala exod. 1, 7 (Tycon. 5 p. 55, 15) filii autem Israhel . . . -i (cydei, cythei *al.*) fuerunt (χυδαῖοι ἐγένοντο, Vvlg. quasi germinantes multiplicati sunt).

cydarum, -ī *n.* [*gr.* κύδαρον, κύδαρος. *Th.*]. Gell. 10, 25, 5 *navium genera* camarae, placidae, -um, ratariae. Inscr. Rostowzew tess. plumb. 944 cyd(ari) aes (*cum imagine navis*). 945. 948.

quidquid candidum est, **cydnum** gentili lingua Syri dicunt Sol. 38, 5. *cf. nom. propr.*

cydon *v.* chilo. **cydōneum** *sim. v. nom. propr.* Cydon.

cyferinon *n.* Chiron 335 (= 550) si iumento sanguis per naribus effluet, quod vitium appellatur graece -n (*al.* cif-, Veg. mulom. 2, 37 cyferion).

1. cygnus *v.* cycnus. **2. cygnus** *v.* 2. cignus.

cyītis *f.* [*vocabulum graecum non traditum. Th.*]. *gemma:* Plin. nat. 1, 37, 56. 37, 154 -s circa Copton nascitur candida et videtur intus habere partum, qui sentiatur etiam crepitu.

cyix, *acc.* -ca, *m.,* κύιξ. Plin. nat. 19, 95 genera *bulborum* Graeci haec fecere: bolbinen, setanion, opitiona, -a *eqs.*

cylaula, cyliacus *v.* coel-.

cylicēum, -ī *n.,* κυλικεῖον. Varro ling. 5, 121 cilibantum . . . videtur declinatum a graeco -o (ciliceo *cod.*), a poculo cylice qui †illa.

cylindrātus, -a, -um *a* cylindrus. Plin. nat. 18, 125 siliquae . . . piso -ae.

cylindroīdēs κυλινδροειδής. Chalc. comm. 90 umbra -es.

cylindrus, -ī *m.,* κύλινδρος (Gloss.). *nom.* -os: Mart. Cap. 6, 721. cylindrum: Gloss. *legitur apud* Catonem *et inde a* Cic. [*it. dial.* colondro, *francog.* calandre. *M.-L.*]

1 *corpus mathematicum* (Isid. orig. 3, 12, 4 -us est figura quadrata, habens superius semicirculum in solidum): Cic. nat. deor. 1, 24 mihi vel -i vel quadrati vel coni vel pyramidis *forma* videtur esse formosior. 2, 47. Tusc. 5, 64 in summo sepulcro *Archimedis* sphaeram esse positam cum -o. 5, 65. fat. 42. 43 ut igitur, inquit *Chrysippus,* qui protrusit -um, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit (*cf.* Gell. 7, 2, 11. Apvl. mund. 28 si quis sphaeram et quadratum et -um et alias figuras per proclive simul iaciat *eqs.*). Vitr. 9 praef. 14 Chalc. transl. 50 comm. 89. 259 ad formam -i cavi sive imbricis. 237 Mart. Cap. 6, 721. 722. Evstath. Bas. hex. 9, 1 p. 956[C] *terram* -o similem. **2** *lapis cylindratus* (Gloss. lapis volubilis): *ad aream, pavimentum sim. coaequandum* (*cf.* Gloss. V 617, 49 -us est fustis quo aratores glebas camporum quassant): Cato agr. 129 comminuito terram et -o aut pavicula coaequato. Verg. georg. 1, 178 area cum primis ingenti aequanda -o *est* (*cf.* Serv. *ad l.* id est lapide tereti in modum columnae, qui a volubilitate nomen accepit. = Isid. orig. 20, 14, 9). Vitr. 10, 2, 12 quemadmodum in palaestris -i exaequant ambulationes. Colvm. 10, 319. 11, 3, 34. Plin. nat. 17, 73 area aequata -is aut volviculis. 19, 158. *cf.* Cassiod. var. 12, 24, 6 pro aratris, pro falcibus -os volvitis (*in salinis*). *pars columnae* (*cf.* Gloss. semicolumnium, *metonymice de homine brevi:* Anth. 209, 2 regius est Abcar servus . . . rana nanus . . . -us): Amm. 31, 15, 13 contrusis per pronum saxis et columnarum fragmentis et -is. *cf.* Arator act. 2, 413 qui tacta sacretur parte -i (*i. columnae*). *adde:* Veg. mil. 4, 9 intercisi ex validissimis arboribus -i, quas taleas vocant, ut sint volubiles, levigantur, quae per pronum labentia . . . bellatores solent deterrere. **3** *gemma cylindrata:* Plin. nat. 37, 78 ideo -os ex iis (*beryllis*) malunt facere quam gemmas. 37, 113 Ivv. 2, 61 (Schol. *ad l.* gemmas pretiosissimas. Gloss. V 653, 37 -i margaritae rotundae). Pavl. dig. 34, 2, 32, 9 Tert. cult. fem. 1, 7. Sol. 52, 64 hoc genus gemmas in longissimos -os fingere. Corp. XI 364 fila II ex -is n(umero) XXXIII auro clus(is). II 2060. 3386. Carm. epigr. rev. arch. 4 s. XI 1908 p. 320 (*in Africa*) auro nil aliut pretiosius atque -o. Mart. Cap. 6, 588 caelicolarum auratam curiam et interstinctum -is gemmantibus pavimentum. Prisc. periheg. 977.

deriv.: cylindratus. *comp. graec.:* cylindroides. hemicylindrus.

cylioperdices (κυλιοπέρδικες *Ps. Call.*) multaque formarum humanarum genera invisitata Ivl. Val. 3, 19.

cylisma, -tis *n.,* κύλισμα. Gloss. quilismata vibrationes vocum. Fvlg. myth. 3, 9 p. 74, 17 *viva vox potest* ornare quilismata. p. 75, 2.

cylix, -cis *m.,* κύλιξ. Porph. Hor. ars 52 *transtulimus* a -e (coelice *trad.*) calicem. *cf.* cyliceum.

1. cylon *n.,* κύλον. Pavl. Fest. p. 303 suggillatum dicitur ex Graeco, quod ea pars, quae est sub oculo, -n ab eis dicitur. Corp. XIII 10021, 181 (*in signaculo oculariorum*) ad -n. *ibid.* ad -n et chalazos(in).

2. ?cylon. Plin. nat. 33, 162 idem et Puteolani *caerulei* usus,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praeterque ad fenestras: -n vocant (*sic B*; cylonon, cynolon *cett.*; cyanon *Durand*).

cȳma, -ae *f.* (-atis *n.*) [*a gr.* κῦμα *tractum. Th.*]. ISID. orig. 17, 6, 20 -as vocatas quasi comas (17, 10, 4). c u m a: EDICT. imp. Diocl. 6, 11 GLOSS. c i m a *saepius traditur, cf.* CARM. epigr. 349, 3 (*Herculanei*) ⟨. . .⟩ o sinplex cima⟨. . .⟩. cyima, cuima GLOSS. c e m a: ANON. med. ed. Piechotta 182 DIOSC. 2, 104. c o m a *in codd.* CASS. FEL. *cf. l. 4.* *d e g e n e r e*: NON. p. 195 -a neutro, ut Lucilius (*l. 20*). feminino Cornelius Celsus, etsi minoris auctoritatis, posuit: laetam formosamque -am. CHAR. gramm. I 56, 8 haec -a feminino an neutro genere hoc -a dic⟨endum sit quaeritur⟩ *eqs.* DVB. NOM. gramm. V 574, 1. *f e m i n. g e n e t. inde a* VOLVMN. *et* CELSO; *n e u t r i g e n e r i s*: LVCIL. 945 COLVM. 10, 129 (*idem saepe in oratione pedestri gen. fem.*). *cf.* ORIBAS. syn. 1, 19[826] cimi rosae apochyma. PLIN. nat. 19, 137 hic (*cyma*) est quidam ipsorum caulium delicatior tenerior cauliculus. ISID. orig. 17, 10, 4 summitas olerum vel arborum. GLOSS. ὅρμενον. ἀσπάραγος (IDIOM. gen. gramm. IV 576, 29). κραμβασπάραγος, ἀροτριασις (?). ἀκρεμών. cucumola (cocumula). [*val.* cĭumă, *it.* cima, *francog.* cime, *hisp.* cima. *M.-L.*]

LVCIL. 945 asparagi molles et viride -a. VOLVMN. carm. frg. gramm. V 574, 1 stridentis dabitur patella -ae. CELS. 2, 21 mali vero suci sunt . . . brassica magisque etiam -a eius. COLVM. 10, 129 *terra* frigoribus caules et veri -ta mittit. 11, 3, 24 *bis.* 29. 12, 7, 1. 5. 12, 9, 3. 12, 56, 3 haec utraque (*napi et rapa*) antequam caulem agant et -am faciant. TEST. porcelli p. 243 porcellus . . . ductus sub die XVI kal. lucerninas, ubi abundant -ae. PLIN. nat. 1, 20, 35. 18, 127. 19, 137 *sqq.* 144 est autem id (*lapsana*) -a silvestris. 20, 90 ex omnibus brassicae generibus suavissima est -a (quima *codd.*), at inutilis habetur, difficilis in coquendo et renibus contraria. 24, 119. EDICT. imp. Diocl. 6, 11 cumae optimae. GARG. MART. med. 2 apiorum -ae uncias III. MARCELL. med. 12, 29 ruborum -ae tenerae. 20, 119. 30, 72 lauriculi teneri, id est -ae lauri. THEOD. PRISC. eup. faen. 75 log. 101 APIC. 3, 81 PS. APVL. herb. 87. CASS. FEL. 40 p. 91 ysopi -am. 42 p. 100 absinthii Pontici. 63 p. 156 thymi. ORIBAS. syn. 1, 28 rubi -as. 4, 8 arborum -as. 2 add. 844. 848 vitium.

graece: MART. CAP. 8, 814 ignis κῦμα. ORIBAS. syn. 4, 2 -ae *genus cochlearum, est* cheme *q. v.*

deriv.: cumatilis, cymosus, cymula. *graece*: cymatium.

cȳmatilis *v.* cumatilis.

cȳmatium, -ī *n.*, κυμάτιον. *t. t. architecturae*: LEX Puteol. (Corp. X 1781) 2, 5 c u m a t i u m que inponito ferroque plano figito. VITR. 3, 5, 7 *bis.* 3, 5, 10 -um epistylii septima parte suae altitudinis est faciendum *eqs.* 4, 1, 7 -iis et encarpis pro crinibus dispositis frontes *columnarum* ornaverunt. 4, 3, 4. 6. 4, 6, 2 *sqq.* TERT. idol. 8 scit albarius . . . -a distendere et multa alia ornamenta praeter simulacra parietibus incrispare. ITALA exod. 25, 11 (Ottob. Aug. quaest. hept. 2, 104) facies ei (*arcae*) -a versatilia aurea in circuitum (κυμάτια, VVLG. coronam auream). 25, 24. 25. *cf.* AVG. quaest. hept. 2, 104 -a dixit quae in quadratura extant per quattuor partes, sicut mensae quadrae fieri solent. [*francog.* cimaise. *M.-L.*] *L.*

cymba, -ae *f.*, κύμβη (*cf.* PAVL. FEST. p. 51 -am Graeci κύμβην appellant). GRAMM. suppl. 292, 14 cymba per y. *scribitur in codd. etiam* c u m b a (*hoc etiam* CORP. VIII 24169 NOT. Tir. 110, 57) *et* c i m b a (NOT. Tir. 99, 79). GLOSS. gumba (*vox trunc. i.* catacumba*?*). *de notione*: PAVL. FEST. p. 64 -am Sabini vocant eam, quam militares lecticam, unde videtur derivatum esse cubiculum. ISID. orig. 19, 1, 25 lembus navicula brevis, quae alia appellatione dicitur et -a et caupilus, sicut et lintris, id est carabus. 19, 2, 1 -a locus imus navis, quod aquis incumbat (*cf.* GLOSS. Plac. V 60, 5 [= 12, 29] locus navis. V 617, 28 est fundus navis). GLOSS. navis. naviculae genus. navicula modica. navicula non grandis. navicula aut navis. species navis non grandis, genus est navis id est pilatica (piratica*? Goetz*). *nota*: GLOSS. Werth. (*Gallée 337*) -a idolum est iuxta quod via est Appia, quam Appius fecit et aquaeductum in verba (*scr.* urbem) curando (*cf. vol. III p. 588, 46*). *legitur inde ab* AFRAN. *et* CIC. [*cf. mediol.* combel. *M.-L.*]

1 *p r o p r i e i. q. n a v i c u l a, l i n t e r*: AFRAN. com. 138 conscendo -am interibi luci piscatoriam. CIC. off. 3, 58 -arum ante oculos multitudo (**3**, 59). VERG. georg. 4, 195 ut -ae instabiles fluctu iactante saburram *tollunt.* CIRIS 479 -a velut magnas sequitur cum parvula classes (*cf.* STAT. silv. 1, 4, 121 immensae . . . conexa carinae -a minor). PROP. 1, 11, 10 parvula . . . -a. 2, 4, 29 tuta. 4, 6, 63 fugaci. LIV. 26, 45, 7 levibus -is . . . vadis. OV. ars 3, 584 saepe perit ventis obruta -a suis. met. 1, 293 -a sedet alter adunca. fast. 6, 777 pars pede, pars etiam celeri decurrite -a. trist. 2, 330 non ideo debet pelago se credere, si qua audet in exiguo ludere -a lacu. 5, 12, 28 vertitur in teneram cariem rimisque dehiscit, si qua diu solitis -a vacabit aquis. SEN. Ag. 106 mari credere -am. Med. 368 altum -a pererrat. Thy. 592 ludenti -ae. epist. 51, 12 tot genera -arum. LVCAN. 4, 136 conseritur bibula Memphitis -a papyro. PLIN. nat. 7, 208 onerariam *navem* Hippus Tyrius invenit, lembum Cyprenses, -am Phoenices, celetem Rhodii, cercyrum Cyprii. 9, 33. 35. **145** grandiorum navium, *opp.* piscantium -as. IVV. 4, 45 -ae linique magister. 12, 80 ANTH. 21, 107. AVIEN. Arat. 918 cum vada -am prona vehunt. ora 101 notis -is turbidum late fretum . . . secant. 369. 379 orb. terr. 515. 607. 654. 759. 799. 1191. AVSON. Mos. 216 Euboicae . . . -ae. AMM. 24, 4, 9. PRVD. c. Symm. 1, 12 ad portum fluitans -a relabitur. 2, 941. perist. 5, 450 strenue -am peritus pellere. 11, 69 rimosae . . . -ae. SEDVL. carm. pasch. 3, 47 exiguae conscendens robora -ae. SIDON. carm. 5, 424. CYPR. GALL. exod. 63 Moysen impositum -ae referunt. ENNOD. carm. 1, 5, 28 *Padus* gemuit sub pondere -ae. 1, 7, 33 sutilis . . . -a (*cf. l. 13*). 2, 16, 10. dict. 1, 8 p. 425, 13 -am salo laxare. opusc. 3, 182 p. 378, 12. *nota*: IORD. Get. 280 -arum lintres. *d e n a v e t r a i e c t o r i a*: OV. am. 3, 6, 4 quae sine remigis ictu concava traiecto -a rudente vehat. *i n f a b u l a: d e l i n t r e C h a r o n i s*: VERG. georg. 4, 506 illa . . . Stygia nabat iam frigida -a. Aen. 6, 303 ferruginea -a. 6, 413 -a sutilis (APVL. met. 6, 18). HOR. carm. 2, 3, 28. PROP. 3, 18, 24 publica -a. SEN. Herc. f. 775 -a populorum capax. Herc. O. 1924 Oed. 166 PETRON. 121, 118. STAT. silv. 2, 1, 186 avidae trux navita -ae. 5, 1, 252. SIL. 5, 267 nudum Tartarea portabit navita -a. CARM. epigr. 1549, 3 (*saec. I ex.*) IVV. 2, 151 DRAC. Romul. 9, 137 CORIPP. Ioh. 4, 325. *nota*: PROP. 4, 11, 69 mihi -a volenti solvitur. *d e A r g o n a u t a r u m n a v e*: AVIEN. Arat. 757 Thessala -a *Argo, quae est inter sidera* (orb. terr. 254).

2 *i n i m a g i n e*: PROP. 3, 3, 22 non est ingenii -a gravanda tui. OV. ars 3, 26 conveniunt -ae vela minora meae. trist. 1, 1, 85 mea -a, . . . illum, quo laesa est, horret adire locum. 3, 4, 16 mea per placidas -a cucurrit aquas. Pont. 2, 6, 12 naufragio quid prodest discere facto, qua mea debuerit currere -a via. 4, 8, 30 obruta de mediis -a resurget aquis. STAT. silv. 3, 3, 84 in . . . omni felix tua -a profundo. QVINT. inst. 12, 10, 37 altius, in quo mea -a non sidat. ANTH. 407, 8 contrahe vela et te litoribus -a propinqua vehat. HIER. epist. 14, 10, 1 fragilis in altum -a processit *orationis* (130, 7. *cf.* SIDON. epist. 9, 16, 3 vers. 2 egit audacem mea -a cursum. ENNOD. epist. 1, 1, 1 p. 1, 5 sermonum -am). AVG. epist. 119, 6 fluctuantem fidei nostrae -am . . . stabilire. RVRIC. epist. 1, 13 qui me . . . in saeculi turbinibus tamquam in maris aestibus -a instabili fluctuantem . . . respicitis. ENNOD. epist. 2, 40, 5 p. 47, 7 committo . . . -am tenuem placido mari.

deriv.: cymbula. *cf.* cymbius. *graec.*: cymbium.
comp.: cymbago.

cymbago, -ere *a* cymb(am) agere. NOT. Tir. 110, 58 cumbagat (*antecedit* cumba).

cymbalāris, -is *f.* [*a* cymbalum; *cf.* cymbalitis, κύμβαλον. *Th.*]. *genus herbae*: PS. APVL. herb. 44 Graeci cotyledon, alii cepon Aphrodites, alii ges omphalon, alii stergethron, Itali umbilicum Veneris, alii -em appellant (*cf.* SCRIB. LARG. 55). c y m b a l ā r i a: GLOSS. cyclaminus (*v. p. 1583, 43*).

cymbalicus, -a, -um, κυμβαλικός. *ad cymbalum pertinens*: VEN. FORT. carm. 2, 9, 57 -ae voces calamis miscentur acutis.

cymbalisso, -āre [κυμβαλίζω. *Th.*]. *i. q. cymbala quatere* (GLOSS. V 639, 48). HEMINA hist. 27 mulier cantabat tibiis Phrygiis et altera -bat.

cymbalista, -ae *m.*, κυμβαλιστής. *is, qui cymbala quatit*: APVL. Socr. 14 p. 149 strepitu -arum et tympanistarum et choraularum. *nom. propr. videtur* CORP. VI 4627 M. Octavi(us) C y m b a l i s t e s.

cymbalistria, -ae *f.* [*κυμβαλίστρια; *cf.* κυμβαλίζειν, κυμβαλιστής *et* ψάλτρια, crotalistria. *Th.*]. *ea, quae cymbala quatit*: PETRON. 22 -a . . . concrepans aera omnes excitavit. 23. CORP. V 519 -a *Matris Magnae.* VI 2254 Bacchi cymbalis(tria) (*cf.* CARM. epigr. 211). IX 1538 c⟨y⟩bal(istria).

cymbalītis, -is *f.*, κυμβαλῖτις. *genus herbae* (*cf.* cymbalaria, cymbalaris): MARCELL. med. 14, 65 herbae -is radicem ante solis ortum collige.

cymbalum, -ī *n.*, κύμβαλον (*quod ubique in gr. et* GLOSS. *respondet*). GRAMM. suppl. 292, 14 -um per y. ISID. orig. 3, 21, 11 -a, quia cum ballematica simul percutiuntur, ita enim Graeci dicunt -a ballematica. c y m b a l o n *v. p. 1589, 35.* *legitur inde a* CIC., *imprimis adhibetur plur.* (*praeter p. 1589, 26*). [*it.* cembolo. *M.-L.*]

nomen instrumenti musici (*cf.* CASSIOD. in psalm. 150, 5 -a . . . sunt ex permixtis metallis parvissimae phialae compositae, ventricula sua in lateribus habentes, quae artificiosa modulatione collisae acutissimum sonum delectabili consonatione restituunt): *n u m e r o p l u r a l i*: CIC. Pis. 20 neque . . . supercilium tuum neque collegae tui -a fugi. 22 domus cantu et -is personaret. CATVLL. 63, 21 ad domum C y b e b e s, ubi -um (*genet. plur.*) sonat vox, ubi tympana reboant (*cf.* VARRO Men. 149 domum praeter Matris deum aedem exaudio -orum sonitum. VERG. georg. 4, 64 tinnitus . . . cie et Matris quate -a . . . . PROP. 3, 17, 36 Cybebe tundet . . . -a rauca. AVG. civ. 7, 24 -orum sonitus *de Magna Matre.* SERV. georg. 4, 64 Matris -a, quae in eius tutela sunt ideo, quod similia sunt hemicycliis caeli. CORP. III 1952 Matri Magnae larophorum -a tynpana catillum forfices). CATVLL. 63, 29 leve tympanum remugit, cava -a recrepant. LVCR. 2, 618 tympana tenta tonant palmis et -a circum concava. VARRO rust. 3, 16, 7 *apes* -is et plausibus numero reducunt in locum unum (AMM. 18, 3, 1). PROP. 3, 18, 6 -a Thebano concrepuere deo. LIV. 39, 8, 8 prae ululatibus tympanorumque et -orum strepitu (39, 10, 7). OV. ars 1, 537 sonuerunt -a toto litore et . . . tympana. fast.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 213 -a pro galeis, pro scutis tympana pulsant *Corybantes* (GERM. 36 aerea ... -a. MIN. FEL. 22, 3 LACT. inst. 1, 13, 5 epit. 18, 11). PRIAP. 27, 3 -a cum crotalis, pruriginis arma. CELS. 3, 18 symphoniae et -a *ad discutiendas tristes cogitationes* (SORAN. p. 61, 15). MELA 1, 73 -orum ... crepitantium (3, 95. MART. CAP. 6, 667 tibiis, fistula, -is tympanisque percrepat). SCRIB. LARG. 55 similia folia -is. SEN. nat. 2, 29, 1 tympana et -a sonant. PLIN. nat. 5, 7 tympanorum et -orum sonitu. [MART.] 14, 204 lemma. STAT. silv. 1, 6, 71. QVINT. inst. 11, 3, 59 vocis modulationem ... -is *adiuvare*. PLIN. epist. 2, 14, 13 -a et tympana illis canticis desunt. IVV. 9, 62 -a pulsantis... amici. APVL. met. 9, 4 cum crotalis et -is. SOL. 24, 10 cantus tibiarum et tinnitus -orum (FIRM. err. 6, 2). NEMES. ecl. 3, 51 vocalia -a. ANTH. 723, 8 *luna* sistro renovas brumam, tu -a quassas. ARNOB. nat. 7, 32 aeris tinnitibus et quassationibus -orum. *bis*. LAMPR. Comm. 11, 3 quatientem -a. AVSON. 418, 20 -a dant flictu sonitum. CARM. c. pag. 73 -a ... quatere. VVLG. II reg. 6, 5 et citharis et lyris et tympanis et sistris et -is (κυμβάλοις) *ludebant* (*cf.* I par. 13, 8. 15, 19. 28. 16, 5. 42 II par. 5, 13 Iudith 16, 2 psalm. 150, 5 I Macc. 4, 54. AVG. civ. 7, 24 crepitus -orum. in psalm. 150, 8 -a invicem tangunt, ut sonent; ideo a quibusdam labiis nostris comparata sunt (SEDVL. op. pasch. 4, 6 EVCHER. form. 9 p. 57, 10 NICET. psalm. 76, 12. 81, 12). MACR. sat. 1, 18, 5 -orum crepitus. CARM. epigr. 513, 7 sacr(a) cymbal(a) concrepui. *in imag.*: VEN. FORT. Mart. 2, 176 fremitus fragilis *daemonum* per inania -a tinnit. *t. t.*: VITR. 10, 8, 1 aerei delphini pendentia habent catenis -a ex ore infra foramina modiolorum calata. 10, 8, 5. *numero singulari*: FRONTO p. 160, 5 N. ad modum crotali aut -i pedem poneret. FIRM. err. 18, 1 de tympano manducavi, de -o bibi ... graeco sermone ... ἐκ κυμβάλου πέπωκα. AMBROSIAST. in I Cor. 13, 1 aeramentum ... resonat et -um tinnit. HIER. tract. in psalm. I p. 81, 11 quasi -um tinniens (*cf.* VVLG. I Cor. 13, 1 velut aes sonans aut -um tinniens [κύμβαλον ἀλαλάζον]). in Is. 18, 1 p. 285 -um rauco concrepans sonitu. POMER. 3, 14, 1 FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 28. ISID. sent. 3, 37, 4 tamquam aes aut -um. GLOSS. V 158, 4. 5 *thyrsus* genus -i in modum fenestrae quadratae factum *eqs.* *in imag.*: VERG. catal. 5, 5 inane -on iuventutis *de studiis rhetoricis*. PLIN. nat. praef. 25 Apion ... grammaticus: hic quem Tiberius Caesar -um mundi vocabat, cum propriae famae tympanum potius videri posset. VVLG. Is. 18, 1 vae terrae -o alarum (*cf.* HIER. in Is. 18, 1 p. 198, 285).

deriv.: cymbalari(u)s. *graece*: cymbalicus, cymbalisso, cymbalista, cymbalistria, cymbalitis.

cymbium, -ī *n.*, κυμβίον. PAVL. FEST. p. 51 -um poculi genus a similitudine navis, quae κυμβίς dicitur, appellatum (SERV. Aen. 3, 66 -a pocula in modum cymbae facta. GLOSS. V 178, 13). MACR. sat. 5, 21, 9 -a... deminutive a cymba dicta (*cf.* SCHOL. Stat. Theb. 6, 197). 5, 21, 11 fuerunt, qui -um a cissybio per syncopam dictum existimarent. *vas potorium*, *cf.* VARRO frg. Non. p. 545, 21 vasa vinaria: sini, -a, culignae, paterae, guti, sextarii, simpuvium. MACR. sat. 5, 21, 2 de carchesiis -isque, quae apud Latinos haud scio an umquam reperias. 5, 21, 7. SERV. Aen. 5, 267. GLOSS. species poculorum. poculorum genera. V 53, 7 catini scyphi et -a poculorum sunt genera. ISID. orig. 20, 5, 4 cyathi ... et scyphi, -a. GLOSS. *lib. gloss.* vasa, quae in modum cauci fiunt (*cf.* V 494, 40 species crocorum [*i.* poculorum?, caucorum? *Goetz*]). VERG. Aen. 3, 66 spumantia -a lacte (= NEMES. ecl. 1, 68 PRVD. apoth. 473. *cf.* STAT. Theb. 6, 212 rapti gratissima -a lactis). 5, 267 ex aere lebetas -aque argento perfecta atque aspera signis (HYG. fab. 273 p. 148, 19 lebetas -aque argento caelata). PROP. 3, 8, 4 -a plena. PAVL. FEST. p. 98 glomus in sacris crustulum, -i figura, ex oleo coctum, appellatur. PLIN. nat. 37, 113 -a... ex *gemma fiunt*. MART. 8, 6, 2 ficta Saguntino -a malo luto. APVL. met. 11, 4 aureum. PAVL. dig. 34, 2, 32, 1 -a argentea crustis aureis illigata. NEMES. ecl. 3, 59 roseo ... -a musto plena. AMBR. Hel. 17, 63 quis inter -a texit, quod latere cupiebat. *de lucerna*: APVL. met. 11, 10 aureum -um medio sui patore flammeam suscitans largiorem.

cymbius, -ī *m.*; *cf. c.* cymba. *tegumentum solii concameratum*: CORIPP. Iust. 3, 196 quas *columnas* super ex liquido praefulgens -us auro immodico, simulans convexi climata caeli, ... solium ... obumbrat.

[**cymbloma**]. PROB. app. gramm. IV 196, 12 nomina generis neutri semper pluralis numeri: ... -a (*fort.* symbola *Keil*).

cymbula, -ae *f. a* cymba *deminutive.* *i. q. navicula*: PLIN. epist. 8, 20, 7 -ae onerariis *navibus* adhaerescunt. PROB. app. gramm. IV 194, 16 -a. SIDON. epist. 2, 2, 16 -is ... secatur pervagabilibus pelagus. ENNOD. carm. 2, 134, 8 humida ... siccam -a portat avem. NOT. Tir. 99, 82 (cimbile). 100, 59 (cumbile). *in imag.*: ENNOD. opusc. 2, 31 p. 297, 7 -am nostram quaestionum flatibus ... transmittunt. 2, 104 p. 319, 14 irrisam a sapientibus saeculi -am. GILD. Brit. 106 chron. III p. 82, 21 in despecta ingenii nostri -a. *Mertel.*

cymētērium *v.* coem-. **cymia** *v. sub* cheme.

cymīnum *etc. v.* cuminum.

cymōsis ORIBAS. syn. 8, 44 *v.* chemosis.

cȳmōsus, -a, -um [*a* cyma. *Th.*]. COLVM. 10, 137 quae duri praebent -a stirpe Sabelli (*i. brassica*).

cȳmula, -ae *f. a* cyma *deminutive.* PLIN. VAL. 1, 44 sucum e -is coriandri.

cynacantha, -ae *f.*, κυνάκανθα. *nomen arboris*: PLIN. nat. 11, 118.

cynanchē, -ēs *f.*, κυνάγχη. *genus morbi*: ***graece***: CELS. **4, 7, 1** nostri anginam vocant *hoc morbi genus*: apud Graecos nomen, prout species est (*aut enim συνάγχην aut κυνάγχην vocant*). CAEL. AVR. acut. 3, 1, 1 alii etiam -en vel lycanchen hanc passionem (*sc. synanchen*) vocaverunt. 3, 1, 2. *cf. l. 13 et* synanche.

cynanchos *f.*, κύναγχος. *nomen herbae*: DIOSC. 4, 77 (*cf.* 4, 80 W.) astroquiron (ἀπόκυνον) aut quinarcon (κύναγχον) aut quinomoron aut quinocramben dicunt. *cf.* PS. APVL. herb. 127 *brassicam silvaticam* alii cynocharon, alii cynanchen, alii cynocramben nuncupant.

cynapanxis, *acc.* -in *f.* *nomen herbae, genus rubi*: PLIN. nat. 24, 121 cynosbaton alii -in, alii neurospaston vocant.

1. cynara *v.* cinara.

2. cynara, -ae *f.* *nomen instrumenti, i. q.* cinyra: PS. CYPR. spect. 2. 3.

cynarium ad imp(etum) *in signaculo ocularii* CORP. XIII 10021, 199.

cynas, κυνάς *nomen arboris*: PLIN. nat. 1, 12, 22. 12, 39 Arabiae autem arborem, ex qua vestem faciant, -as vocari, folio palmae simili.

cynēgeticōn (*gen. plur.*, κυνηγετικῶν) *libros scripserunt* GRATT. *et* NEMES.

cynēus *v. nom. propr.*

cynicus, -a, -um (-on *l. 31*), κυνικός. *i. q. caninus: graece* CELS. 4, 3 circa faciem vero morbus innascitur, quem Graeci κυνικὸν σπασμόν nominant (SCRIB. LARG. 101. 255 THEOD. PRISC. log. 53 CAEL. AVR. acut. exc. prooem. p. 482. *cf.* PLIN. nat. 25, 60 medetur ... spasticis -is). CHALC. comm. 125 -us annus *Aegyptiorum* (*a Sothi i. canicula stella nominatus*). FILASTR. 49, 5 ubi et mysterium -on (cynicorum *codd.*) et infantis execranda celebratur impietas. QVEROL. p. 24, 15 -us magister (*i.* κυνηγέτης). *de secta Cynicorum v. nom. prop.*

? **cynisa**. ANIDOT. Brux. 32 ad -am coquis. *cf.* cinissa.

cynismus *v.* Cynicus *nom. propr.*

cynistōr *v. p. 1591, 81.*

cynocardamon *n.*, κυνοκάρδαμον. *nomen herbae*: PS. APVL. 21 *nasturtium* Graeci cardamon, alii -on. GLOSS. III 557, 72 cinocardamo nasturtium. 622, 22 cynoscardamo id est nasturcium.

cynocauma, -tis *n.*, κυνόκαυμα. *i. q. aestus dierum canicularium*: PETR. CHRYS. serm. 51 p. 342^C quia solito plus sese terris aestus infuderat, diu tacui, ne compressio, quae ex desiderio nascitur audiendi, ipsa nobis -tum generaret incendium. RVRIC. epist. 1, 17 p. 370, 2 ut ... apricitatem ignis plurimi diebus -tis quaereremus. PLIN. VAL. 3, 14. *deriv.* **cynocaumaticus**: GLOSS. III 599, 19 -i[s] dies caniculares.

cynocephalia, *acc.* -an *f.* [*cf.* κυνοκεφάλαιον. *Th.*]. *nomen herbae*: PLIN. nat. 30, 18 cum adulescentibus nobis visus Apion ... prodiderit -an herbam, quae in Aegypto vocaretur osiritis, divinam *esse* et contra omnia venena *eqs.* cynocephalion (-um) *n.*: DIOSC. 4, 65 psyllion aut quinofallion (4, 69 W. κυνοκεφάλιον). PS. DIOSC. herb. fem. 23 antirenon (i. antirrhinon) quidam -um vocant. PS. APVL. herb. 85 (*i. q. herba sabina. cf.* GLOSS. III 557, 9 cinopalion i. sabina). 86 Graeci -on dicunt, alii antirrhinon ..., Itali canis cerebrum. ANON. med. ed. Piechotta 190 quinocefalion.

cynocephalus, -ī *m.*, κυνοκέφαλος. cynec- *traditur* MIN. FEL. 22 *bis.* *qui caput caninum habet: genus simiae: cf.* ISID. orig. 12, 2, 32 -i et ipsi similes simiis, sed facie ad modum canis, unde et nuncupati. CIC. Att. 6, 1, 25 erat praeterea -us in essedo *Vedii*. PLIN. nat. 6, 184 a Tergedo (*nomen regionis Aethiopiae*) *primum visos* -os. 6, 190 Nomades -orum lacte viventes. 7, 31 animalium, quae -os vocamus, lacte vivit *gens Nomadum*, quorum armenta pascit. 8, 216 efferatior *quam simiis* -is natura, sicut mitissima satyris. 37, 124 pilis -i. SOL. 27, 58. 30, 4. CYPR. Demetr. 12 crocodili et -i ... coluntur. NOT. Tir. 108, 99 simia -us. *de Anubi Aegyptiorum deo*: MIN. FEL. 22, 1 Isis perditum filium cum -o suo... luget. 22, 2 TERT. apol. 6. LACT. epist. 18 (23), 6 puer *Osiris* per -um invenitur. *cf.* QVEROL. p. 28, 20. 29, 24 mysteria sunt in aditu ... -i, furiae, ululae, nocturnae striges. 31, 2 -i ... quibus a pectore sunt canina, alvi obesi, pandae manus. 31, 20 AVG. civ. 2, 14. 3, 12. *dub.* (*de diabolo?*): TERT. scorp. 1 et nunc ⟨in⟩ praesentia rerum est medius ardor, ipsa canicula persecutionis, ab ipso scilicet -o. *de hominibus fabulosis*: AVG. civ. 16, 8 quid dicam de -is, quorum canina capita atque ipse latratus magis bestias quam homines confitetur? *cf.* ISID. orig. 11, 3, 15 (*de portentis*) -i appellantur, eo quod canina capita habeant ... hi in India nascuntur. GLOSS. cynoscephalus. TAB. Peut. 9, 5 cenocephali. *cf. p. 1591, 73.*

cynochalcē *f.* *nom. herbae polygoni*: PS. APVL. herb. **19** cynochale (DIOSC. 4, 4 W. κυνοχάλκη).

cynocharon *v.* cynanchos.

cynocorion *n.*, *κυνοκόριον. *nomen herbae*: GLOSS. quin(o)corio id est coconidio (κόκκος κνίδιος). *v.* GLOSS. *s. v.* turbisci semen.

cynocoron *n.*, κυνόκορον. *nomen herbae*: GLOSS. satyrion (*trad.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cinticoron, cinocoron). *cf.* Ps. APVL. herb. 16 Graecis dicitur satyrion, aliis cynosorchis (*cod. Vrat.* cynocoron).

cynocrambē *v.* cynanchos.

cynodidascalicus, *κυνοδιδασκαλικός. VARRO in -o (*Men. 230*) Phalaecion metrum ionicum trimetrum appellat (BASS. gramm. VI 261, 18).

cynodūs, -ontis, κυνόδους. SOL. 1, 71 quos -as vocant, quibus gemini procedunt ab dextera parte, fortunae blandimenta promittunt (PLIN. nat. 7, 71 a canibus cognominati). ISID. orig. 11, 3, 7 (*inter portenta*) -es, quibus gemini procedunt dentes.

cynoglōssos, *acc.* -on *f.*, κυνόγλωσσος. -a *v. l. 14. 16. 17.* *nomina herbarum: i. q. lingua canina*: PLIN. nat. 25, 81 iungitur *plantagini* et -os caninam linguam imitata, topiariis operibus gratissima. 1, 25, 38. Ps. APVL. herb. 96 nomina et virtutis herbae -ae. Graeci -on ... Itali linguam canis. GLOSS. ribbae (*anglosax.*). *i. q. arnoglossos*: Ps. APVL. herb. 2 -a. *i. q. narcissus*: Ps. APVL. herb. 56 -a. GLOSS. III 541, 9 cinoglosa.

cynoīdēs *v.* cynomyia *1.* **cynolon** *v.* 2. cylon.

cynolyssos, *κυνόλυσσος. CAEL. AVR. acut. 3, 9 Andreas *hydrophobian* -on vocavit, veluti ex rabie canina morbum conceptum.

cynomantia canis divinatio GLOSS. V 653, 38 (*ad* IVV. 6, 551 rimabitur exta catelli). *κυνομαντία.

cynomazon *n.*, κυνόμαζον. *nomen herbae, i. q. carduus silvaticus*: Ps. APVL. herb. 109. DIOSC. 3, 9 quinomazon.

cynomela, cynomia *v.* cynomyia.

? **cynomynna** septemtrio GLOSS. V 351, 26 (cynosura *Oehler Hessels; fort. contaminata*).

cynomorion *n.*, κυνομόριον. *nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 22, 80. 22, 162 alii -on eam (*orobanchen*) appellant a similitudine canini genitalis. DIOSC. 2, 128 cinomirion (2, 142 W.). *cf. p. 1590, 11.*

cynomyia, -ae *f.* [κυνόμυια, κυνάμυια. *Th.*]. *acc.* -an *l. 57.* cynomia *v. l. 37. 44. 57. 59. 67.* coen- *v. l. 38 sqq. 60. 61. 65.*

1 *nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 25, 90 psyllion sive cynoides (*cod. Voss.*, κυνοειδής DIOSC. 4, 69 W., cynois *vulg.*) ... sive -a. 25, 140 psyllion alii cynoides (-da *codd.*), alii crystallion, alii Sicelicon, alii -am appellant. DIOSC. 4, 65 quinomela. Ps. DIOSC. herb. fem. 25 cynomia. GLOSS. III 557, 46 ipsillium cinomia. **2** *nomen muscae* (*quarta plaga Aegyptiorum*): HIER. epist. 106, 86 κοινόμυια, non ut Latini interpretati sunt, musca canina dicitur per *v* graecam litteram, sed iuxta hebraicam intellegentiam per διφθογγόν debet scribi οι, ut sit κοινόμυια, id est omne muscarum genus, Aquila πάμμικτον, id est omnimodam muscam interpretatus est. *cf.* EVCHER. instr. 2 p. 157, 15 coenomyia non musca canina, sed musca omnimoda. BEDA gramm. VII 265, 25 cynomia per y scripta caninam muscam significat, . . . coenomia per dipthongum oe communem muscam ... sed similitudine soni per incuriam contigisse, ut cynomia pro coenomia scriberetur. AVG. serm. 8, 5 quid est -a? canina musca, graecum vocabulum est (Ps. AVG. serm. 20, 2 CYPR. GALL. exod. 286. Ps. PROSP. prom. 1, 36 quarta plaga Aegyptiorum coenomyia, caninae scil. muscae, secretis etiam membris poenas morsibus infligentes. CASSIOD. in psalm. 104, 31 -a significat muscam caninam quae ceteris muscis omnino mordacior est . . ., unde infesti ac saevissimi animalis derivativum nomen accepit. ISID. *l. 69.* orig. 12, 8, 12 -a graece vocatur, id est musca canina). GLOSS. V 178, 19 -a musca minuta, item omnimoda. 353, 61 cynomigia omne genus muscarum. IV 30, 28 *al.* casnomia musca venenosa (*cf. l. 66*). ITALA exod. 8, 21 (Aug. quaest. hept. 2, 26 p. 106, 12) mitto in te . . . cynomian (κυνόμυιαν, VVLG. omne genus muscarum. *v. supra l. 41*). 8, 29 (Aug. loc. hept. 2, 47) exibit cynomia a Pharaone (κυνόμυια, VVLG. musca). VVLG. psalm. 77, 45 misit in eos coenomyiam (HIER. psalt. sec. Hebr. 78, 45 omne genus muscarum). 104, 31 venit coenomyia et cinifes (PSALT. Rom. *et* AVG. in psalm. 104, 39 -a et scynifes. HIER. psalt. sec. Hebr. 105, 31 musca omnimoda). HIL. trin. 7, 10 -am. FVLG. aet. mund. p. 149, 4 ventus crescit in -iis ac locustis. HIER. in Is. 4, 10 p. 106 coenomyiam. RVFIN. Orig. in exod. 4, 1 AVG. civ. 16, 43 grat. 23, 45. PASS. Mar. Iac. 12 p. 62, 6 -iae venena cruciantia (*v. l. 56*). NOT. Tir. 119, 94. 131, 99 cinomia. *allegorica interpretatio*: AVG. in psalm. 77, 27 -a canini mores sunt, qui nec parentes quando nascuntur, vident. *cf.* ISID. in exod. 14, 9 interpretes -am id est caninam muscam posuerunt, per quam canini mores significantur.

cynon *v.* coenon.

? **cynopennae.** TERT. nat. 1, 8 (= apol. 8) -ae aliqui vel sciapodes *homines fabulosi. fort. leg.* cynocephali.

cynophalion *v.* cynocephalia.

? **cynopodion** *n. nomen herbae*: GLOSS. III 574, 54 polygonos quinopodion. Ps. APVL. herb. 19 *trad.* quinopodion *vel* coenop-. *sed* DIOSC. 4, 4 W. κ⟨ορ⟩νοπόδιον.

1. cynōps *v.* chynops.

2. cynōps. *genus conchae*: PLIN. nat. 32, 148.

cynorhētōr, κυνορήτωρ. *titulus saturae Varronianae*: SERV. auct. georg. 2, 478 Varro in cynistrore (*i.* κυνίστωρ?). DIOM. gramm. I 367, 27 in cynorhetore.

cynorrhoda, -ae *f.*; **cynorrhodon** (-um), -ī *n.*, κυνόρροδον. *nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 25, 6 -um. 8, 152 radix silvestris rosae, quae -a appellatur (25, 17 -on). 12, 25 -o *dat.* 24, 121 -a. 25, 18 -i. 25, 125 -um. 29, 93 -i. VEG. mulom. 2, 148, 2 radicem -ae, i. herbae, quae appellatur rosa canina (MARCELL. med. 12, 12 -am. ANON. med. ed. Piechotta 171 cynorodi id est rosae caninae, quae est candida quae in campis saepius nascitur flores similes faciens rosae nostrae huius. *cf.* GLOSS. III 544, 64 rosa canina clinorica. V 494, 41 cinore herba quae dicitur rosa canina). *nomen floris lilii*: PLIN. nat. 21, 24 est et rubens lilium, quod Graeci crinon vocant, alii florem eius -on.

cynosanthos, κυνὸς ἄνθος. *nomen floris*: GLOSS. III 558, 72 cinosantus flos rododamni. *cf.* 622, 54 cynosantu id est flos de rodolamnis.

cynosbatos, -ī *f.*, κυνόσβατος. *nomen herbarum: rubus*: COLVM. 11, 3, 4 eius quam Graeci vocant κυνόσβατον, nos sentem canis appellamus. PLIN. nat. 1, 24, 74. 16, 180 rubi mora ferunt et alio genere similitudinem rosae, quae vocatur -os. 24, 121 alterum genus rubi, in quo rosa nascitur, gignit pilulam castaneae similem . . ., -on, alii cynapanxin, alii neurospaston vocant. Ps. APVL. herb. 87. DIOSC. 1, 104 (1, 94 W.) de cynobatu. cynosuatu ... multi oxiacanta appellant. Ps. DIOSC. herb. fem. 61. *cf.* GLOSS. *s. v.* rubus caninus. *cappari*: PLIN. nat. 1, 13, 44 capparis sive -on. 13, 127. 24, 121. DIOSC. 2, 159 cappar quam multi quinosbaton ... appellant.

cynosdexia, κυνὸς δεξιά. *genus conchae*: PLIN. nat. 32, 147 (*trad.* cynosdextia *vel* -tria).

cynosorchis *f.*, κυνὸς ὄρχις. *nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 27, 42. 27, 65 -im aliqui orchim vocant. Ps. APVL. herb. 16 *v. p. 1591, 2.* DIOSC. 3, 136 (3, 126 W.) orcis aut quinosorcin dicunt. 3, 137.

cynosprasion *n.*, κυνὸς πράσιον. *nomen herbae, marrubii*: Ps. APVL. herb. 46.

1. cynosūra, -ae *f.*, κυνόσουρα. *cf. etiam nom. propr. sidus, ursa minor*: CIC. Arat. frg. 6 ex his altera apud Graios -a vocatur, altera dicitur esse Helice (*cf.* VITR. 9, 4, 5 PROB. Verg. georg. 1, 138). frg. 31 ipse *Cepheus* ad tergum -ae vertitur arcti. OV. fast. 3, 107 ecce duas arctos, quarum -a petatur Sidoniis, Helicen Graia carina notet (*cf.* GERM. 41 VAL. FL. 1, 18). MANIL. 1, 299. 628. 2, 30. 5, 696. 711. VITR. 9, 4, 6 -ae caput. GERM. 39 Iovis altrices Helice -aque fulgent (*cf.* HYG. astr. 2, 2 p. 31, 24. 32, 5 *al. v. nom. propr.*). 45. 51. 54. 187. 313. SEN. Thy. 872 magnoque minor iuncta draconi frigida duro -a gelu. LVCAN. 3, 219 has (*Phoenicum*) ad bella rates ... certior haud ullis duxit -a carinis. 8, 179. 9, 540 SIL. 3, 665. 14, 457 AMPEL. 3 AVIEN. Arat. 122. 124. 136. 685 orb. terr. 1051 SERV. georg. 1, 138 auct. Aen. 1, 744. 3, 516 georg. 1, 246 ENNOD. dict. 9, 2 p. 451, 2. *deriv.* **cynosūris,** -dos, *acc.* -da: OV. trist. 5, 3, 7 stellis -dos ursae. GERM. 189 latus ... Cepheos extremam tangit -da caudam. AVIEN. Arat. 443 -dos ursae. 509.

2. cynosūra ova: PLIN. nat. 1, 10, 77. 10, 166 urina *ova* autem vere tantum fiunt incubatione derelicta, quae alii -a dixere.

cynozolon, -ī *n.*, κυνόζολον. *nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 22, 21. 22, 47 (*inter genera herbae chamaeleonis*) -on appellatur propter gravitatem odoris. Ps. APVL. herb. 109.

cynus canis graece GLOSS.

cyōn *v. vol. II p. 965, 45.*

cyparissiās, *adi.* κυπαρισσίας. **1** *de igne*: PAVL. FEST. p. 51 -ae dicuntur ignes prodigiosi a similitudine cypressorum. p. 64 -ae (*trad.* cyparissae) appellantur acies quaedam igneae, quae noctu apparere solent ad similitudinem cupressi. SEN. nat. 1, 15, 4 horum (*fulgorum*) genera sunt pogoniae et -ae (citharissiae *trad.*) et lampades et alia omnia, quorum ignis sparsus est. **2** *de herba, genus tithymalli*: PLIN. nat. 1, 26, 43 tithymalos -as. 26, 70 quintum *genus tithymalli* cyparittian vocant propter foliorum similitudinem. DIOSC. 4, 159 (*cf.* 4, 164, 8 W.) alter vero *tithymallos* qui quiparissias dicitur ... folia habet similia pituis sed mollia, unde et nomen ipsum accepit. Ps. APVL. herb. 108.

cyparissus *etc. v.* cupressus. **cyparittiās** *v. l. 60.*

cypēris, *acc.* -da *f.* [*cf.* cyperos *et* κυπειρίς. *Th.*]. PLIN. nat. 21, 117 radix *cyperi* olivae nigrae similis, quam, cum oblonga est, -da vocant. 1, 21, 70.

***cypērum** (-on), -ī *n.*; **cypērus** (-os), -ī *f.* [*ion.* κύπερος, *cf.* cypiros κύπειρος. *Th.*]. cyperum: VARRO rust. 3, 16, 13 COLVM. 12, 20, 5 SCRIB. LARG. 257 PLIN. nat. 21, 117 THEOD. PRISC. log. 75 ISID. orig. 17, 9, 8 GLOSS. cyperon: PETRON. 127 vers. cyperus: SCRIB. LARG. 72 PLIN. nat. 1, 21, 70 ORIBAS. syn. 5, 18 GLOSS. cyperos: PLIN. nat. 21, 115. 117 MARCELL. med. 12, 9. CELS. 3, 21 iunci quadrati et rotundi semen: illum κύπειρον, hunc σχοῖνον Graeci vocant (SCRIB. LARG. 61 -i id est iunci. PLIN. nat. 21, 115 iunci trianguli: -on vocant. 21, 117 -os iuncus est ... angulosus. MARCELL. med. 11, 27. 12, 9 ISID. orig. 17, 9, 8. GLOSS. iuncus triangulus. radix de iunco triangulo. DIOSC. 1, 4 W.). DIOSC. 1, 4 quiperum multi erisceptron (ἐρυσίσκηπτρον) vocant, aliqui et alspalatum (ἀσπάλαθον), sed falsum est (*cf.* GLOSS. III 558, 47 -us ceptron, *nisi subest* κύπειρον). GLOSS. ciperum hipetrum (*aut* κύπειρον *aut* erysisceptron). quiparum. cipero casion. *cf.* cypira.

VARRO rust. 3, 16, 13 si pabulum naturale non est, ea oportet dominum serere, quae maxime secuntur apes; ea sunt ... ocimum,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cyp⟨e⟩rum, medice *eqs.* Colvm. 12, 20, 5 ad *mustum* adici debent ii odores, . . . palma, -um, schoenum. Scrib. Larg. 72 -i siccatae bene. 257 -i contusi. 265. 269. 271. 278. Petron. 127 vers. emicuere rosae violaeque et molle -on. Plin. nat. 1, 21, 70. 17, 209 Graecia vero universa iunco, -o, ulva *vites suspendunt.* 21, 88 folio -i. 21, 117 laus -o prima Hammoniaco, secunda Rhodio, tertia Theraeo, novissima Aegyptio . . . -is (ceteris *codd.*) odor et ipsis nardum imitans. 21, 118 -o vis in medicina psilotri. 25, 165. Marcell. med. 8, 154 -i Sidonii *al.* Diosc. 1, 4 de quiperu Indicu. Soran. p. 44, 13 Theod. Prisc. eup. faen. 52 *al.* Apic. 1, 5 ciperum. Cass. Fel. 1 p. 4 *al.* Oribas. syn. 5, 18 Diosc. 1, 6. 25 *al.*

cȳphi *n.* [*κῦφι, κοῖφι. Th.*]. Diosc. 1, 25 de quifi. quifi confectiones aromatis donum dei (*ϑυμιάματός ἐστι σκευασία κεχαρισμένη ϑεοῖς*); hunc in usum habent Aegyptiorum sacerdotes. Pelagon. 138 -i cum (caefinum *trad.*) vino dabis. Veg. mulom. 2, 149, 5 tres pilulas -i cum (cuficum *L*, gypsi *vulg.*) vino. 3, 8, 6 -i resoluti (gyfni *L*, gisni *vulg.*). 4, 2, 14 (gisni *vulg.*). Hier. adv. Iovin. 2, 8 diversa thymiamata et amomum et -i.

cypīra, -ae *f.* [*cf.* cypirus. *Th.*]. Plin. nat. 21, 117 est et per se Indica herba, quae -a vocatur, zingiberis effigie. 1, 21, 70. *cf.* Diosc. 1, 4 (1, 5 W.). Isid. orig. 17, 9, 8 traditur etiam alia species cyperi, quae in India nascitur et appellatur lingua eorum zingiber.

cypīrus (-os), -ī *f.* [*κύπειρος. Th.*]. Scrib. Larg. 82 -i radicis, quem nos gladiolum appellamus. Plin. nat. 1, 21, 67 -os. 12, 42 -os. 12, 43. 13, 13. 18. 17, 95. 21, 107 bulborum generi quidam adnumerant et -i, hoc est gladioli, radicem *eqs.* 21, 111. 115 multi vero non discernunt *cyperum* a -o vicinitate nominis; nos distinguemus utrumque. -us est gladiolus . . . radice bulbosa *eqs.* 21, 116. 117. 22, 40.

cyppus *v.* cippus. **cypressus** *etc. v.* cupressus.

cypros, cyprum *etc. v. nom. propr.* Cyprus.

cypselē, -ēs *f.*, *κυψέλη.* Hier. in Agg. 2, 17 p. 765 *ex LXX* quando mittebatis in -em (*κυψέλην*) hordei xx sata (Vvlg. cum accederetis ad acervum xx modiorum).

cypselus, -ī *m.* *genus avis*: Plin. nat. 10, 114 plurimum volant *aves* quae apodes, quia careant usu pedum, ab aliis -i appellantur, hirundinum specie. 1, 10, 55. [*prov.* siseu, *ven.* sisila. *M.-L.*]. *v. etiam nom. propr.*

[cypys]. Gloss. II 338, 11 *καμπτός* flexus, haec meta, -s (gyrus *Bücheler*).

cyrex, cyrica, cyricia (Oribas. syn. 4, 2. 12. 17. 27 Gloss. III 187, 23) *est* ceryx *cochlea.*

? cyria *herba.* Gloss. III 585, 10 ostr⟨i⟩ago i. cyrian et porfiron.

cyriologia, *acc.* -an *f.*, *κυριολογία.* Diom. gramm. I 456, 9 culta et sana oratio, quam illi nominant -an, in qua tropi sunt. *graece* Don. Ter. Phorm. 577.

cyriona *genus ulceris* Oribas. syn. 8, 34 *pro* cerium *q. v.*

cyrografum *v.* chirographum.

cysopharmacum, -ī *n.*, **κυσοφάρμακον.* Antidot. Brux. 28 medicamentum Philosophiani quod dicitur -um, unicum faciens ad passiones has (*sc. ulcera sim.*).

cysthos *m.*, *κύσϑος.* Avson. 123, 5 (*in ligurritorem*) dum -on costonque putas communis odoris.

cystis *f.*, *κύστις.* Vindic. med. 9 *urina* effluens ad inferiorem locum quem graece -in appellamus.

cythion *collyrium*: Cels. 6, 6, 7 praeter haec ex frequentissimis collyriis est id, quod quidam -on, quidam a cinereo colore *τέφριον* appellant.

cytinus, -ī *m.*, *κύτινος.* *flos mali Punici*: Plin. nat. 1, 23, 59. 21, 147 (cyanus *codd.*). 23, 110 primus pomi huius (*sc. mali Punici*) partus florere incipientis -us vocatur Graecis, mirae observationis multorum experimento. 23, 111 -i siccati tritique. 23, 112 in hoc ipso -o flosculi sunt, antequam scilicet malum ipsum prodeat, erumpentes, quod balaustium vocari diximus (Marcell. med. 27, 1). Garg. Mart. med. 41. *alius*: Diosc. 1, 107 nascitur circa radices eius (*cisthi fruticis*) hypoquistis (*ὑποκιστίς* 1, 97 W.) quam multi vocant torbiton vel quitinitos (*κύτινυς*).

cytisus, -ī *f.*, *κύτισος.* cytisum: Varro rust. *saepe* Colvm. 5, 12, 1 arb. 28, 1. 4 (*idem saepius* -us) Serv. *l. 19* (*idem* -us) Gloss. cytisus *passim inde a* Verg. cutisus Gloss. *l. 24.* quitisus: Schol. Verg. Medic. ecl. 10, 7 *citans* Verg. georg. 2, 431. Diosc. 4, 108. Serv. ecl. 1, 78 -um genus fruticis vel herba quae nascitur inter campos et silvas in Cytisa civitate. georg. 2, 431 -i virgulta a Cyto insula ubi abundant nominata. auct. georg. 3, 394 -us arbor a Cytiso insula. Gloss. frutectum. genus arboris quasi catanum (*latet* casia) herba odorifera. -i genus arborum pinguis. Virgilius (*georg. 2, 431*). cutisus *κύτισος δένδρον.*

Varro rust. 1, 23, 1 ad pabulum quae pertinent, in quo est ocimum . . ., -um, lupinum. 1, 43 -um seritur in terra bene subacta tamquam semen brassicae. 2, 1, 17. 2, 2, 19 maxime amicum *ad corpus alendum* -um et medica. 3, 16, 10. 13. 26. Verg. ecl. 1, 78 non me pascente, capellae, florentem -um et salices carpetis amaras (2, 64 florentem -um sequitur lasciva capella). 9, 31 -o pastae . . . vaccae. 10, 30 nec -o saturantur apes. georg. 2, 431 tondentur -i. 3, 394 cui lactis amor, -um lotosque frequentes . . . ferat praesepibus. Ov. ars 3, 692 tenues -i. fast. 5, 272. Cels. 4, 16 -us *urinam movet.* Colvm. 2, 10, 24. 5, 12, 1 *eqs.* 6, 24, 5 -us viridis. 7, 3, 19. 22. 7, 4, 2. 7, 6, 1 -us agrestis. 7, 6, 7. 8, 4, 2 -i folia seminaque. 8, 5, 2. 9, 4, 2. 9, 5, 6. arb. 28, 1 -um, quod Graeci aut zeas aut carniciu (?) aut tripharni vocant, quam plurimum habere expedit *eqs.* Plin. nat. 1, 13, 47 -us. 12, 20. 13, 130 frutex est et -us ab Amphilocho Atheniense (*cf.* 18, 144) miris laudibus praedicatus pabulo omnium, aridus vero etiam suum. 13, 131. 16, 92. 186. 204. 17, 52. 216. 239. 18, 148. 165. 21, 70. 27, 82. Avian. fab. 26, 5 -i croceum . . . florem. Sidon. epist. 9, 13, 5 v. 37 carm. 2, 413 Ennod. carm. 1, 9, 149 Oribas. syn. 5, 4. [*hisp.* codeso. *M.-L.*]

cytōdēs, cytus *v.* cet-.

cytōnius *v.* Cydonius *nom. propr.*

[cytrum]. Hesych. in lev. 23, 9—21 p. 1086B cibum nobis novae polentae et pultum, sive ut LXX -orum, praestitit (lev. 23, 14 *χίδρα*): non enim nova solum, sed et -a Christi praecepta sunt sive ut mollia: sic enim -a alii interpretes ediderunt *eqs.*

cyulus, -ī *m.* Gild. Brit. 23 chron. III p. 38, 30 erumpens *Saxonum gens* tribus ut lingua eius exprimitur -is, nostra longis navibus. *cf. anglosax.* céol *vol. III p. 771, 11.* *L.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae